IL SACRO
CONCILIO
DI TRENTO

CON LE NOTIZIE PIÙ PRECISE

RISGUARDANTI LA SUA INTIMAZIONE

A CIASCUNA DELLE SESSIONI.

Nuova traduzione italiana

COL TESTO LATINO A FRONTE.

VENEZIA

1822.

APPRESSO GLI EREDI BAGLIONI

STAMP. ED EDIT.

PHILIPPUS CHIFFLETIUS

ABBAS BALERNENSIS

ILLUSTRISSIMI

CLAUDII D' ACHEY

ARCHIEPISCOPI VESONTINI

S. R. I. PRINCIPIS,

VICARIUS GENERALIS

Ad Clarissimum & doctissimum virum

BALTHASSAREM MORETUM.

(*a*) PII IV. Papæ lex est: Commentarios, annotationes, & cætera id genus in Concilii Tridentini Decreta, clerici, laici, neve scribunto, neve edunto; prudenter sane, & magno rei Christianæ bono; etiam id palam est, si scribendi facultas daretur, fore ut vitio humani ingenii, quo quisque nihil nisi, quod ipse fecerit, rectum putat, hæc ipsa libertas ἀταξία, potius, ac tenebras pareret, quam lucem. Quocirca cum licet œcumenica Synodus Tridentina, quantum substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus, nec tamen cuiquam liberum sit super hoc negotio animi sui sensum patefacere; ita mihi persuadeo hoc unum elaborandum esse, huic uni insistendum, ut saltem ejus placita, ac decreta, quæ quotidie manibus terimus, artis Chalcographicæ ministerio diligenter excusa, hoc etiam ascititio ornatu commendentur, & ad sui lectionem spectatores invitent. Sane si sponsam Christi Ecclesiam decet (*b*) *non habere maculam, neque rugam*: turpe est, librum, qui illius mysteria Spiritu Sancto dictante pertractet, maturis editione minus accurata contractis erubescere. Multi quidem cum religionis, & doctrinæ laude in hoc opere versati sunt, in quorum tamen editionibus multa, quibus opus non erat, invenias, desideres non pauca. Paulus Manutius puros canones, & ipsa Concilii decreta præmisit; (*c*) quibus deinde eruditorum virorum cura breves adjectæ sunt ad marginem annotationes: quæ tamen si Lectoris commodo satisfacere utcumque potuissent; desiderabantur tamen quatuor illas, & viginti Constitutiones, quas ex veteri Jure desumptas, Synodus Tole-

(a) Bulla confirm. Concilii.
(b) Ephes. 5.
(c) Joan. Sotealli, & Hor. Lutii.

tana verbis conceptissimis novas fecit; quæ quidem postea accessere, verum non sine insigni vitio; nam ut taceam de Capitulo *Cum in cunctis*, quod multum reciso paragrapho *Inferiora* redditum est, quamvis diserte citetur a Patribus sess. 24. de refor. cap. 12. error ille haud paulo utique gravior videri potest, cum ibidem statuat Concilium, eos, *qui satis horis interfuerint, distributiones recipere, reliquos vero, quavis collusione, aut remissione exclusa, his carere debere, juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit CONSUETUDINEM*. Quidam in appendice harum Constitutionum, quam ad calcem Concilii rejecerant, capitulum *Consuetudinem*, de consuetudine in 6. inter alias collocarunt, rati Patres Synodi hanc Bonifacianam præ oculis habuisse, atque adeo innovasse, cum tamen nihil ad rem faciat: quippe alteram laudarunt, cujus etiam initium est *Consuetudinem*, tit. de Clericis non residentibus in 6. Hæc enim plane ad mentem Concilii, mandat absentibus non dari distributiones quotidianas, sed his solum, qui intersunt divinis, non obstante qualibet consuetudine contraria. At hæc obiter de ratione vitii, quod in quasdam editiones irrepsit, nunc ad institutum redeo. *Pius IV.* cum cavisset, ne quis decreta Concilii auctoritate propria interpretaretur, si quid minus clare dictum, aut expedite difficilius in illis fortassis occurrisset, quæstionis nodum solo Sedis Apostolicæ judicio resolvi voluit. Aliorum deinde (*a*) Pontificum auctoritate instituta Cardinalium Congregatio, qui consulta eadem Sede Apostolica de jure responderent. Itaque Tridentina Synodo per universum orbem Christianum promulgata, multæ statim dubitationes propositæ, multa etiam a Cardinalibus responsiones datæ; quas quidam paulatim collectas una cum Decretis Concilii ediderunt, fortassis, qui tum fuere * viri docti, qui ita existimarent, horum sententias, & opiniones, quemadmodum apud antiquos responsa Prudentum, eam auctoritatem tenere, ut judici recedere a responso eorum non liceret. Verum hodie *Urbani VIII.* Papæ lex est (*b*) *his declarationibus Sacræ Congregationis Concilii, nullam fidem esse in judicio, vel extra, a quoquam adhibendam, sed tantum illi, quæ in authentica forma solito sigillo, ac subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejusdem sanctæ Congregationis, pro tempore existentium, munita fuerint*. Quare illarum editio tenues admodum fruges parit. Paucis abhinc annis prodiere in lucem Concilii Decreta novis declarationibus conserta, ac per eruditi Roberti Cardinalis Bellarmini *observationibus doctrinæ* illustrata. In hac editione, quæ passim mendis typographicis aspersa est, requirunt nonnulli, præter alia, necessariam prorsus ad Concilii Decreta appendicem, (*c*) videlicet XXIV. Constitutiones ab illo speciatim innovatas, & eam, quam Pius IV. edidit de forma juramenti professionis fidei.

(a) Greg. XIII, & Sixti V. de Benef. in Præf. tom. 1, & alii.
(b) Nicol. Garzias de Benef. in præf. tom. 1, & alii.
(c) Decr. Urbani VIII. 2. Augusti. 1631.

At vero de Augustini Barbosæ prolixis admodum remissionibus, quid dicam? utiles illæ quidem, & quæ auctorem suum commendant; verum præterquam quod si decretis Concilii adjungantur, molem faciunt, rerumque seriem identidem interrumpunt; quotidie experitur in hoc laudandorum Auctorum negocio, in quo notis Arabum, & Græcis elementis per quam exiguit tota res agitur typographorum, vel accuratissimorum industriam falli.

Quorsum, inquies, hæc jam inde a principio suscepta narratio? ut cum, quid hactenus in hoc opere præstitum sit, perspexeris, aut jam ante perspectum memineris, quid novi in eo illustrando industria tua conferre possit, intelligas. Quamobrem, quoniam sat multas habemus editiones declarationum, observationum, & remissionum; optandum foret, puros canones, & nuda Concilii decreta, ad Romanum exemplar recensita, seorsim Regio tuo Chalcographio excudi, ac minori quidem ceteris forma, ut facile, & sine molestia circumferri possent: ea sunt etenim, quæ quotidie legi mereantur, immo numquam de manibus nostris deponi; ut (*a*) præcipiente Gentium Apostolo, ex assidua illorum perlustratione obtineamus ***eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, & potentes simus exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere.*** Sunt enim hac tempestate non pauci, qui quod alias de Nestorio ejusque sequacibus dixit Cyrillus Alexandrin. Antistes: (*b*) ἀδικοῦσι τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων τὸ ἱερώτατον κάλλος, καὶ τὴν ἁγίαν τε καὶ πάναγνον ῥυτιδοῦσι παρθένον, εἰς ἀκαλλῆ σαθρότητα τῶν ἰδίων αὐτὴν κατακομίζοντες ἐννοιῶν καὶ ξένων ἡμῖν δογμάτων ἐπιτειχίζοντες ὄχλον. *Dogmatum Ecclesiæ sacratissimum decorem violant, & sanctam, & castissimam virginem rugis maculant, dum illum in turpem sensuum suorum vanitatem deducunt, & novorum commentorum turbam nobis quasi murum objiciunt.* Neque tamen tam præcisum opus esse velim, ut quidquam necessariis subducatur. Præcedat oportet Bulla Paulli PP. III. (non hanc in multis editionibus desiderari haud libenter sustineo) quæ de ratione ac fine convocati Concilii compendiosa narratione Lectorem certiorem faciat. Viri quidam docti operæ pretium se facturos putarunt, si servatum in patrum Sessionibus ordinem invertetent, ac primum universam ejus materiam Antonius Philotheus de Homodæis Siculus in sex libros distinctam prælo mandavit; dein Petrus Vincentius de Marzilla, diversa ab illo ratione Rubricas seu titulos Juris canonici, quantum potuit, fideliter observavit, & decreta Concilii ad tria Institutionum Imperialium capita revocavit; ad res videlicet, personas, & actiones. Verum, sicuti ego existimo, præsertim si instituti nostri ratio spectetur, Concilium Tridentinum eo ordine decet legi quo scriptum est. In gratiam tamen pragmaticorum, brevem expeditamque Methodum legendi decreta de Reformatione in ipso Concilii capite collocandam duximus: quam ita commodam censet & laudat Illustrissimus Mechliniensium Archipræsul Jacobus Beonen, ut cum ejus Auctor

(a) Ad Titum. (b) Lib. 1. contra Nestorium.

ignoretur: non indigna videri possit, quæ sub tanti Pastoris nomine innotescat. Itaque litteras indictionis Concilii sequantur ex ordine quinque & viginti Patrum Sessiones, videlicet Pauli III. decem, Julii III. sex, Pii IV. novem, & cujusque paginæ fastigium præferat quid in ea doceatur: ut Lectori Decreta Concilii cognoscere properanti omnia in expedito sint. Singulis capitibus, in quibus de doctrina Sacramentali aliave tractatur, breves tituli: decretis vero de Reformatione nostra argumenta præfigantur litteris longiusculis distincta, quibus Italicis nomen est. Accedant præterea charactere non absimili, sed tamen minori, ad marginem annotationes, quæ venuste, & cum summa diligentia aptentur, & niteant: has etenim in superioribus editionibus mendis scatentes, & in locis quamplurimis longe ab alveo fœde stagnantes, ad suos fontes non sine magno labore reduximus, & abunde locupletavimus; ut si quis accuratior fuerit, certiori quam ante hac fiat ad origines reversus, intelligat Patres Concilii non tam nova pastoris tradere, quam a majoribus accepta referre; tametsi diffidendum non sit, operam eos dedisse, ut nonnulla hactenus indecisa dirimerent, quædam minus perspicua explicarent: sui temporis hæreses ferirent anathemate, pravas exscinderent consuetudines: demum remedia morbis convenientia adhibentes, sanam pro viribus morum reformationem inducerent. Addidimus insuper prioribus notis breves remissiones ad posteriores Summorum Pontificum Bullas, quæ ad Concilii elucidationem non nihil faciunt, ejusque decreta, vel temperant, vel interpretantur, & jus novissimum constituunt. Sequitur, ut publica fides sæpius a Concilio Protestantibus data, quam salvum conductum vocant, suis locis inseratur; ut inscitia male sibi consciæ, atque infantissimæ notam male feriati homines isti sustineant, qui adulterinis doctrinis Ecclesiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem Evangelicam violare conati sunt. Postremo muniatur de more Concilium Bulla constitutionis Pii IV. nec reliqua pigeat annectere, ex quibus utilitas maxima consequetur, videlicet XXV. Juris veteris Constitutiones, adjuncto earumdem pagellæ unius indiculo: alias item quatuor Pii Papæ IV. quibus forma juramenti professionis Fidei præscribitur: tempus, ex quo Concilii Decreta observari debeant, declararatur, octo Cardinales, qui huic negotio invigilent, eliguntur: ac demum privilegia, exemptiones, facultates, & alia id genus abrogantur, quæ quocumque modo Concilii Decretis adversari potuissent. Has autem cum veteres, tum novas, si primum omnium excusas litteras numerali more Romanorum notaveris; quo postea in decursu editionis, ubi opus erit, cujusque pagina certius adnotetur; operæ pretium, remque uti spero Lectori gratam feceris. Quantum attinet ad indicem librorum prohibitorum, non est institutæ hujus editionis tam vasta ingredi; solas tamen decem Regulas paucis paginis concludere nihil vetat, quibus veluti Lydio lapide boni a malis secernantur. Præterea summopere cuperem his omnibus superinduci Hyeronimi Regazzoni orationem, quam habuit in ultima Sessione, antequam Patrum Concilia solverentur; ut, cum quis doctrinam Concilii penitus imbiberit, aut sane illius Decreta familiariter noverit,

hic recognoscat, quæ ibi legerit; est enim ἀνακεφαλαίωσις, sive summa totius rei in Concilio pertractata, cui etiam nomina eorum, qui sub Pio IV. Concilio interfuerunt, non inutile erit apponere: inter quæ plurima temere corrupta e temporis historia, nec non clarorum virorum elegiis pro cujusque dignitate restituimus, & brevibus observationibus sparsim interpunximus, Universo tandem operi in hunc modum ad finem usque perducto indices quatuor subjungentur, Decretorum, Capitulorum, Extravagantium juris novissimi, quæ in adnotationibus citantur, rerum denique, & verborum.

Cetera de ipsa editione typis elegantioribus exornanda, ad te quod scribam, nihil habeo; scio etenim fore, ut cum illa præclare agatur, dummodo ex officina tua prodeat: sed ut corpus illud per se elegans, ac venustum nullo prorsus externo cultu, amictuque destituatur, trium Summorum Pontificum imagines in capite ejus partis Concilii collocandas esse censeo, quam illi celebraverint, bonum enim incredibili labore, atque constantia coactum Trident. Concilium, aliquando intermissum, distractum varie, atque divulsum, summa tandem omnium Ordinum, ac nationum voluntate absolutum est: ita ut præstantissimi hujus operis auctores merito censeri possint, cum etiam sit illa vox: *Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impertimur*. Hanc ego, mi doctissime, ac suavissime Morete, quam pridem animo conceperam, novæ editionis designationem huic paginæ commisi. Vide nunc, obsecro, quanta te maneat apud Deum, & homines gratia, si nobis aliquando morem geras. Vale. Bruxellis, XVIII. Kal. Septembr. ipso festo Virginis in cœlo Assumptæ. MDCXXXIX.

DESCRIPTIO TRIDENTINÆ CIVITATIS.

TRidentina civitas in finibus Venetæ Provinciæ inter montes, in planitie posita est; muris vallata lapideis, quam ex Septentrione abluit Athesis fluvius, ambitus milliaris Itali. In ea vias latas, & lapidibus structas, domos vero ita honorificas cernes, ut novam, non veterem Civitatem præseferat; Templa satis pulchra conspicies, sed in omnibus iis parum structuræ. Arcem habet conspicuam, ut domum auream dicas potius, et quam possint et Imperatores, et Reges percommode inhabitare, a Bernardo Clesio Trident. Præside auctam, et illustratam non multos antehac annos. Influit placide in urbem per muros ab Oriente aquæ rivus, super quo ædificia sericea, et molæ frumentariæ multæ sunt, unde item plurimi rivuli deducuntur per medias vias in usum, et publicam commoditatem. Super Athesim, ad portam, quæ dicitur S. Laurentii, Pontem habet magnificum, sed ligneum, 140. passuum longitudinis. Montes circum se habet nivibus continue obsitos, scopulosos, inaccessos, præcipites, et ita præaltos, ut dicas cœlum montium cacumina contingere. Fauces habet duas, quarum altera vergit ad Septentrionem, altera vero ducit Veronam. Planitiem admodum parvam, sed ridentem, et arboribus, et vitibus mirum in modum consitam, quam Athesis circuit, et lambit undequaque. Promiscua habitantibus lingua, scilicet Teutonica, et Itala, sed Itali omnes etiam, cum placet, Teutonice loquuntur. Tridentum Germanorum sentina, Italorum vero refugium est, cum quid infortunii illis occurrit. Parum frumenti, sed plurimum vini, ac persuave habent, album, et subrubrum. Per æstatem cœlum temperatum est: diebus autem canicularibus Sol apprime fervens. Hyberno vero tempore propter nivium, et glacierum ingentes horrores vix hujusmodi regio habitari potest; neque satis sunt hominibus hypocausta ad depellenda frigora, quæ eo tempore tam magna sunt, ut non sinant aquas descendere in terram, sed statim venientes convertant in nives: et quod datur miraculo, ut putei ipsius Civitatis per tempus id aquis omnino careant. Boves, et vaccas pro mulis, asellis, et equis onerariis habent, cum eorum plaustris tam ad res convehendas facilibus, ut ad montium cacumina sic properent, ac si essent in planitie, a viarumque publicarum curatoribus ita juga aptata sunt, ut usque ad culmen accessibile quorumcumque montium ab eisdem iri possit. Nunc demum Civitas ista et opulenta, et clara effecta est propter Concilium, quod in ea fuit per plurimos annos, et nunc viget maxime. Nam huc convenere quinque primum Card. Præsidentes, et Legati Concilii pro SS. D. N. D. Pio Quarto Pont. Optimo Maximo. Duo similiter Cardinales Lotharingius, et Madrutius, Patriarchæ tres, Archiepiscopi 33. Episcopi 235. Abbates 7. Ordinum Generales 7. cum Theologis 146. et ultra, sæcularibus, et regularibus, Ferdinandique Cæsaris, Regis Galliæ, Hispaniarum, Portugalliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Venetiarum, Septem Cantonum Helvetiorum, Bavariæ, Sabaudiæ, Florentiæ, et aliorum Principum Ecclesiasticorum Oratores.

ORDO LEGENDI
DECRETA REFORMATIONIS
PER
CONCILIUM TRIDENTINUM

Facta, distinctus per Titulos, & Capita.

Ex Concilio Nicæno.

Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς ταῖς Ἐκκλησίαις.

ΠΑΝ ΕΙΤΙ ΔΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ ΤΟΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ ΣΥΝΕΔΡΙΟΙΣ ΠΡΑΤΤΕΤΑΙ, ΤΟΥΤΟ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ ΒΟΥΛΗΣΙΝ ΕΧΕΙ ΤΗΝ ΑΝΑΦΟΡΑΝ.

Constantinus Augustus ad Ecclesias.

QUIDQUID IN SANCTIS EPISCOPORUM CONCILIIS DECERNITUR, ID UNIVERSUM DIVINÆ VOLUNTATI DEBET ATTRIBUI.

BULLA

Indictionis Sacri Œcumenici, & generalis Concilii Tridentini.

Sub Paulo III. Pont. Max.

PAulus Episcopus *servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam*. Initio nostri hujus Pontificatus, quem non ob merita nostra, sed propter suam magnam bonitatem, Dei omnipotentis providentia nobis commisit, cernentes jam tum in quas perturbationes temporum, quotque incommoda rerum fere omnium nostra Pastoralis sollicitudo, & vigilantia esset vocata, cupiebamus quidem mederi Christianæ Reip. malis, quibus illa jam dudum vexata, & propemodum oppressa est: sed ipsi etiam, ut homines, (*a*) circumdati infirmitate, ad tantum onus tollendum impares vires nostras esse sentiebamus. Nam cum pace opus esse intelligeremus ad liberandam, & conservandam a plurimis impendentibus periculis Remp., omnia invenimus odiis, & dissensionibus plena; dissentientibus præsertim Principibus iis inter se, quibus summa rerum pene omnis a Deo permissa est. Cum (*b*) unum ovile, & unum Pastorem Dominici esse gregis, ad integritatem Christianæ religionis, & ad cælestium bonorum spem in nobis confirmandam, necessarium duceremus; schismatis, dissidiis, & hæresibus erat Christiani nomen divisa jam pene, & lacerata unitas. Cum tutam, atque munitam ab infidelium armis, atque insidiis Remp. optaremus, nostris erratis, nostraque cunctorum cul-

BOLLA

Dell' Intimazione del Sacro Ecumenico, e Generale Concilio di Trento.

Sotto Paolo III. Pontefice Massimo.

P*Aolo Vescovo*, Servo de' Servi di Dio, a futura memoria della cosa. *Sul principio di questo nostro Pontificato, il quale non pei nostri meriti, ma per la sua gran bontà, la providenza di Dio Onnipotente ci addossò, intendendo già sin d' allora a quali perturbazioni de' tempi, e a quanti incommodi quasi di tutte le cose sia stata chiamata la sollecitudine, e vigilanza nostra, desideravamo in vero di por rimedio ai disordini della Cristiana Repubblica, dai quali da gran tempo è molestata, e quasi oppressa, ma noi stessi ancora, come uomini circondati di debolezza, sapevamo che le nostre forze erano disuguali per portare un sì gran peso. Imperciocchè avendo noi inteso esservi d' uopo di pace, per liberare, e conservare la Repubblica dai moltissimi pericoli che le sovrastavano; trovammo tutte le cose piene di odj, e dissensioni, essendo specialmente fra di loro discordanti que' Principi, ai quali è da Dio consegnata quasi tutta la somma delle cose. Mentre stimavamo necessario, che vi fosse un solo ovile, ed un solo Pastore della greggia del Signore per la salvezza della religion Cristiana, e per istabilire in noi la speranza dei beni celesti, era già quasi divisa, e lacerata l' unione del nome Cristiano per gli scismi, le discordie, ed eresie: mentre desideravamo, che la Repubblica fosse sicura e fortificata dall' armi, e dall' insidie degl' Infedeli, pei nostri errori, e per colpa nostra,*

(*a*) Hebr. 5. (*b*) Joan. 10.

e di tutti, sovrastando appunto ai nostri peccati l' ira di Dio, s' era perduta Rodi, malmenata l' Ungheria, e conceputa, e meditata la guerra contro l' Italia, e contro l' Austria, e la Schiavonia per terra, e per mare: quando frattanto l' empio, e crudel nostro nemico il Turco, si dava qualunque movimento, e giudicava gli odi, e le dissensioni de' nostri fra loro un' occasione per se di eseguire felicemente i suoi meditati dissegni. Dunque, come dicevamo, in mezzo a sì gran tumulto di eresie, di contrasti, di guerre, e in mezzo a sì torbidi commossi fluti, essendo noi stati chiamati a reggere, e governare la navicella di Pietro, nè fidandoci noi abbastanza delle nostre forze: in primo luogo abbiamo rivolti tutti i nostri pensieri nel Signore, acciocchè egli ci nutrisse, e confortasse l' animo nostro nella fermezza, e robustezza, nella previsione, nel consiglio, e nella sapienza; di poi considerando, che i nostri maggiori dotati di maravigliosa sapienza, e santità, spesso nei grandi pericoli della Cristiana Repubblica avevano adoperato come ottimo e opportunissimo rimedio i Concilj Ecumenici, e le radunanze generali de' Vescovi, abbiamo anche noi applicato l' animo a tenere un generale Concilio, e richiesti i piaceri dei Principi, dei quali ci sembrava in primo luogo utile, ed opportuno per tale affare il consenso: avendoli trovati allora non lontani da un' opera tanto santa, intimammo nella Città di Mantova, l' Ecumenico Concilio, e generale di quei Vescovi, e di quei Padri, ai quali apparteneva, nell' anno dell' Incarna-

pa, Dei videlicet ira peccatis nostris imminente, Rhodus fuerat amissa, Hungaria vexata, conceptum, & meditatum contra Italiam, contraque Austriam, & Illyricum terra, marique bellum: cum impius, & immitis hostis noster Turca nullo tempore requiesceret; nostrorumque inter se odia, & dissensiones, suam bene gerendæ rei occasionem duceret. Igitur, ut dicebamus, in tanta hæresum, dissentionum, bellorumque tempestate, tantisque excitatis fluctibus, cum essemus ad moderandam, & gubernandam Petri naviculam vocati, nec viribus ipsi nostris satis fideremus: primum (*a*) conjecimus in Domino cogitatus nostros, ut ipse nos nutriret, animumque nostrum firmitate, & robore, mente, consilio, sapientiaque instrueret. Deinde, animo repetentes majores nostros, sapientia admirabili, & sanctitate præditos, sæpe in summis Chr. Reip. periculis remedium optimum, atque opportunissimum, œcumenica Concilia, & Episcoporum generales conventus adhibuisse; ipsi quoque animum ad generale habendum Concilium adjecimus; exquisitisque Principum sententiis, quorum nobis videbatur utilis in primis, & opportuna ad hanc rem esse consensio, cum eos tunc non alienos ab hoc tam sancto opere invenissemus, œcumenicum Concilium, & generalem eorum Episcoporum, aliorumque Patrum, ad quos pertineret, conventum in civitate Mantuæ indiximus, anno incarna-

(*a*) Psalm. 54.

tionis D., sicut litteris, & monumentis nostris testatum est, millesimo quingentesimo trigesimo septimo, Pontific. nostri tertio, x. ad Kal. Jun. inchoandum; spem prope certam habentes fore, ut, cum illic in nomine Domini essemus congregati, ipse (*a*) sicut promisit, Dominus in medio nostrum affuturus, & bonitate, ac misericordia sua omnes temporum procellas, omniaque pericula Spiritu oris sui facile depulsurus esset. Sed, ut semper insidiatur piis actionibus humani generis hostis, primum contra omnem spem, & expectationem nostram, denegata fuit nobis Mantuana civitas, nisi aliquas conditiones subiremus ab institutis majorum nostrorum, & conditione temporum, nostraque, ac hujus sanctæ Sedis, ac nominis ecclesiastici dignitate, libertateque prorsus alienas; quas in aliis nostris litteris expressimus. Quapropter alium invenire locum, aliamque deligere civitatem necesse habuimus; quæ cum non statim nobis occurreret idonea, & apta; ad sequentes Kal. Nov. prorogare Concilii celebrationem fuimus coacti. Interim sævus, & perpetuus hostis noster Turca, ingenti classe Italiam adortus, aliquot oppida in littoribus Apuliæ cepit, vastavit, diripuit, prædas hominum abegit: nos in maximo timore, & periculo omnium, muniendis littoribus nostris, finitimisque auxilio juvandis fuimus occupati: nec tamen interea destitimus consulere, & hortari Christianos Prin-

zione del Signore (come si attestò con lettere, e memorie) 1537. del nostro Pontificato III. da principiarsi ai 21. di Agosto, avendo quasi una sicura speranza, quando colà fossimo raunati nel nome del Signore, che lo stesso Signore, siccome promise in S. Matteo al cap. 18. sarebbe per essere nel mezzo di noi, e per iscacciare tutte le procelle dei tempi, colla bontà, e misericordia sua, e tutti i pericoli facilmente collo spirito della sua bocca: Ma, siccome sempre l'inimico del genere umano tende insidie alle pie azioni, ci è stata prima di tutto contro ogni speranza, ed aspettazione nostra negata la Città di Mantova, se non ci sottomettessimo ad alcune condizioni affatto lontane dagl' instituti de' nostri maggiori, e dalla condizion de' tempi, e dalla dignità, e libertà nostra, e di questa Santa Sede, e del nome Ecclesiastico, le quali abbiamo espresso in altre nostre lettere. Laonde siamo stati in necessità di ritrovare altro luogo, e di scegliere altra Città, la quale non essendosi subito presentata capace, ed a proposito, siamo stati costretti di portar innanzi la celebrazione del Concilio, ai primi di Novembre. Intanto il Turco nostro crudele, e perpetuo nemico, con una grande flotta assalendo l'Italia, prese alcune Città nei lidi della Puglia, le rovinò, le mise a ferro, e fuoco, vi fece moltissimi schiavi. Noi nel sommo timore, e pericolo di tutti fummo occupati a fortificare i lidi nostri, e a porger soccorso ai confinanti: nè però abbiamo tralasciato frattanto di consultare, ed esortare i Principi Cristiani, acciocchè ci espo-

(*a*) Matth. 18.

nessero qual fosse il sentimento loro circa al luogo opportuno per tenere il Concilio: de' quali essendo incerti, e varj i pareri, e sembrando il tempo lungo, più del dovere, noi con ottimo animo, ed anche, come stimiamo, consiglio, abbiamo scelta Vicenza, Città ricca, e che pel valore, autorità, e potenza de' Veneziani, i quali ce la concedevano, dava a tutti e un facile accesso e specialmente una libera e sicura permanenza. Ma essendosi già di troppo prolungato il tempo, e dovendosi significare a tutti l' elezione della nuova Città, e già i primi di Novembre, che si avvicinavano, togliendo la facoltà di fare questa pubblicazione, e l' inverno essendo prossimo, di nuovo fummo costretti a differire con altra proroga il tempo del Concilio nella prossima seguente primavera, ed ai primi del futuro maggio. La qual cosa sodamente stabilita, e decretata, mentre preparavamo noi stessi, e le cose tutte per farlo bene, e celebrarlo coll' ajuto di Dio, stimando moltissimo importare sì alla celebrazione del Concilio, che a tutta la Repubblica Cristiana, che i Principi Cristiani vi acconsentissero con la loro pace e concordia, ci siamo applicati a pregare, e scongiurare Carlo Imperator de' Romani sempre Augusto, e il Cristianissimo Re Francesco, due principali fondamenti, e sostegni del nome Cristiano, carissimi nostri figliuoli in Cristo, acciocchè fra di loro, e con noi insieme si radunassero a parlamento: presso l' uno e l' altro de' quali con lettere, Nunzj, Legati a latere *spediti dal numero de' Venerabili nostri fratelli spessissimo avevamo procurato, che dalla inimicizia, e dalle discordie amendue*

cipes, ut de idoneo ad habendum Concilium loco quid sentirent, nobis exponerent: quorum cum essent incertæ, variæque sententiæ, tempusque diutius, quam erat opus, videretur extrahi; nos optimo animo, atque, ut arbitramur, etiam consilio, Vincentiam elegimus, urbem copiosam, & Venetorum, qui eam nobis concedebant, virtute, auctoritate, potentia, cum aditum patentem, tum stationem omnibus liberam, atque tutam in primis in se habentem. Sed cum jam tempus longius progressum esset; novæque urbis electionem omnibus significari conveniret, jamque Kal. Nov. appetentes facultatem hujus divulgationis excluderent, hyemsque esset propinqua: rursus altera prorogatione tempus Concilii differre in proximum sequens ver, Majique futuras Kalendas, compulsi fuimus. Quare firmiter constituta, atque decreta, cum & nos ipsos, & cetera omnia ad eum bene agendum, Deo juvante, celebrandumque conventum pararemus, plurimum reputantes interesse cum celebrationis Concilii, tum universæ Christianæ Reip. Christianos Principes pace inter se, & concordia consentire, charissimos in Christo filios nostros, Carolum Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Christianissimum Regem Franciscum, duo præcipua Christiani nominis firmamenta atque subsidia, orare atque obsecrare instituimus, ut ad colloquium inter se, & nobiscum una convenirent, quorum quidem apud utrumque literis, Nuntiis, & a latere

nostro missis, ex venerabilium fratrum nostrorum numero, Legatis sæpiissime egeramus, ut ex simultate, & dissidiis ambo in unum fœdus, & piam amicitiam vellent convenire, labentibusque succurrere Christianis rebus: quarum servandarum cum esset illis potestas a Deo præcipue tributa, si id non agerent, & ad commune Christianorum bonum sua consilia non dirigerent, actis, & severa ratio eidem Deo ab ipsis reddenda esset. Qui aliquando precibus nostris annuentes, Nicæam se contulere: quo nos quoque longum iter, & senili ætati nostræ vehementer contrarium, Dei & pacis conciliandæ causa suscepimus: neque prætermisimus interea, cum tempus Concilii præstitutum, Kalendæ videlicet Majæ appropinquarent, tres Legatos summæ virtutis, ac auctoritatis, a latere nostro, de numero eorumdem fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Vincentiam mittere, qui initium Concilii facerent, Prælatosque undique venientes exciperent, & ea, quæ judicarent esse opus, agerent, & tractarent; quoad nos, ab itinere, & negotio pacis reversi, omnia accuratius dirigere possemus.

Interim vero in illud sanctum opus, maximeque necessarium, tractationem videlicet pacis inter Principes, incubuimus, & quidem omni animi studio, omni pietate, ac diligentia. Testis est nobis Deus, cujus freti clementia, nosmetipsos itineris, & vitæ periculo exposuimus. Nostra testis conscientia, quæ nihil habet in hac re quidem, in quo nos ar-

volessero unirsi in una sola alleanza, e pia amicizia, e recar ajuto ai vacillanti affari Cristiani, per conservar i quali avendo essi specialmente avuta da Dio la potestà, se ciò non eseguissero, e non dirigessero i loro consigli al comune bene dei Cristiani, sarebbero per rendere a Dio stesso un rigoroso, e severo conto. I quali aderendo finalmente alle preghiere, si trasferirono in Nicea, dove noi pure abbiamo intrapreso un lungo viaggio, e contrario molto alla nostra cadente età per la causa di Dio, e per conciliare la pace. Nè frattanto abbiam tralasciato, avvicinandosi il tempo stabilito del Concilio, cioè, i primi di Maggio, di spedire a Vicenza tre Legati a latere di somma virtù e autorità presi dal numero dei medesimi nostri fratelli Cardinali della S. Rom. Chiesa, i quali dessero principio al Concilio, e accogliessero i Prelati, che andassero venendo, e maneggiassero, e trattassero ciò, che sembrasse lor necessario, sino a tanto che noi ritornati dal viaggio e dal maneggio della pace, potessimo più diligentemente regolare il tutto.

Frattanto attendemmo a quella Santa opera, e sommamente necessaria, cioè al trattato di pace fra i Principi, e vi attendemmo con tutta la premura dell' animo, con tutta la pietà, e diligenza. Ci è testimonio Iddio, nella di cui clemenza appoggiati, abbiamo esposto noi stessi al viaggio, ed al pericolo di vita. Testimonio ci è la nostra coscienza, la quale in quest' affare non può rinfac-

ciarci, che abbiamo, o tralasciata, o non ricercata qualunque occasione per promuovere la pace. I Principi stessi son testimonj, i quali tanto spesso avevamo scongiurato, e con tanto amore per Nunzj, per lettere, per Legati, con avvisi, con esortazioni, e con ogni sorta di preghiere, affinchè deponessero le loro inimicizie, s' unissero in alleanza, e con comuni premure, e sussidj porgessero soccorso alla Cristiana Repubblica, di già ritrovantesi in un grandissimo, e prossimo pericolo. Inoltre testimonj sono quelle veglie e travagli, quelle diurne, e notturne fatiche, e gravi sollecitudini dell' animo nostro, le quali in grandissima copia intraprendemmo per tale affare, e motivo, nè per ciò i nostri consigli, e maneggi sono per anche stati al bramato fine ridotti. Imperciocchè così piacque a Dio Signore, il quale però non disperiamo, che non sia una volta per risguardare più benignamente i nostri desiderj, noi per certo, per quanto fu in noi, niente abbiamo omesso di ciò, che appartenesse al nostro Pastoral dovere. Che se alcuni vi sono, i quali interpretino le nostre azioni di pace in altra parte, ci dogliamo bensì, ma però nel nostro dolore rendiamo grazie a Dio Onnipotente, il quale per esempio e documento della nostra pazienza volle, che i suoi Apostoli fossero stimati degni, di soffrire ingiurie e strapazzi pel nome di Gesù, ch' è nostra pace. Ma in quel nostro congresso, e colloquio, che in Nicea si tenne, quantunque per l' impedimento de' nostri peccati non si potè fra i due Principi stabilire una vera e stabile pace, si è però fatta una tregua

guat, aut prætermissæ, aut non quæsitæ ad pacificandum occasionis. Principes ipsi testes, quos tam sæpe, tamque vehementer Nuntiis, litteris, Legatis, monitis, hortatu, precibusque omnibus obsecraveramus, ut simultates deponerent, ut societatem coirent, ut Christianæ Reip. in maximum, & propinquum jam adductæ discrimen, communibus studiis, & subsidiis opitularentur. Jam vero testes illæ vigiliæ, atque curæ, illi diurni nocturnique animi nostri labores, gravesque solicitudines, quas ob hanc rem, & causam plurimas jam suscepimus: nec tamen ad optatum exitum nostra consilia, & acta adhuc perducta sunt. Ita enim visum Domino Deo est: quem tamen non desperamus aliquando optata nostra benignius respecturum, ipsi quidem, quantum in nobis fuit nihil, quod esset nostro Pastorali officio debitum, in hac re omisimus. Quod si qui sunt, qui actiones pacis nostras in aliam interpretentur partem, dolemus quidem, sed tamen in dolore nostro gratias Deo omnipotenti agimus, qui ad exemplum, & doctrinam patientiæ nostræ suos (a) voluit Apostolos haberi dignos, qui pro nomine Jesu, qui pax nostra est, contumeliam paterentur. Verum in illo congressu colloquioque nostro, quod Nicææ habitum est, etsi, peccatis nostris impedientibus, inter duos Principes vera, & perpetua pax non potuit confici, induciæ tamen decennales factæ sunt: quarum opportunitate

(a) Actor. 5. in fin. & 2. Cor. 11. f. 5.

nos sperantes, & sacrum Concilium commodius celebratum iri, & deinde ex Concilii auctoritate perfici posse pacem; apud Principes institimus, ut & ipsi venirent ad Concilium, & Prælatos suos præsentes ducerent, absentesque accerserent. Qui cum de utroque se excusassent: quod & ipsis redire in regna sua tum necesse esset, & Prælatos, quos secum habuissent, itinere, atque impendiis fessos, atque exhaustos, recreari, & refici oporteret; nos hortati sunt, ut aliam quoque prorogationem temporis habendi Concilii decerneremus. Qua in re concedenda cum essemus aliquantum difficiles, litteras interim a Legatis nostris, qui Vincentiæ erant, accepimus, transacto jam, & longius præterito Concilii ineundi die, unum vix, aut alterum ex externis nationibus Prælatum Vincentiam se contulisse. Quo nuntio accepto, cum videremus eo tempore nulla jam ratione haberi Concilium posse, ipsis Principibus concessimus, ut differretur tempus agendi Concilii, usque ad sanctum Pascha, diemque festum futuræ Dominicæ Resurrectionis. Cujus nostri præcepti, expectationisque decretæ litteræ Genuæ anno incarnationis Domini MDXXXVIII. IV. Kal. Jul. factæ, publicatæque sunt; atque hanc dilationem eo propensius fecimus, quod pollicitus est nobis uterque Princeps, Legatos suos Romam ad nos se missurum, ut ea quæ ad perfectionem pacis reliqua essent, neque Nicææ ob brevitatem temporis potuerant omnia confici, Romæ com-

per dieci anni, coll' opportunità della quale sperando noi e che con più comodità si fosse per celebrare il Concilio, e che poscia per autorità del Concilio si potesse far interamente la pace: ci siamo appresso i Principi maneggiati, perchè ed eglino stessi venissero al Concilio, e vi conducessero seco loro i Prelati presenti e vi chiamassero i lontani. I quali essendosi dell' una e l' altra cosa scusati, perchè ed era allora necessario ad essi il ritornare ai loro regni, e conveniva, che i Prelati, che avevano seco, stanchi e spossati dal viaggio, e dalle spese si riconfortassero e ristorassero; ci esortarono, acciocchè stabilissimo ancora un' altra proroga di tempo per tenere il Concilio. A concedere la qual cosa nel mentre che noi dimostravamo qualche difficoltà, ricevemmo lettere dai nostri Legati, esistenti in Vicenza, come, scorso già, e di gran lunga passato il giorno di aprire il Concilio, appena uno o due Prelati dalle nazioni estere s' erano trasferiti a Vicenza. Intesa la qual nuova, vedendo che in niuna maniera in quel tempo si poteva tenere il Concilio, abbiamo concesso agli stessi Principi, che si differisse il tempo di fare il Concilio fino alla Santa Pasqua, e al giorno festivo della futura Domenica di Resurrezione. Del qual nostro precetto, ed aspettazione le decretate lettere sono state fatte, e pubblicate in Genova l' anno dell' Incarnazione del Signore 1538. ai ventotto di Giugno, e con tanta maggior propensione d' animo abbiamo concessa questa dilazione, quanto che l' uno e l' altro Principe ci promise che ci spedirebbe in Roma i suoi Ambasciatori, acciocchè le cose, le quali rimanevano al compimento della pa-

ce, nè tutte s' erano potute perfezionare in Nicea per la brevità del tempo, con più comodità si trattassero, e maneggiassero alla nostra presenza: e per questo motivo ancora amendue chiesero da noi, che si premettesse alla celebrazione del Concilio l' affare di questa pacificazione, mentre lo stesso Concilio, fatta la pace, era per essere di poi molto più utile, e salutevole alla Repubblica Cristiana: imperciocchè sempre questa speranza a noi data della pace ci fece condiscendere ai desiderj de' Principi, la quale speranza fu molto accresciuta dopo la partenza nostra da Nicea dal benevolo, e amichevole abboccamento di que' due Principi istessi, il quale da noi inteso con grandissima nostra allegrezza ci confermò nella buona speranza, che finalmente una volta credessimo che le nostre preghiere fossero appresso Dio esaudite, e i desiderj di pace grati ed accetti. Mentre dunque noi stavamo desiderando e sollecitando questa conclusione di pace, e mentre non solamente i due suddetti Principi, ma il nostro eziandio figlio in Cristo carissimo Ferdinando Re de' Romani, giudicavano non doversi incominciare il Concilio se non fatta la pace, e tutti e per lettere e pei loro Ambasciatori ricercando da noi, che di nuovo ci mettessimo qualche altra proroga di tempo, e mentre instava spezialmente il Sereniss. Cesare, dimostrando di aver promesso a coloro, che dissentivano dalla Cattolica unità, che sarebbe per interpor presso noi l' opera sua perchè si trovasse qualche ripiego alla concordia, lo che acconciamente non si poteva fare innanzi alla sua partenza per la Germania: Noi indotti sempre dalla medesima speranza di

modius coram nobis agerentur, & tractarentur, & ob hanc rationem etiam a nobis ambo petierunt, ut hæc pacificationis procuratio Concilii celebrationi præponeretur, cum ipsum Concilium, pace facta, multo deinde utilius, & salutarius Christianæ Relp. futurum esset; semper enim hæc pacis spes nobis injecta Principum nos voluntatibus assentiri hortata est, quam spem vehementer auxit post discessum a Nicæa nostrum ipsorum duorum Principum inter se benevola, amicaque congressio, quæ maxima nostra cum lætitia, a nobis intellecta, confirmavit nos in bona spe, ut tandem aliquando nostras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta esse crederemus. Hanc igitur pacis conclusionem cum & expeteremus, & urgeremus, nec solum duobus antedictis Principibus, verum etiam charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Regi Romanorum videretur, actionem Concilii, nisi pace facta, suscipi non oportere; cunctique a nobis per litteras suosque oratores contenderent, ut alias rursus temporis prorogationes faceremus, præcipue autem instaret Serenissimus Cæsar; promisisse se demonstrans iis, qui a Catholica unitate dissentiunt, se operam suam apud nos interpositurum, ut aliqua concordiæ ratio iniretur, quod ante suam in Germaniam profectionem apte non posset fieri: Nos, eadem semper spe pacis, & tantorum Principum voluntate adducti, cum præsertim cerneremus, ne ad dictum quidem Resurrectionis festum alios Prælatos Vincentiam convenisse; proro-

gationis nomen jam fugientes, quod tam sæpe frustra fuerat repetitum, celebrationem generalis Concilii ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum suspendere maluimus; itaque fecimus, & de suspensione hujusmodi litteras ad singulos supradictorum Principum decima de Jan. MDXXXIX. dedimus, sicut ex illis perspicue potest intelligi. Ea itaque suspensione necessario per nos facta, dum tempus illud magis idoneum a nobis, pacisque aliqua conclusio expectaretur, quæ & dignitatem postea, frequentiamque Concilio, & Christianæ Reip. præsentiorem salutem erat allatura; Christianæ interea res in deterius quotidie prolapsæ sunt, Hungaris, Rege ipsorum mortuo, Turcam vocantibus, Ferdinando Rege bellum in eos movente; Belgis ad defectionem a Cæsare ex parte quadam incitatis: cujus defectionis comprimendæ causa per Galliam amicissime, & cum Rege Christianissimo concordissime, magno benevolæ inter eos voluntatis indicio transiens in Belgas Serenissimus Cæsar, & illinc deinde in Germaniam profectus, conventus Germaniæ Principum, & civitatum, tractandæ ejus, quam dixerat, concordiæ causa habere cæpit. Sed cum, spe pacis jam deficiente, ille quoque modus curandæ in conventibus tractandæque concordiæ ad majores potius discordias concitandas aptus esse videretur: inducti fuimus ad pristinum Concilii generalis remedium reverti, idque per Legatos nostros S. R. E. Cardinales ipsi Cæsari obtulimus; quod etiam postremo, &

pace, e dalla volontà di sì gran principi, vedendo specialmente, che neppure per la detta festa di Resurrezione erano concorsi in Vicenza altri prelati, scansando già il nome di proroga, che tanto spesso indarno era stato ripetuto, abbiamo voluto più tosto sospendere la celebrazione del Concilio generale a beneplacito nostro, e della Santa Sede Apostolica, e così abbiamo fatto, e di tale sospensione abbiamo mandato lettere ad ognuno de' sopradetti Principi il dì 10. di Gennajo 1539. come si può chiaramente da quelle intendere. Fatta pertanto necessariamente da noi quella sospensione, mentre da noi si attendeva quel tempo più a proposito, e qualche conclusione di pace, la quale e di poi era per apportare e dignità, e frequenza al Concilio, e salute più pronta alla Repubblica Cristiana, gli affari Cristiani di giorno in giorno sono caduti in peggiore stato, dagli Ungheri, ai quali era morto il loro Re, chiamati i Turchi, mossa contro questi la guerra dal Re Ferdinando: i Fiamminghi in qualche parte sollecitati a ribellarsi da Cesare; per sedar la qual ribellione il Sereniss. Cesare passando per la Francia con somma amicizia e concordia col Re Cristianissimo, e con grandi reciprochi argomenti fra loro, si trasportò nelle Fiandre, e da di là poscia partito per la Germania, per maneggiar la concordia, che aveva detto, principiò a tener radunanze de' Principi, e delle Città di Germania. Ma mancando già la speranza di pace, e sembrandoci, che anche quel modo di procurare e trattar la concordia nelle adunanze fosse piuttosto atto a suscitare discordie maggiori; siamo stati costretti di ri-

tornare al primiero rimedio del Concilio generale, e per mezzo dei nostri Legati Cardinali di S. Romana Chiesa, lochè abbiamo pur fatto ultimamente, e specialmente nella Dieta di Ratisbona, quando colà era nostro Legato il diletto Figlio nostro Gasparo, del titolo di S. Prassede Cardinal Contarini, personaggio di somma dottrina, ed integrità. Imperciocchè mentre per sentimento di quell' adunanza si chiedea da noi ciò, che per l' avanti avevamo temuto che non accadesse, cioè che dichiarassimo tollerabili alcuni articoli dei discordanti dalla Chiesa fino a che si esaminassero e decidessero dal Concilio Ecumenico, e mentre nè la Cristiana, e Cattolica verità, nè la dignità nostra, e della Sede Apostolica ci permetteva di concederlo, abbiamo ordinato, che piuttosto pubblicamente si proponesse il Concilio, per eseguirlo quanto prima. Nè già abbiamo mai avuto altro sentimento ed altra intenzione, se non che quanto prima si radunasse il Concilio Ecumenico, e generale; imperciocchè per mezzo di quello speravamo, che ricuperarsi potesse e la pace al popolo Cristiano, e l' integrità della Cristiana religione; ma ciò volevamo ottenere colla buona grazia, e volontà dei Principi Cristiani. La qual volontà mentre aspettiamo, mentre osserviamo il tempo ascoso, il tempo del tuo beneplacito, o Dio, finalmente una volta siamo stati costretti a stabilire, che ogni tempo è beneplacito a Dio, allorchè s' intraprendono consigli intorno a cose sante, ed appartenenti alla Cristiana pietà. Laonde vedendo noi, con grandissimo dolore dell' animo no-

præcipue in Ratisponensi conventu egimus, cum illic dilectus filius noster, Gaspar tit. S. Praxedis Cardinalis Contarenus, summa doctrina, & integritate Legatum nostrum ageret; nam cum id, quod ne accideret, antea veriti eramus, ex ejus conventus sententia peteretur a nobis, ut ab Ecclesia dissentientium quosdam articulos tolerandos declararemus, quoad per œcumenicum Concilium illi excuterentur, & deciderentur; idque nobis, ut concederemus, neque Christiana, & Catholica veritas, neque nostra, & Sedis Apostolicæ dignitas permitteret; palam potius Concilium, ut quam primum fieret, proponi mandavimus. Neque vero in alia unquam sententia, & voluntate fuimus, quam ut primo quoque tempore Concilium œcumenicum, & generale congregaretur; sperabamus enim ex eo & pacem populo Christiano, & Christianæ religionis integritatem posse recuperari; verum tamen id cum bona gratia, & voluntate Christianorum Principum habere volebamus. Quam voluntatem dum expectamus, dum observamus tempus absconditum, (a) tempus beneplaciti tui, Deus; aliquando tandem decernere compulsi fuimus, omne esse tempus beneplacitum Deo, cum de rebus sanctis, & ad Christianam pietatem pertinentibus concilia ineuntur. Quapropter videntes, maximo quidem animi nostri cum dolore, rem Christianam quotidie in pejus ruere, Hungaria a Turcis oppressa, Germanis periclitantibus,

(a) Psal. 68.

ceteris omnibus metu mœroreque afflictis: nullius jam Principis consensum expectare, sed tantum Dei omnipotentis voluntatem, & Christianæ Reip. utilitatem attendere constituimus. Itaque cum Vincentiam amplius non haberemus, cuperemusque cum universæ Christianorum saluti, tum Germanicæ nationis incommodis in eligendo per nos novo Concilii habendi loco consulere; aliquotque locis propositis, ipsam Tridentinam civitatem ab ipsis desiderari videremus: nos etsi in citeriore Italia commodius omnia tractari posse judicabamus; ad eorum tamen postulationes nostram voluntatem paterna charitate deflexinus. Itaque Tridentinam (a) civitatem elegimus; qua in civitate œcumenicum Concilium ad proxime venturas Kalendas Nov. haberetur: idoneum locum illum statuentes, quo ex Germania quidem, aliisque Germaniæ finitimis nationibus facillime ex Gallia, Hispania, ceterisque provinciis remotioribus non difficiliter Episcopi, & Prælati convenire possent. Dies autem concilii ea a nobis spectata est, quæ spatium in se haberet, & publicandi per Christianas nationes nostri hujus decreti, & facultatis omnibus Prælatis ad veniendum tribuendæ. Quo minus autem annuum tempus præfiniremus mutando Concilii loco (b) sicut quibusdam constitutionibus alias præscriptum est, ea res fuit in causa, quod longius extrahi spem sanandæ aliqua in parte Christianæ Reip. quæ

stro, che la Cristiana Repubblica va di giorno in giorno di male in peggio, essendo l' Ungheria oppressa da' Turchi, la Germania in pericolo, tutti gli altri afflitti dal timore, e dalla mestizia, abbiamo stabilito di non aspettar più oltre il consenso di Principe alcuno, ma solamente attendere alla volontà di Dio Onnipotente, e alla utilità della Cristiana Repubblica. Pertanto non avendo più Vicenza, e desiderando di provedere sì all' universal salute de' Cristiani, altresì agl' incommodi della nazione Germanica nell' elezione d' un nuovo luogo per tenere il Concilio, e proposti alcuni luoghi, vedendo dai medesimi desiderarsi la stessa Città di Trento, noi, sebbene giudicavamo potersi più comodamente trattar le cose nell' Italia di quà, nonostante con paterna carità piegammo l' animo nostro alle loro richieste. Pertanto abbiamo scelta la Città di Trento, nella qual si avesse a tenere il Concilio Ecumenico ai primi del prossimo venturo Novembre stabilindo quel luogo per idoneo, dove dalla Germania al certo, e dalle altre finitime nazioni della Germania facilissimamente, dalla Francia, dalla Spagna, e dalle altre provincie più rimote non difficilmente i Vescovi, ed i Prelati potessero radunarsi. Per il giorno poi del Concilio si è da noi disegnato quello, il quale avesse spazio in se, e di pubblicare questo nostro Decreto per le nazioni Cristiane, e di concedere la facoltà a tutti i Prelati di venirvi. Perchè poi non determinassimo il tempo di un anno alla mutazione locale del Concilio, come in

(a) In extrema Italiæ ora, seu finibus Venetorum Germania versus sitam, amœnissimo loco. (b) Const. Constantiense Sess. 39.

alcune costituzioni altre volte è stato prescritto, la ragione fu questa, perchè non abbiamo voluto che più a lungo si differisse la speranza di sanare in qualche parte la Cristiana Republica, la quale è oppressa da tanti danni, e disgrazie, e nonostante ne vediamo le circostanze, ne conosciamo le difficoltà, intendiamo esser incerto cosa possa sperarsi dai nostri consigli. Ma perchè sta scritto: Manifesta al Signore la tua strada, e spera in esso, ed egli farà: *abbiamo stabilito di confidare più nella clemenza, e misericordia di Dio, di quello che diffidare della nostra debolezza. Imperciocchè spesso succede nell'incominciar le opere buone, che ove non vagliono i consigli umani, operi la divina virtù. Spalleggiati, ed appoggiati dunque all' autorità dello stesso Dio Onnipotente Padre, e Figliuolo, e Spirito Santo, e dei Beati di lui Apostoli Pietro, e Paolo, la quale autorità noi pure esercitiamo in terra, col consiglio, e consenso parimenti dei nostri Venerabili fratelli Cardinali della S. Romana Chiesa, levata, e tolta la sospensione, della quale di sopra si è fatta menzione, la quale per mezzo delle presenti leviamo, e togliamo, intimiamo, annunciamo, convochiamo, stabiliamo, e decretiamo che si debba alle prossime Calende di Novembre del presente anno dall' incarnazione del Signore MDXLII. principiare, proseguire, e con l' ajuto del medesimo Signore compiere e terminare a gloria e lode dello stesso, e a salute di tutto il popolo Cristiano il Sacro Ecumenico e generale Concilio nella Città di Trento, luogo commodo e libero, e a tutte le nazioni oppor-*

tot detrimentis, & calamitatibus affecta est, noluimus: & tamen videmus tempora, agnoscimus difficultates, quid sperari possit ex consiliis nostris, incertum esse intelligimus. Sed quia scriptum est. (a) *Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet:* magis Dei clementiæ, & misericordiæ confidere, quam nostræ imbecillitati diffidere constituimus. Sæpe enim fit in bonis operibus incipiendis, ut, quod humana consilia non valent, divina virtus efficiat. Hujus igitur ipsius Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritui Sancti, ac beatorum ejus Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate, qua nos quoque in terris fungimur, freti, atque subnixi, de venerabilium item fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, sublata, amotaque suspensione, de qua supra commemoratum est, quam per præsentes tollimus, & amovemus, sacrum œcumenicum, & generale Concilium in civitate Tridentina, loco commodo, & libero, omnibusque nationibus opportuno, ad Kal. proximas Nov. anni præsentis ab Incarnatione Domini MDXLII. incipiendum, prosequendum, & eodem Domino adjuvante, ad ipsius gloriam, atque laudem, & Christiani totius populi salutem absolvendum, perficiendumque indicimus, annuntiamus, convocamus, statuimus, atque decernimus; omnes omnibus ex locis tam venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios

(a) Psalm. 36.

Abbates, quam alios quoscumque, quibus jure, aut privilegio in Conciliis generalibus residendi, & sententias in eis dicendi permissa potestas est, requirentes, hortantes, admonentes, ac nihilominus eis in vi jurisjurandi, quod nobis, & huic sanctæ Sedi præstiterunt, ac sanctæ virtute obedientiæ, aliisque sub pœnis, jure, aut consuetudine in celebrationibus Conciliorum adversus non accedentes ferri, & proponi solitis, mandantes, arcteque præcipientes, ut ipsimet (nisi forte justo detineantur impedimento, de quo tamen fidem facere compellantur) ut certe per suos legitimos procuratores, & nuntios, sacro huic Concilio omnino adesse, & interesse debeant. Supra autem dictos, Imperatorem, Regemque Christianissimum, necnon ceteros Reges, Duces, Principes, quorum præsentia, si alias unquam, hoc quidem tempore maxime Sanctissimæ Christi fidei, & Christianorum omnium futura est salutaris, rogantes atque obsecrantes per viscera misericordiæ Dei, & Domini nostri Jesu Christi, cujus fidei veritas, & religio, & intus & extra graviter jam oppugnatur, ut, si salvam volunt Christianam esse Reip. si se Domino obstrictos, & obligatos pro maximis illius erga se beneficiis intelligunt, ne deserant ipsius Dei causam, & negotium, ipsimet ad sacri Concilii celebrationem veniant, in quo ipsorum pietas, atque virtus communi utilitati, salutique suæ, ac cæterorum, & temporali, & æternæ, plurimum est profutura. Sin autem (id quod nollemus) accedere ipsi non po-

tuno; ricercando, esortando, ammonendo, e nello stesso tempo ingiungendo, e strettamente comandando, in forza del giuramento, che prestarono a noi, e a questa Santa Sede, e in virtù di Santa ubbidienza, e sotto altre pene solite a portarsi, e propersi per diritto, o per consuetudine nelle celebrazioni dei Concilii contro quelli, che non v' intervengono, a tutti di tutti i luoghi, tanto ai Venerabili nostri Fratelli Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, e Abati figliuoli diletti, quanto a tutti gli altri, a' quali per diritto, o privilegio è permessa la facoltà di risiedere nei Concilii generali, e di dire in essi il loro parere, che eglino stessi (se per avventura non sieno trattenuti da qualche giusto impedimento, il qual però sieno obbligati a far constare) che certamente per mezzo dei loro legittimi Procuratori, e Nunzj debbano del tutto esser presenti e intervenire a questo Sacro Concilio. Pregando poi, e scongiurando per le viscere della misericordia di Dio, e del Signor nostro Gesù Cristo, la verità e religione della di cui fede viene ed internamente, ed esternamente assai già combattuta, i sopradetti, Imperatore, e Re Cristianissimo, e gli altri Re, Duchi, Principi, la presenza dei quali, se lo fu mai in altri tempi, in questo specialmente è per essere di molto salutevole alla fede SS. di Cristo, e di tutti i Cristiani, che, se desiderano salva la Cristiana Repubblica, se capiscono d' essere strettamente obbligati al Signore pei grandissimi da lui ricevuti benefizj, non abbandonino la causa, e l' affare dello stesso Dio, vengano eglino stessi alla celebrazione del sacro Concilio, nel quale la pietà e virtù

de' medesimi è per giovare moltissimo alla comune utilità, e alla temporale, ed eterna salute loro, e degli altri. Se poi (ciò che non vorremmo) non potranno essi intervenirvi; vi spediscano almeno de' gravi Ambasciatori con autorità, i quali possino rappresentare nel Concilio le persone dei loro rispettivi Principi e con prudenza, e con decoro. Che procurino poi sopra tutto, ciò che loro è facilissimo, che i Vescovi, e i Prelati dei loro Regni e Provincie senza tergiversare e indugiare vadino al Concilio, lochè è giusto che Dio stesso e noi impetriamo specialmente dai Prelati, e Principi di Germania, che, quando per causa e desiderio loro particolarmente fu intimato il Concilio, e intimato in quella Città, che fu desiderata da essi, non sia poi ad essi gravoso di celebrarlo, e illustrarlo tutti con la loro presenza, affinchè meglio e più comodamente, presiedendo Dio alle nostre deliberazioni, e illuminando con lo splendore della sua sapienza e verità le nostre menti, si possino operare nel detto sacro Ecumenico Concilio, e, concorrendo ad un sol fine la carità di tutti, consultare, maneggiare, compiere, e quanto prima, e quanto il meglio si può condurre al desiderato termine le cose, che appartengono all' integrità e verità della Cristiana religione, al ristabilimento de' buoni costumi, alla correzione de' cattivi, alla pace, unità, e concordia vicendevole tanto dei Principi, quanto dei Popoli Cristiani, e quelle, che sieno necessarie a rintuzzare gl' impeti de' Barbari, e degl' Infedeli, ond' essi cercano con ogni sforzo di opprimere tutta la Cristianità. E perchè questa nostra lettera, e ciò che in essa

terunt, ac graves saltem viros Legatos cum auctoritate mittant, qui personam Principis sui quisque, & cum prudentia, & cum dignitate possint in Concilio referre. In primis vero ut id curent, quod ipsis facillimum est, ut ex suis cujusque regnis, ac provinciis Episcopi, & Prælati sine tergiversatione, & mora ad Concilium proficiscantur, quod maxime quidem a Prælatis, Principibusque Germaniæ Deum ipsum, atque nos impetrare æquum est, ut cum eorum præcipue causa, ipsisque cupientibus Concilium indictum sit, & in ea civitate indictum, quæ ab eis est desiderata, non graventur ipsi sua cunctorum præsentia id celebrare, & ornare; quo melius, atque commodius, quæ ad integritatem, & veritatem Christianæ Religionis, quæ ad bonorum morum reductionem, emendationemque malorum, quæ ad Christianorum inter se, tam Principum, quam populorum pacem, unitatem concordiamque pertineant, & quæ ad repellendos impetus Barbarorum, & infidelium, quibus illi universam Christianitatem obruere moliuntur, sint necessaria, Deo nostris consultationibus præeunte, & lumen sapientiæ suæ, ac veritatis mentibus nostris præferente, agi in dicto sacro œcumenico Concilio, & conspirante omnium charitate, consuli, tractari, confici, ad optatosque exitus deduci quamprimum, & quam optime possint. Atque ut nostræ hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad notitiam cunctorum, quorum oportet, perveniant: neve quis illorum ignoran-

tiæ excusationem prætendat, cum præsertim etiam non ad omnes eos, quibus nominatim illæ essent intimandæ, tutus forsitan pateat accessus, volumus, & mandamus, ut in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi, cum ibi multitudo populi ad audiendam rem divinam congregari solita est, palam clara voce per curiæ nostræ cursores, aut notarios aliquot publicos legantur, lectæque in valvis dictarum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ portis, & Campi Floræ solito loco affigantur; ubi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu expositæ pendeant: cumque inde amovebuntur, earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemque hujusmodi, omnes, & quoscumque quos antedictæ nostræ litteræ comprehendunt, post spatium duorum mensium a die litterarum publicationis, & affixionis, ita volumus obligatos esse, atque districtos, ac si ipsismet illæ coram lectæ, & intimatæ essent: transumptis quidem earum, quæ manu publici notarii scripta, aut subscripta, & sigillo personæ alicujus Ecclesiasticæ in dignitate constitutæ munita fuerint, ut fides certa, & indubitata habeatur, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, annuntiationis, convocationis, statuti, decreti, mandati, præcepti, & obsecrationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,

si contiene, arrivi alla notizia di tutti quelli, ai quali appartiene, e perc è alcuno di essi non si scusi col pretesto dell' ignoranza, specialmente anche non essendo forse aperto sicuro l' accesso a tutti quelli, a' quali si dovrebbe nominatamente intimare, vogliamo, e ordiniamo, che nella Basilica Vaticana del Principe degli Apostoli, e nella Chiesa Lateranense, quando colà è solita a radunarsi la moltitudine del popolo per udire i divini uffizj, pubblicamente ad alta voce sia letta dai Cursori della nostra Curia, o da altri pubblici Notari, e letta sia affissa alle porte di dette Chiese, e alle porte parimenti della Cancellaria Apostolica, e al solito luogo di Campo Fiore, dove penda per qualche tempo esposta alla lettura e notizia di tutti, e quando sarà indi rimossa, vi resti nonnostante affissa nei medesimi luoghi la copia di quella. Imperciocchè noi per mezzo di tal lettura, pubblicazione, e affissione vogliamo, che tutti, e ciascheduno, cui la nostra lettera sopradetta comprende, dopo lo spazio di due mesi dal giorno della pubblicazione e affissione della lettera sieno obbligati ed astretti, non altrimenti che se fosse stata letta ed intimata a loro stessi personalmente: ordiniamo, e decretiamo, che si presti certa e indubitata fede ai trasunti di quella, che sieno scritti, e sottoscritti per man di pubblico Notajo, e muniti del sigillo di qualche persona Ecclesiastica costituita in dignità. Non sia dunque affatto lecito ad alcun uomo di rompere, o con temeraria petulanza contravvenire a questa pagina della nostra intimazione, annunziazione, e convocazione, statuto, decreto, mandato, precetto, e preghiera. Se alcuno poi sia

che presuma di tentar ciò, sappia, che sarà per incorrere la indegnazione di Dio Onnipotente, e dei Beati di lui Apostoli Pietro, e Paolo. Data in Roma presso S. Pietro l'anno dell'Incarnazione del Signore 1542. ai 22. di Maggio, del nostro Pontificato 8.

Blosio.

Girol. Dand.

indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini MDXLII. XI. Kalend. Jun. Pontificatus nostri anno VIII.

Blosius.

Hier. Dand.

SESSIONE PRIMA

Del Sacrosanto Ecumenico, e Generale

CONCILIO DI TRENTO

SOTTO PAOLO III. PONTEF. MASSIMO

Celebrata il dì 13. del mese di Decembre dell'anno 1545.

Decreto intorno all'incominciamento del Concilio.

Vi piace, a lode, e gloria della Santa e individua Trinità, Padre, e Figliuolo, e Spirito Santo, ad accrescimento, ed esaltazione della Fede, e Religion Cristiana, ad estirpazione delle Eresie, per la pace, ed unione della Chiesa, per la riforma del Clero e popolo Cristiano, per la depressione, ed estinzione dei nemici del nome Cristiano, decretare, e dichiarare, che il sacro, e generale Concilio incominci, e sia incominciato?

Risposero, ci piace.

Intimazione della futura Sessione.

Ed essendo prossima la festa del-

SESSIO PRIMA

Sacrosancti Œcumenici, & Generalis

CONCILII TRIDENTINI

SUB PAULO III. PONTIF. MAXIMO

Celebrata Die XIII. Mensis Dec. An. Dom. MDXLV.

Decretum de inchoando Concilio.

PLacet ne vobis, ad laudem, & gloriam Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad incrementum, & exaltationem Fidei, & Religionis Christianæ ad extirpationem hæresum, ad pacem, & unionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleri, & populi Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere, & declarare, sacrum Tridentinum, & generale Concilium incipere, & inceptum esse?

Responderunt, Placet.

Indictio futuræ Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas

Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, & subsequantur aliæ festivitates labentis & incipientis anni; placet ne vobis, primam futuram Sessionem habendam esse die Jovis post Epiphaniam, quæ erit septima mensis Jan. anno Dom. MDXLVI?

Responderunt, Placet.

la Nascita di Nostro Signor Gesù Cristo, e susseguendo poi altre feste dello scadente, e futuro anno; vi piace, che la prima futura Sessione si tenga nel giorno di Giovedì dopo l'Epifania, che sarà il settimo del mese di Gennajo dell'anno del Signore 1546?

Risposero, ci piace.

SESSIO II.

Celebrata Die VII. Mensis Jan. MDXLVI.

Decretum de modo vivendi, & aliis in Concilio servandis.

SAcrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis agnoscens cum beato Jacobo Apostolo, quod (*a*) omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum, qui iis, qui postulant a se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis: & simul sciens, quod (*b*) initium sapientiæ est timor Domini; statuit, & decrevit, omnes, & singulos Christifideles, in civitate Tridentina congregatos, exhortandos esse, prout exhortatur, ut se a malis, & peccatis hactenus commissis emendare, ac de cetero in timore Domini ambulare, (*c*) & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sæpius confiteri, Eucharistiæ sacramentum sumere, Ecclesias frequentare, præcepta deni-

SESSIONE II.

Celebrata il dì 7. del mese di Gennajo 1546.

Decreto intorno la maniera di vivere ed altre cose da osservarsi nel Concil.

IL Sacrosanto Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi tre Legati della Sede Apostolica, conoscendo col Beato Giacomo Apostolo, che ogni buona cosa, che ci è data, e ogni dono perfetto vien dall'alto, discendendo dal Padre dei lumi, il quale dà a tutti abbondantemente la sapienza, quando a lui la dimandano, e non la rinfaccia loro; e nello stesso tempo sapendo, che il principio della Sapienza è il timor del Signore; stabilì, e decretò, che tutti, e ciaschedunо dei Cristiani, radunati nella Città di Trento, si debbano esortare, come esorta, che ognuno per quanto potrà, voglia emendarsi dai mali, e peccati fino ad ora commessi: e in avvenire camminare nel timore del Signore, e non soddisfare ai desiderj della carne, attendere alle orazioni, spesso confessarsi, ricevere l'Eucaristia, frequentar le Chiese, finalmen-

(*a*) Jac. 1. (*b*) Prov. 1. & 9. Psalm. 110. (*c*) Galat. 5.

te adempire i precetti del Signore, come pure ogni giorno privatamente pregare per la pace dei Principi Cristiani, e per l' unione della Chiesa: che i Vescovi poi, e qualunque altro costituito nell' ordine Sacerdotale, che celebrano il Concilio Ecumenico in questa Città, assiduamente attendano alle lodi del Signore, offeriscano ostie, lodi, e preghiere, facciano con diligenza il sacrifizio della Messa, almeno tutte le Domeniche, nel qual giorno Dio creò la luce, e risorse da morte, e infuse lo Spirito Santo nei Discepoli, facendo, come il medesimo Spirito Santo comanda per mezzo dell' Apostolo preghiere, orazioni, dimande, rendimenti di grazie pel SS. Sig. N. Papa, per l' Imperatore, pei Rè, e pegli altri, i quali sono costituiti in sublimità, per tutti gli uomini, acciocchè meniamo una vita quieta, e tranquilla, godiamo della pace, e vediamo l' accrescimento della Fede. Inoltre li esorta, che digiunino almeno tutti i Venerdì in memoria della Passione del Signore, distribuiscano elemosine ai poveri; che nella Chiesa poi Cattedrale tutti i Giovedì si celebri la Messa dello Spirito Santo colle Litanie, ed altre orazioni a tale oggetto instituite; nelle altre Chiese poi si dicano nel medesimo giorno almeno le Litanie, e le orazioni: che nel tempo poi, in cui celebrasi la messa, non si facciano colloquj, e ragionamenti inutili, ma colla bocca, e coll'animo si assista al celebrante. E poichè fa di mestieri, che i Vescovi sieno irreprensibili, sobri, casti, che attendano bene alla loro casa, li esorta ancora, che pri-

que Dominica, quantum quisque poterit, adimplere, nec non quotidie pro pace Principum Christianorum, & unitate Ecclesiæ privatim orare velint: Episcopos vero, & quoscumque alios, in ordine sacerdotali constitutos, œcumenicum Concilium in ea civitate celebrantes, ut assidue in Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium Missæ, quolibet saltem die Dominica, in quo Deus lucem condidit, & a mortuis resurrexit, ac (*a*) Spiritum Sanctum in discipulos infudit, peragere satagant, facientes, sicut idem Spiritus Sanctus per (*b*) Apostolum præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro Sanctissimo Domino nostro Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & ceteris, qui in sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus ut quietam, & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, ut jejunent saltem singulis sextis feriis in memoriam Passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent: in Ecclesia autem Cathedrali singulis quintis feriis celebretur Missa de Spiritu Sancto cum Litaniis, & aliis orationibus, ad hoc institutis: in aliis vero Ecclesiis eadem die dicantur ad minus Litaniæ, & orationes: (*c*) tempore autem, quo sacra peraguntur, collocutiones, & confabulationes non fiant: sed ore, & animo celebranti assistatur. Et quoniam (*d*)

(*a*) Act. 2. (*b*) 1. Timoth. 2.
(*c*) Infra Sessione 22. in Decreto de observandis in Celeb. Miss. (*d*) 1. Tim. 3.

oportet, Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos; hortatur etiam, ut ante omnia quilibet in mensa (*a*) servet sobrietatem, moderationemque ciborum; deinde cum in eo loco sæpe otiosi sermones oriri soleant, ut (*b*) in ipsorum Episcoporum mensis divinarum Scripturarum lectio admisceatur; familiares vero suos unusquisque instruat, & erudiat, ne sint rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum amatores; vitia denium fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatem præseferant, sicut decet ministros ministeriorum Dei. Ad hæc cum hujus sacrosancti Concilii præcipua cura, solicitudo, & intentio sit, ut, propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram, Catholicæ veritatis lux, Jesu Christo, (*c*) qui vera lux est, annuente, candor, puritasque refulgeat, & ea, quæ reformatione egent, reformentur: ipsa Synodus hortatur omnes Catholicos hic congregatos, & congregandos, atque eos præsertim, qui sacrarum litterarum peritiam habent, ut sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum viis, & modis ipsius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum sortiri possit: quo maturius, & consultius damnari damnanda, & probanda probari queant; ut per totum orbem omnes uno

ma di tutto ognuno osservi la sobrietà nella mensa, e la moderazione dei cibi: di poi, essendo soliti spesso nascere oziosi discorsi in quel luogo, che la lezione delle Scritture divine si frammischi nelle mense degli stessi Vescovi; che ognuno instruisca i suoi familiari, e li ammaestri, acciocchè non siano rissosi, e bevitori, disonesti, ingordi della roba altrui, superbi, bestemmiatori, ed amatori dei piaceri: che fuggano finalmente i vizj, ed abbraccino le virtù, e mostrino l' onestà nel vestito, e culto, e in tutte le azioni, come conviene ai ministri dei ministerj di Dio. Oltre di ciò, essendo speciale premura, sollecitudine, ed intenzione di questo Sacrosanto Concilio, che sgombrate le tenebre dell' eresie, le quali per tanti anni coprirono la terra, ricomparisca la luce della Cattolica verità, il candore, e la purezza col favor di Gesù Cristo, che è la vera luce; e si riformino quelle cose, le quali hanno bisogno di riforma: lo stesso Concilio esorta tutti i Cattolici qui radunati, e da radunarsi, e specialmente quelli, i quali hanno cognizione delle Sacre lettere, ch' eglino seco stessi con diligente meditazione riflettano, con quali strade specialmente, e maniere possa dirigersi l' intenzione dello stesso Concilio, e sortire il desiderato effetto, onde più per tempo, e più prudentemente possano condannarsi le cose, che sono da condannarsi, ed approvarsi quelle, che sono da approvarsi, affinchè tutti per tutto il mondo con unanime consenso, e colla mede-

(*a*) Tit. 1. Tim. 3. c. fin. 2. q. 7 cum sim. Conc. Tol. 3. c. 7. Conc. Rhemens. c. 27. Euseb. in 4. Decr. & infra Sess. 25. cap. 1. de reform.
(*b*) c. Pro reverentia Dist. 44. (*c*) Joan.

ssima confession di fede glorifichino Dio, e Padre del N. Signor Gesù Cristo.

Nell' esporre poi i pareri, a norma dello Statuto del Concilio Toletano, standosene i Sacerdoti del Signore nel luogo di benedizione, nessuno debba o far susurro immodestamente, o disturbare con istrepiti, o contrastare con false, o vane, od ostinate contese: ma, tutto ciò che si dice, talmente venga temperato con una mitissima espressione di parole, che nè s' offendano quelli, i quali ascoltano, nè l' intendimento d' un retto giudizio venga con animo appassionato distorto.

Di più lo stesso Santo Sinodo stabilì, e decretò, che se per avventura accaderà, che alcuni non istiano nel luogo dovuto, e proferiscano opinione, anche sotto la parola Placet, *intervengano alle Congregazioni, e facciano qualsivoglia altro atto, nel tempo che dura il Concilio, non per ciò si generi pregiudizio ad alcuno, nè alcuno acquisti alcun nuovo diritto.*

Di poi è stata intimata la futura Sessione pel giorno 4. di Giovedì del mese di Febbrajo prossimo venturo.

ore, & eadem fidei confessione glorificent Deum, & Patrem Domini nostri Jesu Christi.

In sententiis vero dicendis, juxta (a) Toletani Concilii statutum, in loco benedictionis considentibus Domini sacerdotibus nullus debeat aut immodestis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbare; nullis etiam falsis, vanisve, aut obstinatis disceptationibus contendere; sed quidquid dicatur, sic mitissima verborum prolatione temperetur, ut nec audientes offendantur, nec recti judicii acies perturbato animo inflectatur.

Insuper ipsa sacra Synodus statuit, ac decrevit, quod si forte contigerit aliquos debito in loco (b) non sedere, & sententiam, etiam sub verbo, *Placet*, proferre, Congregationibus interesse, & alios quoscumque actus facere, Concilio durante; nulli propterea præjudicium generetur, nullique novum jus acquiratur.

Deinde indicta fuit futura Sessio ad diem Jovis, quartam mensis Febr. proxime venturi.

SESSIONE III.

Celebrata il dì 4. *del mese di Febbr.* 1546.

Decreto intorno il Simbolo della Fede.

NEl nome della Santa, e individua Trinità, Padre, Figliuolo, e Spirito Santo.

SESSIO III.

Celebrata die IV. Mensis Feb. MDXLVI.

Decretum de Symbolo Fidei.

IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

(a) Conc. Tolet. 11. c. 1. Conc. Constant. Sess. 1. in princ. c. In loco 5. qu. 4. Vide & 4. Tolet. cap. 3.

(b) Idem in conclusione repetitur. Episcopis forma præscripta est 1. Bracc. c. 24. & c. Episcopos 17. Dist.

Hæc sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitibus, de extirpandis hæresibus, & moribus reformandis, continentur, quorum causa præcipue est congregata; agnoscens autem cum (*a*) Apostolo, non esse sibi colluctationem adversus carnem, & sanguinem, sed adversus spirituales nequitias in cælestibus, cum eodem omnes, & singulos in primis hortatur, ut confortentur in Domino, & in potentia virtutis ejus, in omnibus sumentes (*b*) scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est Verbum Dei. Itaque, ut hæc pia ejus sollicitudo principium, & progressum suum per Dei gratiam habeat, ante omnia statuit & decernit, præmittendam esse confessionem fidei (*c*), Patrum exempla in hoc secuta; qui sacratioribus Conciliis hoc scutum contra omnes hæreses in principio suarum actionum apponere consuevere: quo solo aliquando, & infideles ad finem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. Quare Symbolum fidei, quo S. R. E. utitur, tanquam principium illud, in quo omnes qui fidem Christi profitentur, necessario conveniunt, ac

Questo Sacrosanto, Ecumenico, e Generale Concilio di Trento radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi tre Legati della Sede Apostolica, considerando la grandezza delle cose da trattarsi, specialmente di quelle, le quali contengonsi in que' due capi intorno all' estirpar l' eresie, e riformare i costumi; per motivo dei quali specialmente fu radunato, conoscendo poi coll' Apostolo, non aver esso a combattere contra la carne, ed il sangue, ma contro le spirituali malignità nelle cose celesti, esorta in primo luogo col medesimo tutti, e ciascheduno; che si confortino nel Signore, e nella potenza della di lui virtù, prendendo in tutte le cose lo scudo della Fede, nel quale possano estinguere tutti gl' infuocati dardi dello sceleratissimo nemico, e ricevano la corazza della speranza di salute, con la spada dello Spirito, ch' è la parola di Dio. Pertanto perchè questa di lui pia sollecitudine abbia il suo principio, e progresso per mezzo della grazia di Dio: prima di tutto stabilì, e ordinò, che si debba premettere la Confession della Fede, in ciò seguendo gli esempj de' Padri, i quali nei più sacrosanti Concilii furono soliti di apporre questo scudo contro tutte l' eresie nel principio delle loro azioni: col quale solo una volta condussero gl' Infedeli alla fede, espugnarono gli Eretici, e rassodarono i Fedeli. Laonde giudicò, che si debba esprimere con altrettante parole, con quante si legge in tutte le chiese, il Simbolo di Fede, di cui la

(*a*) Ephes. 6. (*b*) ibid.

(*c*) Conc. Nicæn. Conc. Rom. sub Jul. 1. Conc. Hippon. in princ. Conc. Constan. 1. Actione 17. cum sim. cap. 1. Dist. 15. cap. Baptizandos, cum seq. de Cons. Dist. 6. can. 1. de sum. Trin.

Santa Romana chiesa si serve, come quel principio, in cui tutti quelli, i quali professano la Fede di Cristo necessariamente convengono; e come uno stabile, ed unico fondamento, contro il quale non prevaleranno giammai le porte dell' Inferno, e questo simbolo è di tal tenore.

Credo in un solo Dio, Padre onnipotente creatore del Cielo, e della terra, di tutte le cose visibili, ed invisibili; ed in un solo Signor Gesù Cristo, Figliuolo unigenito di Dio, e nato dal Padre avanti tutti i secoli: Dio da Dio, lume dal lume, Dio vero da Dio vero; generato, non fatto, consustanziale al Padre, per mezzo di cui tutte le cose sono state fatte. Il quale per noi uomini, e per la nostra salute discese dal Cielo, e s' incarnò dello Spirito Santo, da Maria Vergine, e si fece uomo. Crocefisso anche per noi sotto Ponzio Pilato, patì, ed è stato seppellito, e risuscitò il terzo giorno secondo le Scritture. E salì al Cielo, siede alla destra del Padre: e di nuovo sarà per venire con gloria a giudicare i vivi, ed i morti, del di cui regno non vi sarà fine. E nello Spirito Santo Signore, e vivificante, il quale col Padre, e col Figliuolo insieme è adorato e conglorificato, il quale parlò per mezzo dei Profeti; e credo una sola Santa Cattolica, ed Apostolica Chiesa. Confesso un solo Battesimo per la remissione de' peccati, ed aspetto la resurrezione de' morti, e la vita del secolo venturo. Così sia.

fundamentum firmum, & unicum, contra quod (*a*) portæ Inferi nunquam prævalebunt, totidem verbis, quibus in omnibus Ecclesiis legitur, exprimendum esse censuit, quod quidem ejusmodi est.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium: & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine & homo factus est, Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris, & iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis; & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit; qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas: & unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

(*a*) Matth. 16.

Initio futuræ Sessionis.

Eadem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, intelligens multos Prælatos ex diversis partibus accinctos esse itineri, nonnullos etiam in via esse, quo huc veniant, cogitansque omnia ab ipsa sacra Synodo decernenda, eo majoris apud omnes existimationis, & honoris videri posse, quo (*a*) majori fuerint, & pleniori Patrum consilio, & præsentia sancita, & corroborata, statuit, & decrevit, futuram Sessionem post præsentem celebrandam esse die Jovis quæ subsequetur Dominicam Lætare, proxime futuram: interim tamen non differri discussionem, & examinationem eorum, quæ ipsi Synodo discutienda, & examinanda videbuntur.

Intimazione della futura Sessione.

Il medesimo Sacrosanto Ecumenico, e Generale Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi tre Legati della Sede Apostolica, intendendo che molti Prelati da diverse parti si sono messi in viaggio, alcuni ancora sono in istrada per venir quì, e pensando, che tutte le cose da determinarsi dallo stesso Sacro Sinodo possano sembrare appresso tutti di tanto maggiore stima, ed onore, con quanto maggior e più pieno consiglio, saranno anche le cose presenti determinate, e stabilite, ordinò, e decretò, che la futura Sessione s' abbia a celebrare dopo la presente pel giorno di Giovedì, il quale sarà dopo la Domenica, Lætare, *prossima futura: che intanto però non si differisca la discussione, e l' esame di quelle cose, le quali sembreranno allo stesso Concilio da discutersi, ed esaminarsi.*

SESSIO IV.

Celebrata Die VIII. Mensis Apr. MDXLVI.

Decretum de Canonicis Scripturis.

SAcrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur: quod (*b*) promissum

SESSIONE IV.

Celebrata il dì 8. del mese di Aprile 1546.

Decreto intorno alle Scritture Canoniche.

IL Sacrosanto, Ecumenico, e Generale Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi tre Legati della Sede Apostolica, avendo perpetuamente innanzi gli occhi, che tolti gli errori, la purezza stessa del Vangelo si conservi nella chiesa: la qual promessa il

(*a*) Vide infra Catalogum eorum, qui Concilio interfuerunt sub Pio IV. (*b*) Jer. 31. 1.

Signor nostro Gesù Cristo, Figliuolo di Dio, promulgò in primo luogo di propria bocca, avanti per mezzo dei Profeti, di poi per mezzo dei suoi Apostoli, comandò, che come fonte di ogni salutar verità, e disciplina dei costumi si predicasse ad ogni creatura, e considerando che questa verità, e disciplina si contiene nei libri scritti, e nelle tradizioni senza scrittura, le quali ricevute dagli Apostoli per bocca dello stesso Cristo, o dagli stessi Apostoli, dettandole lo Spirito Santo, quasi di mano in mano consegnate, giunsero fino a noi, seguitando gli esempj dei Padri Ortodossi, riceve, e venera con eguale affetto di pietà, e riverenza tutti i Libri tanto del vecchio, quanto del nuovo Testamento; essendo dell' uno, e dell' altro l' autore il solo Dio, come pure le tradizioni stesse, appartenenti sì alla fede, che ai costumi, come dettate o di propria bocca da Cristo, o dallo Spirito Santo, e conservate nella Chiesa Cattolica per una continua successione. Stimò poi di dover unire l' indice dei Sacri Libri a questo Decreto; acciocchè non possa nascer dubbio ad alcuno, quali siano quelli, i quali vengono ricevuti dallo stesso Sinodo: sono poi gl' Infrascritti: Del Testamento vecchio, i cinque di Mosè, cioè la Genesi, l' Esodo, il Levitico, i Numeri, il Deuteronomio: di Giosuè, dei Giudici, di Rut, i quattro dei Re, i due del Paralipomeno; il primo, ed il secondo di Esdra, il quale si chiama

ante per Prophetas in Scripturis sanctis, Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, proprio ore primum promulgavit; deinde per suos Apostolos, tanquam fontem omnis, & salutaris veritatis, & morum disciplinæ, (*a*) omni creaturæ prædicari jussit: pespiciensque hanc veritatem, & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus; quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut (*b*) ab ipsis Apostolis, Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt: orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros, tam veteris, quam novi Testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus a Christo, vel a Spiritu Sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit, & veneratur. Sacrorum vero librorum (*c*) indicem huic decreto adscribendum censuit; ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa Synodo suscipiuntur. Sunt vero infrascripti: Testamenti veteris, quinque Moysi, idest, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Josue, Judicum, Ruth; quatuor Regum, duo Paralipomenon; Esdræ primus, & secundus, qui dicitur

(*a*) Matth. & Marc. ult.

(*b*) 2. Th. 2. c. Ecclesiasticarum, Dist. 11, & c. Cum Mar. de celebr. Miss. Conc. Senonense tempore Clement. VII. dec. 5.

(*c*) In can. Apost. c. 84. Innocent. I. ep. 3. c. 7. Gelasius in Conc. 70. ep. Conc. Laod. c. 59. Conc. Car. 3. c. 47. c. sancta Romana, Distinct. 15. & fine Epist. Eugen. in Concil. Florent. ad Armenos.

Nehemias: Tobias, Judith, Hester, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, idest, Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & secundus. Testamenti novi, quatuor Evangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem: Actus Apostolorum a Luca Evangelista conscripti: quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres, Jacobi Apostoli una, Juda Apostoli una, & Apocalypsis Joannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit, anathema sit. Omnes itaque intelligant, quo ordine, & via ipsa Synodus, post jactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimoniis, ac præsidiis in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in Ecclesia moribus sit usura.

Neemia: Tobia, Giuditta, Ester, Giobbe, il Salterio di Davide di cento cinquanta Salmi, le Parabole, l' Ecclesiaste, il Cantico de' Cantici, la Sapienza, l' Ecclesiastico; Isaia, Geremia con Baruch, Ezechiello, Daniello; i dodici Profeti minori, cioè Osea, Gioele, Amos, Abdia, Giona, Michea, Nahum, Habacuc, Sofonia, Aggeo, Zaccharia, Malacchia; i due de' Maccabei, primo, e secondo. Del Testamento nuovo, i quattro Evangelj, secondo Matteo, Marco, Luca, e Giovanni. Gli Atti degli Apostoli descritti da Luca Evangelista: le quattordici Epistole di Paolo Apostolo, cioè ai Romani, due ai Corintj, ai Galati, agli Efesi, ai Filippesi, ai Colossensi, due ai Tessalonicensi, due a Timoteo, a Tito, a Filemone, agli Ebrei: le due di Pietro Apostolo; le tre di Giovanni Apostolo; una di Giacopo Apostolo; una di Giuda Apostolo; e l' Apocalisse di Giovanni Apostolo. Se qualcheduno poi non riceverà i Libri stessi intieri con tutte le loro parti, come furono soliti a leggersi nella Chiesa Cattolica, e si hanno nell' antica Volgata edizione Latina, non li riceverà, dissi, per sacri, e Canonici, e scientemente e volontariamente disprezzerà le predette tradizioni; sia scommunicato. Tutti per tanto intendano, con qual ordine, e metodo, lo stesso Sinodo, gettato già il fondamento della Confessione della fede sia per andare avanti, e di quali testimonj specialmente, ed ajuti sia per servirsi nel confermare i dogmi, e nel rinnovellare i costumi nella Chiesa.

Decreto intorno l' edizione, ed uso dei Sacri Libri.

Inoltre considerando il Sacrosanto Concilio, che non poca utilità possa ridondare alla Chiesa di Dio, se si faccia noto, quale de' Libri Sacri, che fra tutte le Latine edizioni, vanno in giro, si debba tenere per autentica; stabilisce, e dichiara, che questa vecchia, e volgata edizione, la quale pel lungo uso di tanti secoli è stata approvata nella stessa chiesa, si tenga per autentica nelle pubbliche lezioni, dispute, prediche, ed esposizioni: e che niuno osi, o presuma sotto qualsivoglia pretesto di rigettarla.

Inoltre, per tener in freno i temerarj ingegni, ordina che niuno appoggiato alla sua prudenza in materia di fede, e di costumi appartenenti all' edificazione della Dottrina Cristiana abbia il coraggio d' interpretare la Sacra Scrittura, ritorcendo la medesima ai proprj suoi sentimenti contro quel senso, che tenne e tiene la Santa Madre Chiesa, alla quale appartiene il giudicare del vero senso, e interpretazione delle Sante Scritture, o ancora contro l' unanime consenso dei Padri, quantunque tali interpretazioni non fossero mai in alcun tempo per uscire alla luce. Quelli, i quali contravverranno, siano pubblicati per mezzo degli Ordinarj, e puniti colle pene stabilite dalla Legge. Ma volendo mettere un qualche freno in questa parte, come si conviene, anche agli stampatori,

Decretum de editione, & usu sacrorum librorum.

Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat; statuit, & declarat, ut hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur; & ut nemo illam rejicere, quovis prætextu audeat, vel præsumat.

Præterea, ad (*a*) coercenda petulantia ingenia, decernit, ut nemo, suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione Scripturarum sanctarum, aut etiam (*b*) contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat; etiamsi hujusmodi interpretationes nullo umquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contravenerint, per Ordinarios declarentur, & pœnis a jure statutis puniantur.

Sed & (*c*) Impressoribus modum in hac parte, ut par est,

(*a*) c. Hæresis, & c. Quinam, in fin. 24. qu. 3. infra Sess. 13. c. 1.

(*b*) Sic Synodus in Trul. c. 19. quam putat Constant. 6. c. Exiit circa fin. de verb. sign. in 6.

(*c*) Vide infra de libr. prohibitis regula 10. Nunc etiam censuris bullæ Cœnæ impressores librorum prohibitorum innodantur.

imponere volens, qui jam sine modo, hoc est, putantes sibi licere quidquid libet, sine licentia superiorum ecclesiasticorum, ipsos sacræ Scripturæ libros, & super illis annotationes, & expositiones quorumlibet indifferenter, sæpe tacito, sæpe etiam ementito prælo, & quod gravius est, sine nomine auctoris imprimunt, alibi etiam impressos libros hujusmodi temere venales habent: decernit, & statuit, ut posthac sacra Scriptura, potissimum vero hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quam emendatissime imprimatur, nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quovis libros de rebus sacris, sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario, sub pæna anathematis, & pecuniæ in canone (a) Concilii novissimi Lateranensis apposita. Et si Regulares fuerint, ultra examinationem, & probationem hujusmodi, licentiam quoque a suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, juxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel evulgant, nisi antea examinati, probatique fuerint eisdem pœnis subjaceant, quibus Impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur. Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel scripti, vel impressi, authentice appareat: idque totum, hoc est

i quali ormai senza ritegno, cioè, stimando esser loro lecito, tutto ciò che ad essi aggrada, stampano senza licenza dei superiori Ecclesiastici gli stessi Libri della Sacra Scrittura, e con annotazioni, ed esposizioni di chi più loro piace indifferentemente, spesso tacendo, spesso ancora fingendo una supposta stamperia, e ciò ch'è più importante, senza nome d'Autore: e stampati anche altrove tengono impudentemente esposti in vendita simili Libri: ordina, e stabilisce, che in avvenire la Sacra Scrittura, specialmente poi questa stessa antica, e volgata edizione si stampi il più correttamente che si può, e non sia lecito ad alcuno, stampare, o fare stampare qualsisia libro di cose sacre senza il nome dell'Autore, nè venderli in avvenire, o ritenerli appresso di se, se prima non siano stati esaminati, ed approvati dall'Ordinario, sotto pena della scomunica, e del danaro inserita nel Canone del Concilio ultimo Lateranense: e se saranno Regolari, oltre il predetto esame, ed approvazione, sieno obbligati ad impetrare la licenza anche da' loro superiori, riconosciuti da essi i Libri, a tenore della formula delle loro costituzioni. Coloro poi, i quali li comunicano, o li pubblicano in iscritto, se prima non siano stati esaminati, ed approvati, siano soggetti alle medesime pene, alle quali soggiacciono gli stampatori. E quelli, i quali li avranno, o leggeranno, se non manifesteranno gli autori, siano tenuti per autori. L'approvazione poi stessa di tali Libri si dia in iscritto, e perciò nel frontispizio del Libro o

(a) Vide infra I.

scritto, o stampato apparisca autenticamente; e tutto questo, vale a dire, e l'approvazione, e l'esame si faccia gratuitamente, perchè si approvino le cose che sono da approvarsi, e si riprovino quelle che sono da riprovarsi. Oltre di ciò, volendo reprimere quella temerità, colla quale le parole, e le sentenze della Sacra Scrittura si rivolgono e si adattano a qualunque profanità, vale a dire, a cose buffonesche, favolose, vane, ad adulazioni, dettrazioni, superstizioni empie, e diabolici incantesimi, a vaticinj, a sortilegi, ed anche libelli infamatorj, commette, ed ordina, per togliere simile irriverenza, e disprezzo, che in avvenire nessuno in qualsivoglia maniera abbia coraggio di usurpare le parole della Scrittura Sacra per queste, e simili cose; che tutti gli uomini di tal fatta, contaminatori, e violatori della parola di Dio, siano tenuti in dovere dai Vescovi con le pene dal diritto, e dall' arbitrio loro stabilite.

Intimazione della futura Sessione.

Parimenti questo Sacrosanto Concilio stabilisce, e ordina, che la prossima futura Sessione si debba tenere, e celebrare il Giovedì dopo la prossima Sacratissima Festa della Pentecoste.

SESSIONE V.

Celebrata il dì 17. del mese di Giugno MDXLVI.

Decreto sopra il Peccato Originale.

PErchè la nostra Fede Cattolica, senza la quale è impossibile piacere a Dio, purgati gli errori, rimanga integra, ed illibata nella sua

& probatio, & examen, gratis fiat, ut probanda probentur, & reprobentur improbanda. Post hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque convertuntur, & torquentur verba, & sententiæ sacræ Scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias, & diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famosos; mandat, & præcipit, ad tollendam hujusmodi irreverentiam, & contemptum, ne de cætero quisquam quomodolibet verba Scripturæ sacræ ad hæc, & similia audeat usurpare; ut omnes hujus generis homines, temeratores, & violatores verbi Dei, juris, & arbitrii pœnis per Episcopos coerceantur.

Indictio futuræ sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum festum proximum Pentecostes.

SESSIO V.

Celebrata Die XVII. Mensis Junii MDXLVI.

Decretum de Peccato Originali.

UT fides nostra Catholica, (*a*) sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus in sua sinceritate integra, & illiba-

(*a*) Heb. 11.

ra permaneat; & ne populus Christianus (a) omni vento doctrinæ circumferatur; cum (b) Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur etiam de peccato originali, ejusque remedio, non solum nova, sed vetera etiam dissidia excitaverit: sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, jam ad revocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ judicium, & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur, ac declarat.

1. Si (c) quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam prævaricationis hujusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi (d) comminatus fuerat Deus; & cum morte captivitatem sub ejus potestate, (e) qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam, per illam prævaricationis offensam, secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse; anathema sit.

sincerità; e perchè il popolo Cristiano non sia quà e là sbalzato da qualunque vento di dottrina: avendo quell' antico serpente, perpetuo nemico del genere umano, fra i moltissimi mali, dai quali la Chiesa di Dio è turbata in questi nostri tempi, suscitate anche intorno al peccato originale, e al rimedio dello stesso non solamente nuove, ma eziandio le discordie antiche: il Sacrosanto, Ecumenico, e general Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in esso presidenti i medesimi tre Legati della Sede Apostolica, volendo ormai applicarsi a richiamare gli erranti, e a rassodare i vacillanti, seguendo le testimonianze delle Sacre Scritture, e dei Santi Padri, e dei più approvati Concilj, ed il giudicio, e consenso della stessa Chiesa, stabilisce, confessa, e dichiara queste cose intorno lo stesso peccato originale.

Se qualcheduno non confessa, che il primo uomo Adamo, allorchè trasgredì il comando di Dio nel Paradiso, abbia tosto perduta la santità, e giustizia, nella quale era stato costituito, e sia incorso per l' offesa di tale prevaricazione nell' ira, e nello sdegno di Dio, e perciò nella morte, la quale innanzi gli era stata da Dio minacciata, e colla morte la schiavitù sotto la potestà di colui, il quale ebbe di poi l' impero della morte, cioè del diavolo, e che tutto Adamo per l' offesa di quella prevaricazione per rapporto al corpo ed all' anima sia stato ridotto in peggiore stato; sia scomunicato.

(a) Ephes. 4. (b) Genes. 3.
(c) Cœlest. I. ep. 1. c. 4. (d) Gen. 3. (e) Heb. 2. Conc. Arausicanum 2. c. 1.

Se qualcheduno asserisce, che la prevaricazione di Adamo abbia nociuto a lui solo, e non alla di lui discendenza, e che la santità, e la giustizia ricevuta da Dio, la quale perdè, l'abbia perduta per se solo, e non anche per noi; o che quegli macchiato per lo peccato della disubbidienza, abbia trasfuso in tutto il genere umano la morte, e le pene del corpo solamente, non poi anche il peccato, ch' è la morte dell' anima, sia scomunicato: contraddicendo all' Apostolo che dice: per mezzo d' un solo uomo il peccato entrò nel mondo, e per mezzo del peccato la morte, e così la morte passò in tutti gli uomini; poichè in quel solo tutti peccarono.

Se qualcheduno asserisce, che questo peccato di Adamo, il quale è un solo per origine ma in tutti trasfuso per propagazione, non per imitazione, cioè proprio a ciascheduno, si tolga o per mezzo delle forze della natura umana, o per altro rimedio, fuorchè pel merito del solo mediatore Signor nostro Gesù Cristo, il quale ci riconciliò a Dio nel suo sangue, divenuto per noi giustizia, santificazione, e redenzione; o nega, che lo stesso merito di Gesù Cristo si applichi tanto agli adulti, quanto ai fanciulli per mezzo del Sacramento del Battesimo colla formola della chiesa legittimamente conferito, sia scomunicato: perchè non v' è altro nome sotto il cielo dato agli uomini, nel quale sia d' uopo che noi diventiamo salvi. Quindi è quella voce: Ecco l' agnello di Dio: Ecco quello

2. Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, & (*a*) non ejus propagini asserit nocuisse, & acceptam a Deo sanctitatem, & justitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantum in omnes genus humanum transfudisse,* non autem & peccatum, quod mors est animæ; anathema sit: cum contradicat Apostolo dicenti: (*b*) Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus, idest unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Jesu Christi, (*c*) qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, factus nobis (*d*) justitia, sanctificatio & redemptio, aut negat ipsum Christi Jesu meritum per Baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ rite collatum, tam adultis, quam parvulis applicari: anathema sit: quia (*e*) non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri. Unde illa vox: (*f*) Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. (*g*) Et illa: Quicum-

(*a*) Rom. 5. 1. Cor. 15. Conc. Arausicanum 2. cap. 2.
(*b*) Conc. Milev. c. 2. Conc. Afric. c. 77. & c. Plac. 163. de Cons. dist. 4.
(*c*) 1. Tim. 2. Coloss. 2. (*d*) 2. Cor. 1. (*e*) Actor. 4. (*f*) Joan. 1. (*g*) Gal. 3.

que baptizati estis, Christum induistis.

4. Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint a baptizatis parentibus orti; aut dicit, (a) in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam; unde fit consequens, ut in eis forma Baptismatis in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur; anathema sit: quoniam non aliter intelligendum est id, quod dicit Apostolus: (b) Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt: nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. (c) Nisi enim, quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.

5. Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismate confertur, reatum origi-

che toglie i peccati del mondo. E quell' altra: Tutti voi che siete battezzati, avete presa la divisa di Cristo.

Se qualchedune nega, che i fanciulli di fresco nati si debbano battezzare, avvegnachè siano da genitori battezzati; o dice che quelli si battezzino bensì per la remissione de' peccati, ma che da Adamo niente traggano del peccato originale, che per conseguire la vita eterna sia d' uopo espiarsi col lavacro della rigenerazione: donde viene in conseguenza che in quelli s' intenda non vera, ma falsa la forma del Battesimo per la remissione de' peccati; sia scomunicato: poichè non altrimenti si deve intender ciò, che disse l' Apostolo: Per mezzo d' un solo uomo entrò il peccato nel mondo, e la morte per mezzo del peccato, e così la morte passò in tutti gli uomini, poichè tutti in quello peccarono: se non come la Chiesa Cattolica dapertutto sparsa sempre l' intese. Imperciocchè per questa regola di fede, secondo la tradizione degli Apostoli, anche i fanciulli, i quali per anco non poterono commettere in loro medesimi peccato alcuno, perciò sono battezzati veracemente per la remissione de' peccati, perchè si mondi in quelli colla rigenerazione ciò, che contrassero colla generazione. Imperciocchè se qualcheduno non sia prima rinato per mezzo dell' acqua, e dello Spirito Santo; non può entrare nel regno di Dio.

Se qualchedune nega, che per mezzo della grazia di nostro Signor Gesù Cristo, la quale si conferisce nel

(a) Conc. Milev. c. 2. Conc. Afric. c. 77, & c. Plac. 163. de Cons. dist. 4.
(b) Rom. 5. Placuit. c. Quæris, in fin. & c. Regenerante, de Cons. Dist. 4.
(c) Jo. 3. c. Filius, & c. Non dubito de Cons. Dist. 4. c. Debitum cum seq. de Bapt.

Battesimo si rimetta il reato del peccato originale; o anche asserisce non togliersi tutto ciò che ha vera, e propria natura di peccato; ma dice che quello solamente si cancelli, o non venghi imputato, sia scomunicato. Imperciocchè Dio niente odia in quelli, i quali son rinati, perchè nessuna condanna hanno coloro, i quali veramente assieme con Cristo sono stati sepolti per mezzo del battesimo nella morte; i quali camminano non secondo la carne, ma spogliandosi dell' uomo vecchio, e vestendosi del nuovo, il quale è stato creato secondo Dio, innocenti, immacolati, puri, senza macchia, e cari a Dio son divenuti ed eredi di Dio, e coeredi di Cristo; cosicchè niente affatto gli tiene indietro dall' ingresso del cielo. Questo Santo Concilio poi confessa, e giudica, che nei battezzati resti la concupiscenza, o il fomite, ch' essendoci rimasta pel combattimento, non può nuocere a que' che non vi acconsentono, ma che per mezzo della grazia di Gesù Cristo fortemente ripugnano: anzi quegli, il quale avrà legittimamente combattuto, sarà coronato. Il Santo Concilio dichiara, che questa concupiscenza, la quale alle volte l' Apostolo chiama peccato, la Chiesa Cattolica non ha mai inteso che si chiami peccato, perchè veramente, e propriamente sia peccato nei rinati; ma perchè deriva dal peccato, inclina al peccato. Se qualcheduno terrà il contrario, sia scomunicato.

Dichiara però questo stesso Sacro Concilio, non esser sua intenzione di

nalis peccati remitti negat: aut etiam asserit, non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, sed illud (*a*) dicit tantum radi, aut non imputari; anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus: quia (*b*) nihil est damnationis iis, qui vere (*c*) consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui (*d*) non secundum carnem ambulant, sed (*e*) veterem hominem exuentes, & (*f*) novum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt; (*g*) hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cœli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet, quinimo, (*h*) qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando (*i*) Apostolus peccatum appellat, sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam numquam intellexisse peccatum appellari, quod vere, & proprie in renatis peccatum sit, (*k*) sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit; anathema sit.

Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse suæ inten-

(*a*) Ex. 5. 13. lib. 1. contra 2. epist. Pelag. (*b*) Rom. 8. (*c*) Rom. 6, & c. proprie. de Cons. Dist. 4. (*d*) Rom. 8. (*e*) Coloss. 3. (*f*) Ephes. 4. c. Quomodo renovari, de Pœnit. Dist. 1. (*g*) Rom. 8. Gal. 3. (*h*) 2. Tim. 2. (*i*) Rom. 6. 7, & 8. Coloss. 3. (*k*) Respicit c. 13. l. 1, contra 2, ep. Pelag. & alios locos ejusdem.

tionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam, & immaculatam Virginem Mariam, Dei Genitricem; sed observandas esse (*a*) constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis constitutionibus contentis, quas innovat.

Decretum de reformatione.

CAPUT I.

De instituenda lectione sacræ Script. & liberalium artium.

EAdem sacrosancta Synodus, piis summorum Pontificum, & probatorum (*b*) Conciliorum constitutionibus inhærens, easque amplectens, & illis adjiciens; ne cœlestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat; statuit, & decrevit, quod in illis ecclesiis, in quibus præbenda, aut præstimonium, seu aliud quovis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacræ Theologiæ deputatum reperitur, Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alii locorum Ordinarii, eos, qui præbendam, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi obtinent, ad ipsius sacræ Scripturæ expositionem, & interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum, ab ipsis Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. De cætero verò

comprendere in questo Decreto, dove si tratta del peccato originale, la beata, ed Immacolata Vergine Maria, Madre di Dio, ma doversi osservare la costituzione di Sisto Papa IV. di felice ricordanza, sotto le pene, le quali esso rinnova in quelle costituzioni contenute.

Decreto intorno la riforma.

CAPO I.

Dell' erezione d' una Cattedra di Sagra Scrittura e delle arti liberali.

IL medesimo Sacrosanto Concilio, inerendo alle pie Costituzioni dei Pontefici, e degli approvati Concilj, e quelle abbracciando, e loro aggiungendo, perchè non giaccia negletto quel celeste tesoro de' sacri Libri, dato agli uomini dallo Spirito Santo con somma liberalità; stabilì, e decretò, che in quelle chiese, nelle quali si trova pei Lettori di Sacra Teologia assegnata qualche prebenda, o prestimonio, o stipendio con qual si sia altro nome chiamato, i Vescovi, gli Arcivescovi, i Primati ed altri Ordinarj de' luoghi costringano, ed obblighino anche colla sottrazione dei frutti coloro, i quali hanno siffatta prebenda, o prestimonio, o stipendio ad esporre, e interpetrare la stessa Sacra Scrittura da per se stessi, se sieno capaci, altrimenti per mezzo d' un idoneo sostituto da eleggersi dagli stessi Vescovi, Arcivescovi, Primati, ed altri Ordinarj de' luoghi. Del resto poi questa prebenda, prestimonio, o stipendio non si conferiscano se non a persone capaci, ed a quelle

(*a*) Vide infr. 11.
(*b*) Conc. Later. sub Inn. III. c. 11. Cabilon. 2. c. 3. c. De quibusdam 37. Dist.

le quali da per loro stesse possano adempire un tal dovere; e la provvisione fatta in diversa maniera sia nulla, ed invalida. Nelle chiese poi metropolitane, o Cattedrali, se la Città sarà insigne, o popolata, ed anche nelle Collegiate, esistenti in qualche insigne Castello, anche di nessuna Diocesi, se colà il clero sarà numeroso, dove non si trova assegnata alcuna simil prebenda, o prestimonio, o stipendio, ipso facto *s' intenda perpetuamente stabilita ed assegnata per quest' uso la prebenda, che in qualunque maniera, fuorchè per rinuncia, sia per vacar prima, alla qual però non sia ingiunto altro incompatibile peso. E sino a tanto che non vi fosse nelle stesse chiese o nessuna, o non sufficiente prebenda, il Metropolitano, oppure il Vescovo stesso coll' assegnazione dei frutti di qualche semplice beneficio, ritenuti però i debiti pesi del medesimo, o per mezzo d' una contribuzione dei beneficiati della sua Città, e Diocesi, o in altra maniera, secondo che si potrà più facilmente eseguire, talmente col consiglio del Capitolo vi proveggga, che si abbia ad avere la stessa Lezione della Sacra Scrittura, in guisa però, che per questo non si tralascino le altre Lezioni, o per consuetudine, o per qualsivoglia altra ragione. Le chiese poi, delle quali sono scarse le rendite annuali, e dove tanto piccola è la moltitudine del Clero e del popolo, che la Lezione non vi si può far comodamente; almeno abbiano un maestro da eleggersi dal Vescovo col consiglio del Capitolo, il quale insegni la Grammati-*

præbenda, præstimonium, aut stipendium hujusmodi non nisi personis idoneis, & quæ per se ipsas id munus explicare possint, conferantur: & aliter facta provisio nulla sit, & invalida. (*a*) In ecclesiis autem Metropolitanis, vel cathedralibus, si civitas insignis, vel populosa fuerit, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi Clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta & deputata intelligatur. Et quatenus in ipsis Ecclesiis nulla, vel non sufficiens præbenda foret, (*b*) Metropolitanus, vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ civitatis, & diœcesis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de Capituli consilio ita provideat, ut ipsa sacræ Scripturæ lectio habeatur, ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione institutæ, propter id minime prætermittantur. Ecclesiæ vero, quarum annui proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua est Cleri, & populi multitudo, ut Theologiæ lectio in eis commode haberi non possit,

(*a*) c. Quia, & c. fi. de Magist. & infr. Sess. 23. de ref. c. 18.
(*b*) Inf. Sess. 24 c. 15. de refor.

saltem (*a*) magistrum habeant, ab Episcopo cum consilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliosque scholares pauperes Grammaticam gratis doceat; ut deinceps ad ipsa sacræ Scripturæ studia, annuente Deo, transire possint; ideoque illi (*b*) magistro Grammatices, vel alicujus simplicis beneficii fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perstiterit, assignentur; dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio, vel ex capitulari, vel Episcopali mensa condigna aliqua merces persolvatur: vel alias Episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ Ecclesiæ, & diœcesi accommodam: ne pia hæc utilis atque fructuosa provisio quovis quæsito colore negligatur. In monasteriis quoque monachorum, ubi commode fieri queat, etiam (*c*) lectio sacræ Scripturæ habeatur, qua in re si Abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum, in hoc ut Sedis Apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In conventibus vero aliorum Regularium, in quibus studia commode vigere possunt, sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur: quæ lectio a Capit. generalibus, vel provincialibus assignetur dignioribus magistris. In gymnasiis etiam publicis, ubi tam honorifica, & cæterorum omnium maxime necessaria lectio, hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Prin-

ca gratuitamente ai Cherici, e ad altri poveri scolari, acciocchè di poi possano, coll' ajuto del Signore, far passaggio agli stessi studj della Sacra Scrittura: e perciò a quel maestro di Grammatica o si assegnino i frutti di qualche semplice beneficio, i quali per tanto tempo goda, per quanto durerà nell' insegnare; purchè però il beneficio stesso non venga defraudato del suo dovuto ossequio o si paghi qualche condegna mercede dalla mensa Capitolare, oppure Vescovile; altrimenti il Vescovo istesso trovi qualche ripiego alla sua chiesa, e Diocesi adattato; perchè questa pia, utile, e fruttuosa provvigione non venga trascurata per qualsivoglia ricercato pretesto. Nei monasterj poi de' monaci, dove possa farsi comodamente, si tenga ancora la Lezione della Sacra Scrittura; nella qual cosa se gli Abati saranno negligenti, i Vescovi de' Luoghi, come Delegati in ciò della Sede Apostolica, ve li obblighino con opportuni rimedj. Nei Conventi poi degli altri Regolari, nei quali gli studj possono comodamente fiorire, si abbia similmente la Lezione della Sacra Scrittura; la qual Lezione venghi assegnata dai Capitoli generali, o provinciali ai maestri più degni anche nelle Scuole pubbliche, dove non fosse stata per anco istituita una Lezione cotanto onorevole, e fra tutte le altre la più necessaria, s' instituisca dalla pietà, e carità dei Principi Religiosissimi, e delle Repubbliche, a difesa, ed accrescimento del-

(*a*) Conc. Constant. 6. c. 5. c. 1. Quia de Mag. Conc. Later. sub Alex. III. c. 18. & sub Inn. 3. c. 11. & infr. Sess. 23. c. 28. de reform. Clem. Ne in agro de statu Monac. c. 2. de mag. (*b*) Is ad professionem fidei tenetur ex Bulla Pii IV. In sacrosanctæ 1564.

(c) Cui addidit Paulus IV. lectionem Hebraicam, Græcam, & Arabicam, const. Apostolica, 1610.

la Fede Cattolica, e a conservazione e propagazione della sana dottrina: e dove fosse instituita, e si trascurasse, sia rimessa in piedi. E perchè sotto apparenza di pietà non si dissemini l'empietà, stabilisce il medesimo Santo Concilio, che all'uffizio di una tal lezione nè pubblicamente, nè privatamente si debba ammettere alcuno, il quale prima non sia stato esaminato ed approvato dal Vescovo del luogo intorno la vita, i costumi, e la scienza; lochè però non s'intenda dei Lettori nei chiostri de' monaci. Quei poi, che insegnano la stessa sacra Scrittura, sino a tanto che insegnano pubblicamente nelle scuole, e gli scolari, che studiano nelle medesime scuole, abbiano e godano pienamente di tutti i privilegj dal diritto comune nella lontananza concessi circa alla percezione dei frutti delle loro prebende, e dei loro benefizj.

cipum, ac Rerumpublicarum pietate, & charitate ad Catholicæ fidei defensionem, & incrementum, sanæque doctrinæ conservationem, & propagationem instituatur: & ubi instituta foret, & negligeretur, restituatur. Et, (a) ne sub specie pietatis impietas disseminetur; statuit eadem sancta Synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice, quam privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur. Docentes vero ipsam sacram Scripturam, dum publice in scholis docuerint, (b) et scholares, qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum, in absentia a jure communi concessis, plene gaudeant, & fruantur.

CAPO II.

Dei Predicatori della parola di Dio, e dei cercatori di limosine.

PErchè poi non meno si è necessaria la predicazione del Vangelo alla Repubblica Cristiana, di quello che la Lezione, e questo è il principal dovere dei Vescovi; il medesimo Santo Concilio stabilì, ed ordinò, che tutti i Vescovi, Arcivescovi, Primati, e tutti gli altri Prelati delle Chiese siano tenuti per loro stessi, se non saranno legittimamente

CAPUT II.

De verbi Dei concionatoribus, & Quæstoribus eleemosynariis.

QUia vero Christianæ Reipublicæ (c) non minus necessaria est prædicatio Evangelii, quam lectio, & (d) hoc est præcipuum Episcoporum munus; statuit, & decrevit eadem sancta Synodus omnes Episcopos, Archiepisc. Primates, & omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per se ipsos, si legitime impediti non

(a) Hine emanavit Bulla Pii IV. de Profess. fidei 13. Decembris 1564.
(b) c. fin. de mag. (c) Inf. Sess. 24. c. 4. de refor. (d) 11. Tol. c. 3.

fuerint, ad prædicandum sanctum Jesu Christi Evangelium. Si vero contigerit Episcopos, & alios prædictos, legitimo detineri impedimento, juxta formam (a) generalis Concilii viros idoneos assumere (b) teneatur ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subjaceat ultioni. Archipresbyteri quoque, Plebani, & quicumque Parochiales, vel alias curam animarum habentes, ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, (c) diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant, salutaribus verbis; docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate, & facilitate sermonis, vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat; ut pœnam æternam evadere, & cœlestem gloriam consequi valeant. Id vero, si quis eorum præstare negligat, etiam si ab Episcopi jurisdictione quavis ratione exemptum se esse prætenderet; etiam si ecclesiæ, quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra diœcesim existenti, forsan annexæ, vel unitæ, modo re ipsa in diœcesi sint, provida pastoralis Episcoporum solicitudo non desit, ne illud impleatur; (d) Parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Itaque ubi ab Episcopo moniti trium men-

impediti, a predicare il Santo Vangelo di Gesù Cristo. Se poi succederà che i Vescovi, e gli altri suddetti siano legittimamente impediti, siano tenuti di ricercare personaggi capaci per eseguire salutevolmente l' officio d' una tal predicazione, giusta la formola del generale Concilio. Se qualcheduno poi ricuserà di adempir ciò, sia rigorosamente punito. Gli Arcipreti pure, i Piovani, e tutti quelli, i quali in qualsivoglia maniera ottengono chiese Parrocchiali, od altre, che abbiano cura d' anime, per loro stessi, o per altri capaci, se saranno legittimamente impediti, nei giorni almeno di Domenica, e nelle feste solenni, pascano con parole salutevoli il popolo secondo la capacità propria, e di lui, insegnando quelle cose, le quali è necessario che tutti sappiano per la salute, e manifestando ad esso con brevità, e facilità di discorso i vizj da fuggirsi, e le virtù, che sono da seguitarsi, affinchè possa sfuggire la pena eterna, e conseguire la gloria celeste. Se poi alcuno di loro trascuri di ciò fare, anche se pretendesse d' esser esente in qualsivoglia maniera dalla giurisdizione del Vescovo, anche se esenti in qualunque modo si dicessero le chiese, o forse annesse, od unite a qualche monastero, anche esistente fuor di Diocesi, purchè in realtà siano nella Diocesi; non manchi la provvida pastorale sollecitudine de' Vescovi, perchè non si verifichi quel detto: I picciolini dimandarono pane, e non v' era chi ad essi lo spezzasse. Pertanto quando avvisati dal Vescovo manchino al loro de-

(a) c. Inter cætera de off. jud. ord. vide infr. VIII. (b) Infr. Sess. 24. de refor. c. 4. (c) Conc. Constantinop. 6. c. 8. c. Exiit, §. habeatur etiam de ver. sig in 1. Concil. Lateran. ultimum, Sess. 4. (d) Jer. Tren. 4.

vere per lo spazio di tre mesi, vi si costringano per mezzo delle censure Ecclesiastiche, od altre ad arbitrio dello stesso Vescovo, cosicchè, se così gli parrà espediente, si assegni anche dai frutti dei benefizj una qualche onesta mercede ad un altro, che vi supplisca, finattantochè lo stesso principale ravvedutosi, adempisca il suo dovere.

Se poi alcune Chiese Parrocchiali si trovino soggette ai monasterj esistenti in nessuna Diocesi, se gli Abati, ed i Prelati regolari saranno nelle suddette cose trascurati, vi si costringano dai metropolitani, nelle provincie de' quali sono poste le Diocesi stesse, come per riguardo a ciò Delegati della Sede Apostolica. Nè la consuetudine, o esensione, od appellazione, o riclamazione, ovvero ricorso possa impedire la esecuzione di questo decreto, sino a che sopra ciò non venga conosciuto e deciso da un giudice competente, il quale proceda sommariamente, ed esaminata la sola verità del fatto. I Regolari poi di qualsivoglia ordine non possano predicare neppur nelle chiese dei loro Ordini, se prima non siano esaminati, ed approvati dai loro superiori circa la vita, i costumi, e la scienza, e di loro licenza, con la qual licenza siano tenuti a presentarsi personalmente ai Vescovi, e chieder da loro la benedizione, prima, che incomincino a predicare. Nelle chiese poi, le quali non sono dei loro Ordini, oltre la licenza dei loro superiori, siano tenuti ad aver la licenza anche del Vescovo, senza la quale non possino in alcuna guisa

sium spatio muneri suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur, ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstat, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse resipiscens officium suum impleat.

Si quæ vero parochiales ecclesiæ reperiantur subjectæ monasteriis in nulla diœcesi existentibus; si Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, a Metropolitanis, in quorum provinciis diœceses ipsæ sitæ sunt, tanquam, quoad hoc Sedis Apostolicæ delegatis, compellantur. Neque hujus decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio aut reclamatio, sive recursus impedire valeat, quousque desuper a competenti judice, qui summarie, & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum, & decisum fuerit (*a*). Regulares vero cujuscumque ordinis, nisi a suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in ecclesiis suorum Ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In ecclesiis vero, quæ suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, (*b*) etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis ec-

(*a*) Conc. Lateran. ultimum, Sess. 11. de modo præd.
(*b*) c. Excommunicamus §. Quia vero de hær. Infra Sess. 24. c. 4. de reformat.

clesiis non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint. Ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedant.

Si vero, quod absit, prædicator errores, aut scandala disseminaverit in populum, etiamsi in monasterio sui, vel alterius Ordinis prædicet; Episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicaverit, contra eum, secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem, procedat; etiam si prædicator ipse generali, vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet; quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicæ delegatus procedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur, justamve de eis conquerendi occasionem habeat.

Caveant præterea Episcopi, ne aliquem, vel eorum, qui cum sint nomine Regulares, extra claustra tamen, & obedientiam Religionum suarum vivunt; vel Presbyterorum sæcularium, nisi ipsis noti sint, & moribus, atque doctrina probati, etiam quorumlibet privilegiorum prætextu, in sua civitate, vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super ea re Sancta Sedes Apostolica consulatur; a qua privilegia hujusmodi, nisi tacita veritate, & expresso mendacio, ab indignis extorqueri verisimile non est.

(*a*) Quæstores vero eleemosy-

predicare nelle stesse chiese degli Ordini non suoi; e questa licenza i Vescovi la concedano gratuitamente.

Se poi (che Dio guardi) il Predicatore disseminerà nel popolo errori, o scandali, anche se predichi nel monastero del suo Ordine, oppur di un altro, il Vescovo gli proibisca la predicazione. Che se predicherà eresie, proceda contro di lui, secondo la disposizione della Legge, o la consuetudine del luogo, anche se il Predicatore stesso pretendesse di esser esente per un generale, o special privilegio; nel qual caso il Vescovo proceda con autorità Apostolica, e come Delegato della Sede Apostolica. Procurino poi i Vescovi, che nessun predicatore, o per false informazioni, o per altro modo sia calunniosamente maltrattato, od abbia giusto motivo di lamentarsi di loro.

Si guardino inoltre i Vescovi, dal permettere, che alcuno o di quelli, i quali essendo Regolari di nome, vivono però fuori dei chiostri, e dell' obbedienza delle loro Religioni, o de' Preti secolari, se essi non siano noti, ed approvati pei costumi, e per la dottrina, predichi nella loro Città, e Diocesi, anche con pretesto di qualsivoglia privilegio, finattantochè si consulti dagli stessi Vescovi sopra quell' affare la Santa Sede Apostolica: dalla quale privilegj di tal sorta non è verisimile che possano estorcersi dagli indegni, se non col tacer la verità, e con l' addurre la menzogna.

I cercatori poi di limosine, i quali

(*a*) Concil. Lateran. sub Innoc. 3. 62. c. Cum ex eo de pœnit. & remiss. Clem. Abusionibus, eo tit. infr. Sess. 21. de reformat. c. 9. c. Ut officium, d. compescende de hæret. in 6. Ex Bulla S. Pii V. *Etsi Dominici* 1567. sublatæ sunt indulgentiæ etiam perpetuæ, quæ quæstuandi præbeant occasionem.

anche comunemente questuanti s' appellano, di qualunque condizione si siano, non presumano di predicare in alcun modo nè per se, nè per mezzo d' altri; e facendo all' opposto, siano del tutto allontanati con opportuni rimedj dai Vescovi, e dagli ordinarj dei luoghi, ad onta di qualsisia contrario privilegio.

Intimazione della futura Sessione.

Parimenti questo Sacrosanto Sinodo stabilisce, ed ordina, che la prima futura Sessione si debba tenere e celebrare nel giorno di Giovedì, feria quinta dopo la Festa del Beato Giacopo Apostolo.

E' stata di poi la Sessione prorogata al giorno 13. del mese di Gennajo 1547.

narii, qui etiam Quæstuarii vulgo dicuntur, cujuscumque conditionis existant, nullo modo, nec per se, nec per alium, prædicare præsumant; & contra facientes ab Episcopis, & ordinariis locorum, privilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino arceantur.

Indictio futuræ Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, primam futuram Sessionem tenendam, & celebrandam esse die Jovis, Feria quinta post festum B. Jacobi Apostoli.

Prorogata deinde fuit Sessio ad diem XIII. *mensis Januarii MDXLVII.*

SESSIONE VI.

Celebrata il dì 13. del mese di Gennajo 1547.

Decreto intorno la giustificazione.
Proemio.

Essendosi in questo tempo non senza danno, e grave detrimento di molte anime, e dell' unione Ecclesiastica, sparsa una certa erronea dottrina intorno la giustificazione: a lode, e gloria di Dio Onnipotente, per la tranquillità della Chiesa, e per la salute dell' anime, il Sacrosanto Ecumenico, e General Sinodo di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti a nome del Santissimo Padre, e Signor Nostro, Paolo per Divina Provvidenza Papa III. i Reverendissimi Signori, Signori Gio: Maria del Monte, Vescovo Prenestino, e Marcello del titolo di S. Croce in

SESSIO VI.

Celebrata die 13. Mensis Januar. MDXLVII.

Decretum de justificatione.
Prooemium.

Cum hoc tempore, non sine multarum animarum jactura, & gravi ecclesiasticæ unitatis detrimento, erronea quædam disseminata sit de justificatione doctrina: ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, Præsidentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pauli, divina providentia Papæ tertii, Reverendissimis Dominis, Dominis Jo: Maria de Monte, Episc. Præ-

nestino & Marcello tit. S. Crucis in Jerusalem Presbytero, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalib., & Apostolicis de latere Legatis: exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram, sanamque doctrinam ipsius justificationis, quam (a) Sol justitiæ Christus Jesus, (b) fidei nostræ auctor, & consummator docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia, Spiritu Sancto suggerente, perpetuo retinuit, districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsenti decreto statuitur, ac declaratur.

Gerusalemme Prete, Cardinali della Santa Romana Chiesa, e Legati Apostolici a Latere, intende di esporre à tutti i Fedeli di Cristo la vera, e sana dottrina della stessa giustificazione, cui insegnò il sol di Giustizia Cristo Gesù, autore e perfezionatore della nostra Fede, promulgarono gli Apostoli e la Chiesa Cattolica, per suggerimento dello Spirito Santo, perpetuamente ritenne proibendo rigorosissimamente, che in avvenire nessuno abbia ardire di creder, predicare, o insegnare diversamente da quanto nel presente decreto si stabilisce, e si dichiara.

CAPUT I.

De natura, & legis ad justificandos homines imbecillitate.

PRimum declarat sancta Synodus, ad justificationis doctrinam probe, & sincere intelligendam, oportere, ut unusquisque agnoscat, & fateatur, quod (c) cum omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidissent: (d) facti immundi, & ut Apostolus inquit, (e) natura filii iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeo servi erant peccati, & (f) sub potestate diaboli, ac mortis, ut non modo gentes per vim naturæ, sed ne Judæi quidem per ipsam etiam litteram legis Moysi, inde liberari, aut surgere possent; tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, (g) viri-

CAPO I.

Della debolezza della natura, e della legge per giustificar gli uomini.

IL Santo Sinodo primieramente dichiara, che per intendere bene, e sinceramente la dottrina della giustificazione, è d' uopo, che ognuno riconosca e confessi, che avendo tutti gli uomini perduto l' innocenza nella prevaricazion d' Adamo, divenuti immondi, e come l' Apostolo dice, figliuoli d' ira per natura, siccome espose nel decreto del peccato originale, erano servi del peccato, e sotto la potestà del diavolo e della morte a tal segno, che non solamente i Gentili, per forza della natura, ma neppure i Giudei per mezzo anche della stessa lettera della legge di Mosè poteano indi liberarsi, o risorgere, quantunque non fosse in essi estinto il libero arbitrio, benchè per

(a) Malac. 4. (b) Hebr. 12. (c) Cœlest. 2. ep. 3. c. 4. 1. Cor. 15. Rom. 5.
(d) Isai. 64. (e) Ephes. 2. supra Sess. 5. in prin. (f) Rom. 3, & 6. Hebr. 2.
(g) Conc. 2. Arau. c. 25.

altro diminuito di forze, e indebolito.

bus licet attenuatum, & inclinatum.

CAPO II.

Della dispensazione, e del mistero della venuta di Cristo.

DAl che avvenne, che il Padre celeste, Padre delle misericordie, e Dio d' ogni consolazione, quando venne quella beata pienezza de' tempi, mandò agli uomini Cristo Gesù, Figliuol suo, a molti santi Padri dichiarato e promesso, e avanti la legge, e nel tempo della legge; affinchè e riscatasse i Giudei, i quali erano sotto la legge, ed i Gentili, i quali non seguivano la giustizia, e tutti ricevessero l' adozione di figliuoli. Dio cel propose per propiziatore per mezzo della fede nel sangue dello stesso pei nostri peccati, non solo poi pei nostri, ma anche per quelli di tutto il mondo.

CAPUT II.

De dispensatione, & mysterio adventus Christi.

QUo factum est, ut cœlestis Pater, (*a*) Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Christum Jesum Filium suum, & ante legem, & legis tempore, multis sanctis (*b*) Patribus declaratum, ac promissum, cum venit beata illa (*c*) plenitudo temporis, ad homines miserit: ut & Judæos, qui sub lege erant, redimeret; & (*d*) Gentes, quæ non sectabantur justitiam, justitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc (*e*) proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris; (*f*) non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

CAPO III.

Quali sotto giustificati per mezzo di Cristo.

MA sebbene quegli morì per tutti, non tutti però ricevono il beneficio della di lui morte, ma quelli solamente, ai quali viene comunicato il merito della di lui passione. Imperciocchè siccome in fatti gli uomini, se non nascessero propagati dal seme di Adamo, non nascerebbero in-

CAPUT III.

Qui per Christum justificantur.

VErum, etsi ille (*g*) pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur. Nam, sicut revera homines, (*h*) nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nasceren-

(*a*) 2. Cor. 1. (*b*) Gen. 49. cum sim. (*c*) Gal. 4. (*d*) Rom. 9. (*e*) Rom. 3, & 5. Coloss. 2. 1. Tim. 2, & Tim. 1. cap. Multiplex de pœn. Dist. 1. (*f*) 1. Joan. 2.

(*g*) 2. Cor. 5. (*h*) Allusio ad verb. Aug. epist. 89. *omnes qui renascuntur in justificationem, &c.* quæ alibi crebro inculcat: infra Can. 1.

tur injusti; cum ea propagatione, per ipsum, dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahant: ita, nisi in Christo renascerentur, numquam justificarentur; cum ea renascentia per meritum passionis ejus, gratia, qua justi fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus (a) gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum Filii dilectionis suæ; in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

giusti, contraendo la propria ingiustizia di quella propagazione, mentre sono per mezzo dello stesso conceputi: così, se non rinascessero in Cristo, non mai sarebbero giustificati, mentre in quel rinascimento si concede loro pel merito della di lui passione la grazia, per la quale divengono giusti. L' Apostolo ci esorta che per questo benefizio rendiamo sempre mai grazie al Padre, il quale ci fece degni nella partecipazione della sorte de' Santi nel lume, e ci trasse dalla podestà delle tenebre, e ci trasferì nel regno del Figliuolo del suo amore, nel quale abbiamo la redenzione e remissione de' peccati.

CAPUT IV.

Insinuatur descriptio justificationis impii, & modus ejus in statu gratiæ.

Quibus verbis justificationis impii descriptio insinuatur, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur (b) filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum, Salvatorem nostrum; quæ quidem translatio post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non potest, sicut scriptum est: (c) Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.

CAPO IV.

Si insinua la descrizione della giustificazione dell' empio, e il modo di essa nello stato di grazia.

Colle quali parole si insinua la descrizione della giustificazione dell' empio, così che essa sia una traslazione da quello stato, in cui l' uomo nasce figlio del primo Adamo, nello stato di grazia, e di adozione di figliuoli di Dio per mezzo del secondo Adamo Gesù Cristo Salvator nostro: la qual traslazione dopo il Vangelo promulgato non può farsi senza il lavacro di rigenerazione, o senza il desiderio di essa, com' è scritto: se qualcheduno non sarà rinato per mezzo dell' acqua, e dello Spirito Santo, non può entrare nel regno di Dio.

(a) Coloss. 1. Gal. 4.
(b) Tit. 3.
(c) Joan. 3. c. Filius c. Nemo dubito de Cons. Dist. 4.

CAPO V.

Della necessità della preparazione per la giustificazione negli adulti, e donde derivi.

Dichiara inoltre, che il principio della stessa giustificazione negli adulti si dee prendere da Dio per mezzo di Gesù Cristo, prevenendo la grazia, cioè dalla di lui vocazione, colla quale senza alcun loro merito antecedente sono chiamati; così che quelli, i quali pei peccati erano rimossi da Dio, per mezzo della grazia eccitante, e ajutante di lui si dispongono a convertirsi alla propria loro giustificazione, acconsentendo, e cooperando liberamente alla medesima grazia; di modo che, toccando Dio il cuor dell' uomo per mezzo del lume dello Spirito Santo, nè l' uomo stesso faccia realmente qualche cosa; ricevendo quell' ispirazione, come quegli che può rigettarla: nè però senza la grazia di Dio possa di sua libera volontà muoversi verso la giustizia in faccia a quello. Onde quando nelle Sacre Lettere si dice: Convertitevi a me, ed io convertirommi a voi; venghiamo istruiti della nostra libertà. Quando rispondiamo: Convertiteci, o Signore, a voi, e ci convertiremo; confessiamo d' esser noi prevenuti dalla grazia di Dio.

CAPUT V.

De necessitate præparationis ad justificationem in adultis, & unde sit.

Declarat præterea ipsius justificationis exordium in adultis a Deo per Christum Jesum præveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione, qua, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, ut, qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperando, disponantur: (*a*) ita ut, tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens: quippe qui (*b*) illam abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit: unde in sacris litteris, cum dicitur: (*c*) Convertimini ad me, & ego convertar ad vos; libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus: Converte nos, Domine, ad te, & convertemur: Dei nos gratia præveniri confitemur.

CAPO VI.

Il modo della preparazione.

Si dispongono poi alla stessa giustizia, mentre eccitati, ed ajutati dalla grazia divina, concependo la

CAPUT VI.

Modus præparationis.

Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, & adjuti, (*d*) fidem

(*a*) Infra Can. 3. (*b*) Pros. lib. 2. Voc. de gentium c. 28. & 29.
(*c*) Zach. 1. a Joel. 2. c. Convertimini de Pœnit. Dist. 1. Thren. 5. d. & c. 31.
(*d*) Rom. 10.

ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse, quæ divinitus revelata, & promissa sunt: atque illud in primis, a Deo justificari impium per gratiam ejus, (*a*) per redemptionem, quæ est in Christo Jesu; & dum peccatores se esse intelligentes, a divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore: illumque, tamquam (*b*) omnis justitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea moventur (*c*) adversus peccata per odium aliquod, detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante Baptismum agi oportet: denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, & servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est: (*d*) Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et (*e*) confide, filii, remittuntur tibi peccata tua. Et (*f*) Timor Domini expellit peccatum. Et (*g*) Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus Sancti. Et (*h*) Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, docentes eos servare quæcumque man-

fede per mezzo dell'udito, si muovono liberamente verso Dio, credendo che sieno vere le cose, le quali sono rivelate e promesse da Dio, e spezialmente che l'empio sia giustificato da Dio per mezzo della di lui grazia per mezzo della redenzione, la quale si trova in Gesù Cristo; e mentre intendendo essi d'esser peccatori, dal timore della Divina giustizia, dal quale sono utilmente scossi, rivolgendosi a considerare la misericordia di Dio, si mettono in isperanza, confidando, che Dio, sia loro per esser propizio per mezzo di Cristo, ed incominciano ad amarlo come fonte d'ogni giustizia: ed inoltre si muovono contro i peccati per mezzo di qualche odio, e detestazione, cioè, per mezzo di quella penitenza, la quale è d'uopo che si faccia avanti il Battesimo: finalmente mentre propongono di ricevere il Battesimo, d'intraprender una nuova vita, e di osservare i divini comandamenti. Intorno a questa disposizione sta scritto: è necessario che quegli, il quale s'accosta a Dio, creda, che è, e che sia rimuneratore di quelli, che di lui vanno in traccia. E confida, o figliuolo, ti sono rimessi i tuoi peccati: E il timor del Signore scaccia il peccato. E fate penitenza, ed ognuno di voi si battezzi nel nome di Gesù Cristo, per la remissione dei vostri peccati, e riceverete il dono dello Spirito Santo. E andate dunque, e insegnate a tutte le genti, battezzandole, nel nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito

(*a*) Rom. 3. (*b*) Psal. 41.
(*c*) Inf. c. 14, & Sess. 14. c. 4. de Contritione.
(*d*) Hebr. 11. (*e*) Marc. 2, & Matth. 9. (*f*) Eccl. 1. (*g*) Act. 2. cap. Agunt, & cap. Proprie de Cons. Dist. 4.
(*h*) Matt. & Marc. ult. cap. Prima c. Si quis 79, & cap. Proprie de Consec. Dist. 4.

Santo, insegnando loro ad osservare tutte quelle cose che a voi ho commesse. Finalmente, preparate i vostri cuori al Signore:

davi vobis. Denique, (a) præparate corda vestra Domino:

CAPO VII.

Che cosa sia la giustificazione dell' empio, e quali le cause di essa.

A Questa disposizione, o preparazione, la quale non è la sola remissione de' peccati, ma è la Santificazione, e la rinnovazione dell' interno dell' uomo per mezzo del volontario ricevimento della grazia, e dei doni: Onde l' uomo d' ingiusto diviene giusto, e d' inimico amico, per essere erede secondo la speranza della vita eterna. Le cause di questa giustificazione sono, finale, la gloria di Dio, e di Cristo, e la vita eterna: efficiente, il misericordioso Iddio, il quale gratuitamente lava, e santifica, segnando, e ungendo collo Spirito Santo di promissione, ch' è pegno della nostra eredità: meritoria, il suo Dilettissimo Unigenito, Signor nostro Gesù Cristo, il quale, essendo noi nemici, per la troppa carità, colla quale ci amò, ci meritò colla sua Santissima passione nel legno della Croce la giustificazione, e soddisfece per noi a Dio Padre: instrumentale, il Sacramento del Battesimo, ch' è Sacramento di Fede, senza la quale niuno mai ebbe la giustificazione: finalmente l' unica causa formale è la giustizia di Dio; non in quanto esso è giusto, ma in quanto rende giusti noi, della quale

CAPUT VII.

Quid sit justificatio impii, & quæ ejus causæ.

HAnc dispositionem, seu præparationem justificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum: Unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus, ut sit (b) hæres secundum spem vitæ æternæ: Hujus justificationis causæ sunt, finalis quidem, gloria Dei, & Christi, ac vita æterna: efficiens vero, misericors Deus, qui gratuito (c) abluit, & (d) sanctificat, signans, & ungens (e) Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ: meritoria autem, dilectissimus unigenitus suus, Dominus noster Jesus Christus, qui, cum (f) essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis (g) justificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit: instrumentalis item, Sacramentum Baptismi, quod (h) est Sacramentum fidei, sine qua (i) nulli unquam contigit justificatio; demum unica formalis cau-

(a) 1. Regum 7. 2.
(b) Tit. 3. (c) 1. Cor. 6. (d) Tit. 3. (e) Ephes. 1.
(f) Ephes. 2. Rom. 5. (g) Ephes. Rom. 4. d.
(h) Nihil est de Consec. Dist. 4. (i) Hebr. 11.

sa est Justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit, qua videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere justi nominamur, & sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque secundum suam mensuram, quam (*a*) Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cujusque dispositionem, & cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse justus nisi cui merita passionis Domini nostri Jesu Christi (*b*) communicantur: id tamen in hac impii justificatione fit, dum ejusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum Sanctum (*c*) caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur, atque ipsis inhæret. Unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, & charitatem. (*d*) Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. Qua ratione verissime dicitur: (*e*) Fidem sine operibus mortuam, & otiosam esse. Et, (*f*) in Christo Jesu neque circumcisionem aliquid valere neque præputium; sed fidem, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptismi Sacramentum ex Apostolorum traditione Catechumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam æternam præstantem: quam sine spe, & charitate

appunto da lui dotati ci rinnoviamo collo Spirito della nostra mente, e non solamente siamo riputati, ma siamo anche nominati, e siamo veramente giusti, ricevendo in noi la giustizia, ognuno secondo la sua misura, la quale lo Spirito Santo divide a ciascheduno come vuole, e secondo la propria disposizione e cooperazione d' ognuno. Imperciocchè quantunque nissuno possa esser giusto, se non quegli, a cui vengono comunicati i meriti della passione di Nostro Signor Gesù Cristo: ciò nonostante succede in questa giustificazione dell' empio, mentre per merito della medesima Santissima passione la carità di Dio si diffonde per mezzo dello Spirito Santo nei cuori di quelli, i quali sono giustificati, e loro resta impressa. Onde nella stessa giustificazione colla remissione dei peccati, l' uomo, per mezzo di Gesù Cristo, a cui si unisce, riceve nel medesimo tempo infuse tutte queste cose, la fede, la speranza, e la carità; imperciocchè la fede, se a quella non s' aggiungono la speranza e la carità, nè perfettamente unisce con Cristo, nè produce un vivo membro del di lui corpo; per la qual ragione verissimamente si dice: che la fede senza le opere è morta, ed inoperosa. E che in Cristo Gesù non vale punto, nè la Circoncisione, nè il prepuzio; ma la fede, la quale opera per mezzo della carità. I Catecumeni avanti il Sacramento del Battesimo per tradizione degli Apostoli, chiedono la fede, che opera la vita eterna: la quale non può esser prodotta dalla Fede senza la speranza e carità.

(*a*) 1. Cor. 12. Ephes. 4. (*b*) Philip. 3.
(*c*) Rom. 5. (*d*) Infr. c. 10. (*e*) Jacob. 2.
(*f*) Gal. 5, & 6. Circumcisio de Pœnit. Dist. 2.

Onde intendono anche immantinente la parola di Cristo: Se vuoi entrare nella vita, osserva i comandamenti. Pertanto ricevendo la vera e cristiana giustizia, tosto rinati vien loro comandato di conservarla come prima stola, donata loro per mezzo di Gesù Cristo, candida e immacolata, in luogo di quella, che Adamo colla sua disubbidienza perdette e per se, e per noi, perchè la portino davanti al tribunale del nostro Signor Gesù Cristo, ed abbiano la vita eterna.

CAPO VIII.

Come s' intenda, che l' empio venga giustificato per mezzo della fede, e gratuitamente.

Dicendo poi l' Apostolo, che l' uomo è giustificato per mezzo della fede, e gratuitamente; quelle parole si devono intendere in quel senso, che il perpetuo consenso della Chiesa cattolica tenne, ed espresse, cioè, che per questo dice, esser noi giustificati per mezzo della fede, perchè la fede è il principio dell' umana salute, il fondamento, e la radice d' ogni giustificazione; senza la quale è impossibile di piacere a Dio e di arrivare al consorzio di figliuoli del medesimo. Gratuitamente poi perciò siamo detti esser giustificati, perchè nessuna di quelle cose che vanno avanti la giustificazione, o sia la fede, o sia le opere, merita la stessa grazia della giustificazione: imperciocchè s' ella è grazia, non viene dunque dall' opere: altrimenti, come il medesimo Apostolo dice, la grazia già non è grazia.

fides præstare non potest. Unde & statim verbum Christi audiunt: (*a*) Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Itaque veram, & Christianam justitiam accipientes, eam (*b*) ceu primam stolam pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi, & nobis perdidit, per Christum Jesum illis donatam candidam, & immaculatam jubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, & habeant vitam æternam.

CAPUT VIII.

Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis justificari.

Cum vero Apostolus (*c*) dicit, justificari hominem per fidem, & gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit, & expressit, ut scilicet per fidem ideo justificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis: (*d*) sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire: gratis autem justificari ideo dicimur, quia nihil eorum, quæ justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur. Si enim (*e*) gratia est, jam non ex operibus: alioquin, ut idem Apostolus inquit, gratia jam non est gratia.

(*a*) Matt. 19. (*b*) Lucæ 15. c. Quomodo renovari de Pœnit. Distinct. 2. (*c*) Rom. 4. (*d*) Hebr. 11. infra Can. 9. (*e*) Rom. 11. Ephes. 2. Tit. 3.

CAPUT IX.

Refellitur inanis hæreticorum fiducia.

QUamvis autem necessarium sit credere, neque remissa umquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam, (*a*) & certitudinem remissionis peccatorum suorum jactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse, dicendum est, cum apud hæreticos, & schismaticos possit esse, imo nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui vere justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse justificatos, neminemque a peccatis absolvi, ac justificari, nisi eum, (*b*) qui certo credat se absolutum, & justificatum esse: atque hac sola fide absolutionem, & justificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis, & Resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de misericordia, de Christi merito, deque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem, & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

CAPO IX.

Contro la vana fiducia degli Eretici.

QUantunque poi sia necessario il credere, che i peccati nè si rimettono, nè furono giammai rimessi, se non gratuitamente dalla divina misericordia per mezzo di Cristo: e ciò non pertanto dirsi non deve, che rimettansi o siano stati rimessi i peccati a chiunque vanta fiducia e certezza della remissione de' suoi peccati, e in quella sola si acquieta; potendovi essere appresso gli Eretici, e Scismatici, anzi essendovi nel nostro tempo, e con grande impegno contro la Chiesa Cattolica predicandosi questa fiducia vana, e lontana da ogni pietà. Ma nemmeno si deve asserire, esser d'uopo, che quelli, i quali veramente sono giustificati, stabiliscano senza alcuna esitanza fra se medesimi d'esser giustificati, e che niuno sia assoluto dai peccati, e giustificato, se non quegli, il quale creda per certo, di esser stato assoluto, e giustificato; e che con questa sola fede si compisca l'assoluzione, e la giustificazione, quasi che quello, il quale ciò non crede, dubiti delle promesse di Dio, e dell'efficacia della morte, e Resurrezione di Cristo. Imperciocchè siccome niun uomo pio deve dubitare della misericordia di Dio, del merito di Cristo, e della virtù, ed efficacia dei Sacramenti: così ognuno, mentre riguarda se stesso, e la sua propria debolezza, e indisposizione, può tremare, e temere della sua grazia, non potendo alcuno sapere con certezza di fede, alla quale non può andar dietro la menzogna, d'aver esso conseguita la grazia di Dio.

(*a*) Infr. Can. 12, & 13.

(*b*) Infr. Can. 14.

CAPO X.

Dell' accrescimento della ricevuta giustificazione.

In tal maniera dunque i giustificati, e divenuti amici, e domestici di Dio, andando di virtù in virtù si rinnuovano, come dice l' Apostolo, di giorno in giorno, cioè col mortificare le membra della sua carne, e coll' esibire quelle armi di giustizia per acquistar la santificazione coll' osservanza dei Commandamenti di Dio, e della Chiesa nella stessa giustizia ricevuta per mezzo della grazia di Cristo, cooperandovi la fede, crescono in buone opere, e vie più si giustificano, come sta scritto: chi è giusto, cerchi di giustificarsi maggiormente. E di nuovo: non temere di giustificarti fino alla morte. E ancora: vedete, che dalle opere si giustifica l' uomo, e non dalla fede soltanto. La Santa Chiesa poi chiede quest' accrescimento di giustizia, quando prega: Dateci, o Signore, l' accrescimento della fede, speranza e carità.

CAPUT X.

De accepta justificationis incremento.

Sic ergo justificati, & amici Dei, ac (*a*) domestici facti, (*b*) euntes de virtute in virtutem renovantur, ut Apostolus inquit, de die in diem: hoc est, (*c*) mortificando membra carnis suæ, & (*d*) exhibendo ea arma justitiæ in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ, in ipsa justitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque magis justificantur, sicut scriptum est: (*e*) Qui justus est, justificetur adhuc. Et iterum: (*f*) Ne verearis, usque ad mortem justificari. Et rursus: (*g*) Videtis, quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc vero justitiæ incrementum petit Sancta Ecclesia, cum orat: (*h*) Da nobis, Domine, fidei, spei, & charitatis augmentum.

CAPO XI.

Dell' osservanza dei Comandamenti, e della necessità, e possibilità di quella.

Nessuno poi, quantunque giustificato, deve pensare di esser libero dall' osservanza dei Comandamenti, nessuno servirsi di quella stolta, e inconsiderata voce proibita dai Padri colla scomunica, che i precetti di Dio sono impossibili ad osservarsi

CAPUT XI.

De observatione mandatorum, deque illius necessitate & possibilitate.

Nemo autem, quantumvis justificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet: nemo temeraria illa, & a Patribus sub anathemate prohibita voce uti: Dei præcepta homini justificato ad observandum esse

(*a*) Ephes. (*b*) Psal. 83. inf. Cant. 24. 2. Cor. 4. in fi. (*c*) Coloss. 6. (*d*) Rom. 6. d. (*e*) Apoc. ult. (*f*) Eccli. 18. (*g*) Jac. 2. fi. (*h*) Dominica 13 post Pentec.

impossibilia. Nam (a) Deus (b) impossibilia non (c) jubet; sed (d) jubendo monet; & facere, quod possis, et petere, quod non possis; et adjuvat, ut possis. (e) Cujus mandata gravia non sunt, cujus (f) jugum suave est, et onus leve: qui enim sunt filii Dei Christum diligunt: (g) qui autem diligunt eum, ut ipsémet testatur, servant sermones ejus; quod utique cum divino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita, quantumvis sancti, et justi in levia saltem, et quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi; nam (h) justorum illa vox est, et humilis, et verax: Dimitte nobis debita nostra. Quo fit, ut justi ipsi eo magis, se obligatos ad ambulandum in via justitiæ sentire debeant, quo liberati jam a peccato, (i) servi autem facti Deo, (k) sobrie, juste, et pie viventes proficere possint per Christum Jesum: (l) per quem accessum habuerunt in gratiam istam. (m) Deus namque sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. (n) Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemque consecuturum, etiam si Christo (o) non compatiatur, ut et conglorificetur: nam et Christus ipse, ut inquit

dall' uomo giustificato. Imperciocchè Dio non comanda cose impossibili, ma col comandare ti avvisa, e che tu faccia ciò che puoi, e che tu chieda ciò che non puoi, ed egli ti ajuta, perchè tu possa. I di cui comandamenti non sono gravi, il di cui giogo è soave, ed il peso leggiere: Imperciocchè quelli, i quali sono figliuoli di Dio, amano Cristo; quelli poi, i quali lo amano, come egli stesso attesta, osservano i di lui precetti; lochè in vero possono fare col divino ajuto. Imperciocchè sebbene in questa mortal vita, benchè santi, e giusti, cadano nondimeno qualche volta in peccati leggeri, e quotidiani, i quali ancora diconsi veniali, non per questo tralasciano d' esser giusti. Imperciocchè dei giusti questa è la voce, ed umile, e verace: Rimettete a noi i nostri debiti. Dalchè avviene, che i giusti stessi tanto più debbano sentirsi obbligati a camminare nella via della giustizia, quanto che di già liberati dal peccato, e divenuti servi a Dio, vivendo sobriamente, giustamente e divotamente, possono far profitto per mezzo di Cristo Gesù; mediante il quale ebbero l' accesso in questa grazia. Imperciocchè Dio non abbandona quelli, i quali una volta giustificò colla sua grazia, se prima non venga da loro abbandonato. Pertanto niuno deve lusingarsi nella sola fede, stimando d' essere stato per la sola fede costituito erede, e d' aver a conseguire l' eredità, anche se insieme

(a) Ex Aug. c. 43. lib. De nat. & gratiâ. (b) 1. Joan. 5. Infr. Can. 18.
(c) Conc. Araus. 2. c. 25. (d) Hieron. in ep. ad Oresipo. (e) Joan. 5.
(f) Matt. 11. (g) Joan. 14. Conc. Africanum c. 81, 82, 83. Conc. Milevitanum cap. 7. 8, & 9. (h) Matt. 5. Luc. 11. c. Adhuc, & c. De quotidianis, de Pœnit. Dist. 3.
(i) Rom. 6. (k) Tit. 2. (l) Rom. 5. (m) Aug. lib. de nat. & gratia, cap. 26. & Pros. Ser. 7. ad c. Galorum, & resp. ad 7. object. Vincent.
(n) Inf. Can. 20. (o) Rom. 8.

con Cristo non patisca, per essere anche con lui glorificato; imperciocchè anche Cristo stesso, come dice l' Apostolo, essendo Figliuol di Dio, imparò dalle cose che soffrì, l' obbedienza; e consumato è divenuto per tutti que' che gli obbediscono, causa di eterna salute. Per la qual cosa l' Apostolo stesso avvisa i giustificati, dicendo: Non sapete, che quelli, i quali corrono nello stadio, tutti in vero corrono, ma uno solo riceve il premio? in tal maniera correte, che lo conseguiate. Io dunque corro così, non come sull' incerto: così combatto, non come se battessi l' aria: ma castigo il mio corpo, e lo riduco in servitù; perchè peravventura avendo predicato agli altri, io stesso non divenga reprobo. Parimenti il Principe degli Apostoli Pietro: usate tutta la diligenza, per render certa col mezzo delle buone opere la vostra vocazione, ed elezione: imperciocchè facendo queste cose non peccherete una volta. Donde è manifesto, che quelli sono contrarj alla dottrina della religione ortodossa, i quali dicono, che il giusto almeno pecca venialmente in ogni buona opera, o (ciò ch' è più intollerabile) merita le pene eterne: e quelli ancora, i quali stabiliscono, che i giusti peccano in tutte le opere, se eccitando in quelle la propria pigrizia, e animandosi a correre nello stadio con questo fine, che sopra tutto sia glorificato Dio, risguardano nelle dette opere anche l' eterna ricompensa, essendo scritto: ho piegato il mio cuore a far le tue giustificazioni per la retribuzione: e di Mosè dicendo l' Apostolo, che riguardava alla rimunerazione.

Apostolus (a) cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam, et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse monet justificatos, dicens: (b) Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? sic currite, ut comprehendatis. (c) Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans; sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo: ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus: (d) Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. (e) Unde constat, eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari, qui dicunt, justum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut, quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri; atque etiam eos, qui statuunt, in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, et sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam; (f) cum scriptum sit: Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem, et de Moyse dicat (g) Apostolus, quod respiciebat in remunerationem.

(a) Philip. 2. Hebr. 5. (b) 1. Cor. 9. (c) Ib. (d) 2. Petr. 1. (e) Infra Can. 25.
(f) Infra Can. 31. Ps. 118. (g) Hebr. 11. Inf. Can. 15, & 16. c. Corripiantur, in fi. 24. q. 3.

CAPUT XII.

Prædestinationis temerariam præsumptionem cavendam esse.

NEmo quoque, quamdium in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, ut certo statuat se omnino esse in numero prædestinatorum: quasi verum esset, quod justificatus, aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, (*a*) certam sibi resipiscentiam promittere debeat, nam nisi ex speciali revelatione sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

CAPO XII.

Che si deve tener lontana la temeraria presunzione della predestinazione.

NEssuno pure, finattantochè si vive in questa mortalità, deve presumere dell' arcano mistero della divina predestinazione a segno di tener per certo d' esser esso onninamente nel numero dei predestinati; come se fosse, che il giustificato o più non possa peccare, o se pecchi, debba compromettersi di un sicuro ravvedimento, imperciocchè non può sapersi, se non per una special rivelazione, quali Iddio si abbia eletto.

CAPUT XIII.

De perseverantiæ munere.

SImiliter de perseverantiæ munere, de quo scriptum est: (*b*) Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, (*c*) qui stat, statuere, ut perseveranter stet, et eum qui cadit restituere: nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, et reponere omnes debent. Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut, (*d*) cæpit opus bonum, ita perficiet, operans velle, et perficere. Veruntamen, qui se (*e*) existi-

CAPO XIII.

Del dono della perseveranza.

SImilmente intorno al dono della perseveranza, del quale sta scritto: chi persevererà sino al fine, questi sarà salvo: lochè in vero altronde non puote ottenersi, se non da quello, il quale è potente, per assicurare quello, che è in piedi, in guisa, che perseverantemente vi stia, e per ristabilire quello, che cade; niuno con assoluta sicurezza niente di certo si riprometta: quantunque tutti debbono collocare, e riporre una speranza sodissima nell' ajuto di Dio. Imperciocchè Dio, se essi non mancheranno alla di lui grazia, siccome principiò la buona opera, così la compirà, operando il volere, e l' esegui-

(*a*) Ezech. 18. Galat. 3.
(*b*) Matth. 10, & 14. c. Suggestum 7. qu. 1. &c. Non revertebantur, de Pœnit. Dist. 2. infr. Can. 36, & 22. Ezech. 33.
(*c*) Rom. 14. Philip. 1. 2. Cor. 8. (*d*) Philip. 1, & 2. (*e*) 1. Cor. 10.

re. Ma però quelli, i quali si credono di star in piedi, veggano di non cadere; ed attendano alla loro salute con timore, e tremore nelle fatiche, nelle vigilie, nelle limosine, nelle orazioni, ed offerte, nei digiuni, e nella castità: imperciocchè sapendo, che sono rinati alla speranza della gloria, e non ancora alla gloria debbono tremare pel combattimento che loro rimane, colla carne, col mondo, col demonio; nel quale non possono esser vincitori, se colla grazia di Dio non ubbidiscano all' Apostolo che dice: Siamo debitori non alla carne, perchè viviamo secondo la carne; imperciocchè se vivrete secondo la carne, morrete; se poi mortificherete collo spirito le operazioni carnali, vivrete.

mant stare, videant ne cadant. et (*a*) cum timore, ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, et oblationibus, in jejuniis, et castitate: formidare enim debent, scientes (*b*) quod in spem gloriæ, et nondum in gloriam renati sunt, de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: (*c*) Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus: si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

CAPO XIV.

Dei caduti, e del loro risorgimento.

Que' poi, i quali pel peccato decaddero dalla ricevuta grazia di giustificazione, potranno di nuovo giustificarsi, quando, eccitandoli Dio per mezzo del Sacramento della Penitenza, procureranno di ricuperare col merito di Cristo la grazia perduta: Imperciocchè questo modo di giustificazione è un risorgimento pei caduti, che i Santi Padri molto a proposito chiamarono la seconda tavola dopo il naufragio della grazia perduta. Imperciocchè per coloro i quali dopo il Battesimo cadono nei peccati, Cristo Gesù instituì il Sacramento della Penitenza, quando disse: Rice-

CAPUT XIV.

De lapsis, & eorum reparatione.

Qui vero ab accepta (*d*) justificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus justificari poterunt, cum excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus est lapsis reparatio: quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti (*e*) Patres apte nuncuparunt. Etenim pro iis, qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Jesus Sacramentum instituit Pœnitentiæ, cum dixit: (*f*) Accipite Spiritum San-

(*a*) Philip. 2. (*b*) 1. Petr. 1. 2 (*c*) Rom. 8. (*d*) Inf. Can. 23, & 29.
(*e*) Hieron. tom. 1. in Epist. ad Demetr. quæ incipit, *Inter omnes*. Et in cap. secunda post naufragium, de Pœnit. Dist. 1.
(*f*) Joan. 20. Matt. 16. c. Ut constitueretur Dist. 50. c. Ut evidenter 1. qu. 1, cum sim. infr. Sess. 14. de Pœnit. c. 3.

ctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt. Unde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo aliam esse a baptismali; eaque contineri non modo cessationem a peccatis, et eorum detestationem (*a*) aut cor contritum, et humiliatum, verum etiam eorumdem sacramentalem Confessionem saltem in voto, et suo tempore faciendam, et sacerdotalem absolutionem; itemque satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes, et alia pia spiritualis vitæ exercitia; non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto una cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali, quæ, ut sacræ Litteræ docent, non tota semper, ut id (*b*) Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam (*c*) acceperunt, ingrati, Spiritum Sanctum contristaverunt, et (*d*) templum Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentia scriptum est: (*e*) Memor esto, unde excideris: age pœnitentiam, et prima opera fac. Et iterum: (*f*) Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Et rursus: (*g*) Pœnitentiam agite et facite fructus dignos pœnitentiæ.

vete lo Spirito Santo, a quelli, cui rimetterete i peccati saranno rimessi, e saranno ritenuti a quelli, cui li riterrete. Onde si deve insegnare, che la Penitenza dell' uomo Cristiano dopo la caduta è molto diversa dalla battesimale; e che in quella si contiene non solamente la cessazione dai peccati, e la loro detestazione, o un cuor contrito, ed umiliato, ma ancora la Sacramental Confessione dei medesimi, da farsi almeno col desiderio, ed a suo tempo, e la sacerdotale assoluzione; e la soddisfazione parimenti per mezzo dei digiuni, dell' elemosine, dell' Orazioni, ed altri divoti esercizj di vita spirituale; non già per la pena eterna, la quale si rimette insieme colla colpa, o col Sacramento, o col desiderio del Sacramento, ma per la pena temporale, la quale, come insegnano le Sacre Lettere, non tutta sempre si rimette a quelli, come avviene nel battesimo, i quali ingrati alla grazia di Dio, che ricevettero, contristarono lo Spirito Santo, e non ebbero timore di violare il tempio di Dio. Intorno alla qual Penitenza sta scritto: Ricordati, donde sii caduto: fa penitenza, e fa le prime opere. E di nuovo: Quella, la quale è tristezza secondo Dio, opera la penitenza in stabile salute. E di nuovo: Fate penitenza, e fate frutti degni di penitenza.

CAPUT XV.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

ADversus etiam hominum quorumdam callida ingenia,

CAPO XV.

Che con qualsivoglia peccato mortale si perde la grazia, ma non la fede.

DEve asserirsi ancora contro gli astuti ingegni di certi uomini,

(*a*) Psal. 50. cap. Sacrific. De Pœnit. Dist. 1.
(*b*) Florent. Conc. in Decretis Eugenii. (*c*) Ephes. 4. 8. (*d*) 1. Cor. 3.
(*e*) Apoc. 2. c. Quia sanctitas. 50. Dist. & cap. Miror. de Pœnit. Dist. 1.
(*f*) 2. Cor. 7. (*g*) Matth. 3, & 4. Luc. 5. infra Can. 17.

i quali seducono i cuori degl' innocenti con dolci discorsi, e benedizioni, che si perde la ricevuta grazia della giustificazione non solamente colla infedeltà, per cui si perde anche la medesima fede, ma ancora con qualsisia altro peccato mortale, quantunque non si perda la fede; difendendo la dottrina della legge divina, la quale non solamente esclude gli infedeli dal regno di Dio, ma e i fedeli ancora fornicarj, adulteri, molli, concubitori di maschi, ladroni, avari, ebrj, maledici, rapaci, e tutti gli altri, che commettono peccati mortali, da' quali possono astenersene coll' ajuto della Divina grazia, e pei quali sono separati dalla grazia di Cristo.

CAPO XVI.

Del frutto della giustificazione, cioè del merito delle buone opere, e della ragione dello stesso merito.

Giustificati dunque gli uomini in questa maniera, o sia che abbiano conservato perpetuamente la grazia ricevuta, o che perduta l'abbiano ricuperata, sono da proporsi le parole dell' Apostolo: Abbondate in ogni opera buona, sapendo, che la vostra fatica non è vana nel Signore; imperciocchè Dio non è ingiusto da scordarsi della vostra opera, ed amore, che avete nel di lui nome dimostrato. E non vogliate perdere la vostra fiducia, la quale ha una grande rimunerazione. E perciò a

qui (*a*) per dulces sermones, et benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modo infidelitate, per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides, acceptam justificationis gratiam amitti, divinæ legis doctrinam defendendo: (*b*) quæ a regno Dei non solum infideles excludit, sed (*c*) et fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, ceterosque omnes qui lethalia committunt peccata, (*d*) a quibus cum divinæ gratiæ adjumento abstinere possunt, et pro quibus a Christi gratia separantur.

CAPUT XVI.

De fructu justificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione.

Hac igitur ratione justificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuo conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: (*e*) Abundate in omni opere bono, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino: (*f*) non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Et nolite (*g*) amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Atque ideo

(*a*) Rom. 16. (*b*) 1. Tim. 1. (*c*) 1. Cor. 6.
(*d*) Philip. 4. c. Cor. 12. c. Quid dicit. Distinct. 41. (*e*) 1. Cor. 15.
(*f*) Hebr. 6. c. Non est tam injustus, de Pœnitent. Distinct. 1.
(*g*) Hebr. 10. in fi. infr. Can. 26.

bene operantibus, (*a*) usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, et tanquam gratia filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promissa; et (*b*) tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, et meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa (*c*) corona justitiæ, quam post suum certamen, et cursum repositam sibi esse ajebat Apostolus, a justo Judice sibi reddendam: non solum autem sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventum ejus. Cum enim ille ipse Christus Jesus, tanquam caput in membra, et tanquam (*d*) vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influat; quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, et sine qua nullo pacto Deo grata, et meritoria esse possent; nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quominus plene illis quidem in operibus, quæ in Deo sunt facta, et divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, et vitam æternam suo etiam tempore, (*e*) (si tamen in gratia decesserint) consequendam, vere promeruisse censeantur: cum Christus, Salvator noster dicat: (*f*) Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Ita (*g*) neque propria nostra justitia, tanquam ex nobis propria statuitur: neque ignoratur, aut repudiatur justitia Dei: quæ enim justitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem

quei che operano bene sino al fine, e che sperano in Dio, si deve proporre la vita eterna, e come grazia promessa misericordiosamente ai figliuoli di Dio per mezzo di G. C. e come mercede da rendersi, secondo la promessa dello stesso Dio, fedelmente alle buone opere, e meriti loro. Imperciocchè questa è quella corona di giustizia, la quale diceva l' Apostolo, chè gli era stata riserbata dopo il suo combattimento, e corsa, per esser restituita à lui dal giusto giudice: e non solamente à lui ma a tutti quelli ancora i quali amano la di lui venuta. Perciocchè quando quello stesso G. C. come capo nelle membra, e come vite nei tralci, infonde perennemente virtù negli stessi giustificati, la qual virtù va sempre avanti alle loro buone opere, e le accompagna, e le seguita, e senza la quale in niuna maniera potrebbero esser grate, e meritorie a Dio; si deve credere, che niente più manchi agli stessi giustificati, perchè sieno giudicati e di aver pienamente con quell' opere, che sono state fatte in Dio, soddisfatto alla divina legge secondo lo stato di essa, e di aver veramente meritato (se però sieno morti in grazia) la vita eterna da conseguirsi anche à suo tempo: dicendo Cristo Salvator nostro: Se qualcheduno berrà dell' acqua, che io gli darò, non avrà sete in eterno; ma si farà in quello un fonte d' acqua che zampillerà nella vita eterna. Così nè la nostra propria giustizia si stabilisce come propriamente nostra, nè s' ignora, o si repudia la giustizia di Dio; imperciocchè quella, la quale si dice giustizia nostra, perchè per mezzo di essa

(*a*) Marc. 10. (*b*) Psal. 102 Rom. 5. (*c*) 2. Tim. 4.
(*d*) Joan. 15. (*e*) Apoc. 14. (*f*) Rom. 10.
(*g*) Matth. 10. in fin. & Marc. 9. circa fin.

la noi attaccata giustificati siamo; e quella medesima giustizia di Dio, perchè da Dio a noi viene infusa per merito di Cristo. Nè già si deve omettere, che quantunque nelle sacre lettere cotanto si attribuisca alle buone opere che Cristo promette, che nemmen quegli, il quale darà un bicchier d'acqua fredda al più minimo fra i suoi, sarà per essere senza la sua mercede; e l'Apostolo testifica, che il momento e leggiero delle nostre presenti tribolazioni, sopra ogni modo opera in noi nell'altezza de' Cieli un eterno peso di gloria; contuttociò stia pur lungi, che l'uomo Cristiano confidi in se medesimo, o si glorj, e non nel Signore, di cui sì grande è la bontà verso tutti gli uomini, che vuole sieno meriti loro quelli, che sono suoi doni. E perchè tutti manchiamo in molte cose, ognuno deve avere innanzi gli occhi, siccome la misericordia, e la bontà, così la severità; ed il giudicio, nè alcuno deve giudicar se stesso, anche se non fosse conscio a se stesso di cosa alcuna; poichè tutta la vita degli uomini si deve esaminare, e giudicare non col giudicio umano, ma di Dio; il quale illuminerà le nascoste tenebre, e manifesterà i disegni dei cuori, ed allora verrà lode ad ognuno da Dio; il quale come sta scritto, renderà a ciascheduno secondo le opere sue. Dopo questa dottrina Cattolica della giustificazione, la quale, se ciascuno non riceverà fedelmente e stabilmente, non potrà esser giustificato; piacque al Santo Concilio di soggiungere questi Canoni, perchè tutti sap-

justificamur: illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque vero illud omittendum est, quod licet bonis operibus in sacris litteris usque adeo tribuatur, ut etiam (*a*) qui uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus, eum non esse sua mercede cariturum: et Apostolus (*b*) testetur, id, quod in præsenti est momentaneum, et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: absit tamen, ut Christianus homo in se ipso vel confidat, (*c*) vel glorietur, et non in Domino, cujus tanta est erga omnes homines bonitas, ut (*d*) eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia (*e*) in multis offendimus omnes, unusquisque sicut misericordiam, et bonitatem, ita severitatem, et judicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis, (*f*) etiam si nihil sibi conscius fuerit judicare: quoniam omnis hominum vita non humano judicio examinanda, et judicanda est, sed Dei (*g*) qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium: et tunc laus erit unicuique a Deo: qui, ut scriptum est, (*h*) reddet unicuique secundum opera sua.

Post hanc Catholicam de Justificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit, justificari non poterit, placuit sanctæ Synodo hos Canones subjungere, ut omnes sciant, non

(*a*) 2. Cor. 4. (*b*) 1. Cor. 2. in fine 2. Cor. 10. in fin. Gal. 6. Jer. 9.
(*c*) 2. Cor. 2. in fin. 2. Cor. 10. in fin. Gal. 6. Jer. 9. (*d*) Ex Epist. Cœlest. 1. c. 12.
(*e*) Jac. 3. (*f*) 1. Cor. 4. (*g*) Ib. (*h*) Matth. 16. Rom. 2.

solum, quid tenere, et sequi, sed etiam quid vitare, et fugere debeant.

De justificatione.

CANON I.

Si quis dixerit (*a*) hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo (*b*) juste vivere, ac vitam æternam promereri possit: quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed ægre tamen, et difficulter possit; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, sine præveniente (*c*) Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (*d*) liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum, nihil cooperari, assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam justificationis gratiam se disponat, ac (*e*) præparet; neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere; anathema sit.

piano, non solamente ciò che debbano tenere, e seguire, ma ancora ciò che debbano schivare, e fuggire.

Intorno la giustificazione.

CANONE I.

Se qualcheduno dirà, che l'uomo colle sue opere, le quali si fanno o colle forze della natura umana, o per la dottrina della Legge, senza la grazia divina per mezzo di Gesù Cristo, si possa giustificare alla presenza di Iddio; sia scomunicato.

CANONE II.

Se qualcheduno dirà, che la grazia divina si dà per mezzo di Gesù Cristo solamente a questo fine, onde più facilmente l'uomo possa vivere giustamente, e meritare la vita eterna; come se per mezzo del libero arbitrio senza la grazia possa e l'uno e l'altro, ma con istento però, e difficoltà; sia scomunicato.

CANONE III.

Se qualcheduno dirà, che l'uomo possa credere, sperare, amare, o pentirsi senza la preveniente inspirazione dello Spirito Santo, come fa d'uopo, perchè gli venga conferita la grazia della giustificazione; sia scomunicato.

CANONE IV.

Se qualcheduno dirà, che il libero arbitrio dell'uomo mosso, ed eccitato da Dio, niente cooperi, coll'acconsentire a Dio che eccita e chiama, perchè si disponga, e si prepari ad ottenere la grazia di giustificazione; nè che possa, anche se voglia, dissentire, ma come qualche cosa d'inanimato niente affatto operi, e vi sia meramente passivo; sia scomunicato.

(*a*) Sup. c. 1, & 3. Rom. 3 1. Cor. 15.
(*b*) Conc. Af. c. 80, & c. ul. de Conc. Dist. 4. ex Conc. Milev.
(*c*) Conc. Araus. 2. c. 6. super c. 5. Rom. 5.
(*d*) Araus. 2. c. 3 4 5 6 9, & 25.
(*e*) Eccli. 15.

CANONE V.

Se qualcheduno dirà, che il libero arbitrio dell' uomo sia stato perduto, ed estinto dopo il peccato d' Adamo, o che sia una cosa di solo titolo, anzi un titolo senza realtà, un ritrovato finalmente introdotto nella Chiesa da Satanasso; sia scomunicato.

CANON V.

Si quis (*a*) liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum, et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique a satana invectum in Ecclesiam; anathema sit.

CANONE VI.

Se qualcheduno dirà, che non sia in poter dell' uomo l' instradarsi malamente, ma il fare cattive opere, come le buone, che Dio operi non solo permissivamente, ma anche propriamente, e per se medesimo, di modo che sia propria di lui opera non meno il tradimento di Giuda, che la vocazione di Paolo; sia scomunicato.

CANON VI.

Si quis dixerit (*b*) non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari non permissive solum, sed etiam proprie, et per se, adeo ut sit proprium ejus opus, non minus proditio Judæ, quam vocatio Pauli; anathema sit.

CANONE VII.

Se qualcheduno dirà, che le opere tutte, le quali si fanno prima della giustificazione, in qualunque maniera sieno state fatte, siano veramente peccati, o meritino l' odio di Dio, o che quanto più gagliardamente alcuno si sforza di disporsi alla grazia, tanto più gravemente pecchi; sia scomunicato.

CANON VII.

Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut, quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare; anathema sit.

CANONE VIII.

Se qualcheduno dirà, che il timore dell' inferno, per il quale dolendoci dei peccati ricorriamo alla misericordia di Dio, o ci asteniamo dal peccare, sia peccato, o renda peggiori i peccatori; sia scomunicato.

CANON VIII.

Si quis dixerit, (*c*) gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere; anathema sit.

CANONE IX.

Se qualcheduno dirà, che l' empio si giustifichi colla sola fede, cosicchè

CANON IX.

Si quis dixerit, (*d*) sola fide impium justificari, ita ut intelli-

(*a*) Vide Aug. l. 1. contra 2. Ep. Pol. c. 2.
(*b*) Vide Aug. ibid. cap. 3, & Pros. Sentent. 14. ad c. Gallorum, & respons. ad 19. object. Vinc. Joan. 1. Conc. Arausicanum c. 2. circa fin.
(*c*) Psal. 17. Lucæ 12, & Matth. 5. in fin. (*d*) Supra c. 7, & 4.

gat nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, et nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari, atque disponi; anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, homines, (*a*) sine Christi Justitia, per quam nobis meruit, justificari, aut per eam ipsam formaliter justos esse; anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, homines justificari, vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, et charitate, quæ (*b*) in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, atque illis inhæreat, aut etiam gratiam, qua justificamur, esse tantum favorem Dei; anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit (*c*) fidem justificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua justificamur; anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certo, et absque ulla hæsitatione propriæ infirmitatis, et indispositionis, peccata sibi esse remissa; anathema sit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, (*d*) hominem

intenda non ricercarsi altro, che cooperi a conseguire la grazia della giustificazione, e che non è per niuna parte necessario, che esso si prepari, e si disponga col moto della sua volontà; sia scomunicato.

CANONE X.

Se qualcheduno dirà, che gli uomini vengano giustificati senza la giustizia di Cristo, per la quale ci meritò, o che per mezzo di questa istessa sieno formalmente giusti; sia scomunicato.

CANONE XI.

Se qualcheduno dirà, che gli uomini vengano giustificati o per la sola imputazione della giustizia di Cristo, o per la sola remissione dei peccati, esclusa la grazia, e carità, la quale ne' loro cuori si diffonda, e vi si attacchi per mezzo dello Spirito Santo: o che anche la grazia, per la quale siamo giustificati, sia solamente un favore di Dio; sia scomunicato.

CANONE XII.

Se qualcheduno dirà, che la fede giustificante non è altro, che la fiducia della divina misericordia che rimette i peccati per mezzo di Cristo, o che è questa sola fiducia quella, per la quale siamo giustificati; sia scomunicato.

CANONE XIII.

Se qualcheduno dirà, che ad ogni uomo sia necessario per conseguire la remissione de' peccati, il creder di certo, e senza alcun dubbio della propria debolezza, e indisposizione, che i peccati gli siano rimessi; sia scomunicato.

CANONE XIV.

Se qualcheduno dirà, che l' uomo

(*a*) Sup. c. 7. Gal. 2, & 5. Ephes. 1, & 4. (*b*) Rom. 5. (*c*) Supra c. 9. (*d*) Sup. c. 9.

viene assolto, e giustificato dai peccati, per questo, perchè creda di certo d'esser assolto, e giustificato, o che niuno veramente sia giustificato, se non quello, il quale creda, d'esser giustificato, e che per questa sola fede si compia l'assoluzione, e la giustificazione; sia scomunicato.

a peccatis absolvi, ac justificari ex eo quod se absolvi, ac justificari certo credat; aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum, et hac sola fide absolutionem, et justificationem perfici; anathema sit.

CANONE XV.

Se qualchedun dirà, che l'uomo rinato, e giustificato, sia tenuto per fede a credere, d'esser di certo nel numero de' predestinati; sia scomunicato.

CANON XV.

Si quis dixerit, (*a*) hominem renatum, et justificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse in numero prædestinatorum; anathema sit.

CANONE XVI.

Se qualchedun dirà con assoluta ed infallibil certezza, che esso sia per avere sicuramente sino al fine quel gran dono della perseveranza, quando non abbia ciò conosciuto da una special rivelazione; sia scomunicato.

CANON XVI.

(*b*) Si quis magnum illud usque in finem perseverantiæ donum se certo habiturum, absoluta, et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit: anathema sit.

CANONE XVII.

Se qualchedun dirà, che la grazia della giustificazione non tocchi se non ai predestinati alla vita, e che tutti gli altri, i quali sono chiamati, sieno chiamati bensì, ma non ricevano la grazia, come predestinati dalla divina potestà al male; sia scomunicato.

CANON XVII.

Si quis justificationis gratiam nonnisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit; reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote (*c*) divina potestate prædestinatos ad malum; anathema sit.

CANONE XVIII.

Se qualchedun dirà, che i precetti di Dio sono impossibili ad osservarsi anche dall'uomo giustificato, e costituito in grazia; sia scomunicato.

CANON XVIII.

Si quis dixerit, (*d*) Dei præcepta homini etiam justificato, et sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia; anathema sit.

CANONE XIX.

Se qualchedun dirà, che null'altra cosa è comandata nel Vangelo fuorchè la fede, che le altre cose sono indifferenti, nè comandate, nè

CANON XIX.

Si quis dixerit, (*e*) nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia neque præcepta, neque prohibita,

(*a*) Aug. c. 13. lib. de Correp. & gratia supra c. 12.
(*b*) Aug. lib. de bono persev. c. 13. sup. c. 12, & 23. Galat. 5. Ezech. 18.
(*c*) Concil. Araus. 2. c. 25. (*d*) Sup. c. 11, I. Joan. 5.
(*e*) Clemen. Ad nostram §. 3.

sed libera; aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos; anathema sit.

CANON XX.

Si quis hominem justificatum, et (*a*) quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei, et Ecclesiæ, sed tantum ad credendum: quasi vero Evangelium sit nuda, et absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione observationis mandatorum; anathema sit.

CANON XXI.

Si quis dixerit, Christum Jesum a Deo hominibus datum fuisse, ut redemptorem cui fidant, (*b*) non etiam ut legislatorem, cui obediant; anathema sit.

CANON XXII.

Si quis dixerit, (*c*) justificatum, vel sine speciali auxilio Dei, in accepta justitia perseverare posse, vel cum eo non posse; anathema sit.

CANON XXIII.

Si quis hominem semel justificatum dixerit (*d*) amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, et peccat, numquam vere fuisse justificatum, aut contra; posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia; anathema sit.

CANON XXIV.

Si quis dixerit (*e*) justitiam acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo per bona

proibite, ma libere; o che i dieci precetti non appartengono punto ai Cristiani; sia scomunicato.

CANONE XX.

Se qualcheduno dirà che l' uomo giustificato, e quanto si voglia perfetto non sia obbligato all' osservanza dei Comandamenti di Dio, e della Chiesa, ma solamente a credere, quasi che l' Evangelio sia una nuda, ed assoluta promessa della vita eterna, senza la condizione dell' osservanza dei Comandamenti; sia scomunicato.

CANONE XXI.

Se qualcheduno dirà, che Cristo Gesù è stato dato da Dio agli uomini, come Redentore, in cui confidare, non anche come Legislatore, cui debbano obbedire; sia scomunicato.

CANONE XXII.

Se qualcheduno dirà, che il giustificato, o senza speciale ajuto di Dio possa perseverare nella ricevuta giustizia, o che con quello non possa; sia scomunicato.

CANONE XXIII.

Se qualcheduno dirà, che l' uomo una volta giustificato non possa più peccare, nè perder la grazia; e perciò che quello, il quale cade, e pecca, non sia mai stato veramente giustificato; o all' incontro, che possa per tutta la vita schivare tutti i peccati, anche veniali, se non per privilegio speciale di Dio, siccome della B. Vergine tiene la Chiesa; sia scomunicato.

CANONE XXIV.

Se qualcheduno dirà, che la giustizia ricevuta non si conservi ed ancora non si accresca alla presenza di

(*a*) Supra c. 11. (*b*) Isaiæ 3. d. Matth. 1 2 6. (*c*) Supra c. 13. (*d*) Supra c. 14. (*e*) Supr. c. 16.

Dio per mezzo delle buone opere, ma che le opere stesse sono solamente il frutto, e i contrassegni dell' acquistata giustificazione, ma non causa di accrescer la medesima; sia scomunicato.

CANONE XXV.

Se qualcheduno dirà che il giusto in qualunque buona opera pecca almeno venialmente, o (ciò ch' è più intollerabile) mortalmente, e che perciò merita le pene eterne: e che per questo solamente non viene condannato, perchè Dio non attribuisce a condanna quelle opere; sia scomunicato.

CANONE XXVI.

Se qualcheduno dirà, che i giusti non devono per le buone opere, le quali saranno state fatte in Dio, aspettare, e sperare l' eterna retribuzione da Dio per mezzo della di lui misericordia, e pel merito di Gesù Cristo, se facendo bene, e osservando i divini comandamenti, persevereranno sino alla fine; sia scomunicato.

CANONE XXVII.

Se qualcheduno dirà, che non v' è nessun peccato mortale, se non d' infedeltà: o che per nessun altro quantunque grave ed enorme, fuorchè per il peccato d' infedeltà, si perde la grazia una volta ricevuta; sia scomunicato.

CANONE XXVIII.

Se qualcheduno dirà, che perduta per lo peccato la grazia, si perde insieme sempre anche la fede, o che la fede, la quale rimane, non è vera fede, quantunque non sia viva; o che quello il quale ha la fede senza la carità, non è Cristiano; sia scomunicato.

CANONE XXIX.

Se qualcheduno dirà, che quello,

opera: sed opera ipsa fructus solummodo, et signa esse justificationis adeptæ, non autem ipsius agendæ causam; anathema sit.

CANON XXV.

Si quis in quolibet bono opere justum (*a*) saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideo pœnas æternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem; anathema sit.

CANON XXVI.

Si quis dixerit, (*b*) justos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & sperare æternam retributionem a Deo per ejus misericordiam, & Jesu Christi meritum, si bene agendo, & divina mandata custodiendo, usque (*c*) in finem perseveraverint; anathema sit.

CANON XXVII.

Si quis dixerit: (*d*) nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quantumvis gravi, & enormi, præterquam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti; anathema sit.

CANON XXVIII.

Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul, & fidem semper amitti; aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum; anathema sit.

CANON XXIX.

Si quis dixerit, (*e*) eum, qui

(*a*) Supr. c. 11. In fin. (*b*) Supra c. 16. (*c*) Matth. 24.
(*d*) 1. Corinth. 6. supr. cap. 15. (*e*) Supra cap. 14.

post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut posse quidem, sed sola fide amissam justitiam recuperare sine Sacramento Pœnitentiæ, prout Sancta Romana, & universalis Ecclesia a Christo Domino, & ejus Apostolis edocta, hucusque professa est, servavit & docuit; anathema sit.

CANON XXX.

Si quis post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, (*a*) ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in (*b*) Purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere possit; anathema sit.

CANON XXXI.

Si quis dixerit, Justificatum peccare, (*c*) dum intuitu æternæ mercedis bene operatur; anathema sit.

CANON XXXII.

Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ (si tamen in gratia decesserit) consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; anathema sit.

ch' è caduto dopo il Battesimo, non possa per mezzo della grazia di Dio risorgere, o che possa bensì; ma che colla sola fede ricuperi la giustizia perduta senza il Sacramento della Penitenza, come la Santa, ed universal Chiesa ammaestrata da Cristo Signore, e dai di lui Apostoli, fino quì professò, osservò, ed insegnò; sia scomunicato.

CANONE XXX.

(*a*) Psal. 110. (*b*) 1. Cor. 11. Lucæ 22. c. Iteratur de cons. Dist. 2. (*c*) Matt. 26. (*d*) Joan. 8. (*e*) 1. Cor. 5, & 11. Ephes. 5. Rom. 12. (*f*) 1. Cor. 1.

ti si è, che sia simbolo di una cosa sacra, e forma visibile della grazia invisibile: ma questo avvi in essa di eccellente, e singolare, che gli altri Sacramenti allora per la prima volta hanno la virtù di santificare, quando qualcheduno si serve di quelli; ma nell' Eucaristia vi è l' autore istesso della santità avanti l' uso. Imperciocchè non ancora gli Apostoli avevano ricevuto l' Eucaristia dalla mano del Signore, quando esso nonostante affermava con verità, ch' era suo corpo ciò, che dava; e nella Chiesa fu sempre mai questa credenza, che subito dopo la consecrazione il vero corpo, e il vero sangue del nostro Signore insieme con l' anima e divinità dello stesso esiste sotto la spezie del pane, e del vino, ma il corpo sotto la specie del pane, ed il sangue sotto la specie del vino in virtù delle parole: lo stesso poi corpo sotto la specie del vino, ed il sangue sotto la specie del pane, e l' anima sotto l' una e l' altra, in virtù di quella naturale connessione, e concomitanza, colla quale le parti di Cristo Signore, il quale già risorse da morte, per non più morire, fra di loro si uniscono; la divinità indubitatamente per quella meravigliosa ipostatica unione di essa col corpo, e con l' anima. Per la qual cosa è verissimo, che altrettanto si contiene sotto l' una delle specie, quanto sotto ambidue; imperciocchè Cristo tutto, ed intiero esiste sotto la specie del pane, e sotto qualsivoglia parte della stessa specie, tutto parimenti sotto la specie del vino, e sotto le parti di essa.

cæteris Sacramentis (*a*) symbolum esse rei sacræ, & invisibilis gratiæ formam visibilem; verum illud in ea excellens, & singulare reperitur, (*b*) quod reliqua Sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur: at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est. Nondum enim Eucharistiam (*c*) de manu Domini Apostoli susceperant, cum vere tamen ipse affirmaret corpus suum esse, quod præbebat, & semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem (*d*) verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem sub panis, & vini specie una cum ipsius anima, & divinitate existere, sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie ex vi verborum; ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, quæ partes Christi Domini, (*e*) qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore & anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est, (*f*) tantumdem sub alterutra specie, atque sub utraque contineri: totus enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte; totus item sub vini specie, & sub ejus partibus existit.

(*a*) Sacrificium de Cons. Dist. 2. (*b*) c. Multi 1. q. 1. (*c*) Matt. 16. Marc. 14.
(*d*) Infr. can. 1. (*e*) Rom. 6. c. Semel Christus cap. Iteratur cap. Singuli &c. Qui manducat de Cons. (*f*) Distinct. 2. Infra can. 3. Sess. 21. cap. 3. Vide Hom. 5. de Pascha inter eas, quæ Eus. Emisseno ascribuntur, & de Cons. Distinct. 2. cap. 35. ubi pars est.

CAPUT IV.

De Transubstantiatione.

QUoniam autem Christus redemptor noster corpus suum id, (*a*) quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit: ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini conversionem fieri totius substantiæ (*b*) panis in substantiam corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam Sanguinis ejus: quæ conversio convenienter, & proprie a sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata.

CAPO IV.

Della Transustanziazione.

GIacchè poi Cristo Redentor nostro, disse che veramente era suo corpo ciò, che offeriva sotto la specie del pane: perciò vi è stata sempre persuasione nella Chiesa di Dio, e ora pure di nuovo questo Santo Sinodo dichiara, che per mezzo della consecrazione del pane, e del vino, si fa la conversione di tutta la sostanza del pane nella sostanza del corpo di Cristo nostro Signore, e di tutta la sostanza del vino nella sostanza del di lui sangue: la qual conversione convenientemente, e propriamente Transustanziazione è stata chiamata dalla Santa Chiesa Cattolica.

CAPUT V.

De cultu, & veneratione huic Sanctissimo Sacramento exhibenda.

NUllus itaque dubitandi locus relinquitur, (*c*) quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic Sanctissimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, (*d*) quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum; nam illum eumdem Deum præsentem in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dixit: (*e*) Et adorent

CAPO V.

Del culto, e venerazione da prestarsi a questo Santissimo Sacramento.

PErtanto non rimane alcun luogo a dubitare, che tutti i Cristiani, secondo il costume ricevuto sempre nella Chiesa Cattolica, nella venerazione non prestino a questo Santissimo Sacramento il culto di latria, che si deve al vero Dio. Imperciocchè non si deve meno adorare, perchè sia stato istituito da Cristo Signore, per esser ricevuto; perciocchè crediamo ritrovarsi in esso presente quel medesimo Dio, cui il Padre Eterno introducendo nel mondo, disse: E lo adorino tutti gli Angeli di Dio; cui i Ma-

(*a*) Lucæ 22. Jo. 6. 1. Cor. 11.
(*b*) c. Panis de Cons. Dist. 2. Cum Marthæ, de celebr. Miss. Infra can. 2.
(*c*) Infra can. 6.
(*d*) Matth. 22. (*e*) Matth. 2.

gi prostesi adorarono; cui finalmente, attesta la Scrittura essere stato adorato dagli Apostoli nella Galilea. Dichiara inoltre il Santo Sinodo, che assai piamente, e religiosamente è stato introdotto questo costume nella Chiesa di Dio, che ogn' anno in un certo particolare e festivo giorno si celebrasse questo eccelso, e venerabile Sacramento con singolar venerazione, e solennità, e che si portasse intorno riverentemente, ed onorificamente nelle processioni, per le strade, e luoghi pubblici. Imperciocchè è cosa giustissima, che vi siano alcuni sacri giorni stabiliti, quando i Cristiani tutti con una certa singolare e rara dichiarazione verso il comune Signore, e Redentore per un beneficio tanto ineffabile, e quasi divino, col quale si rappresenta la vittoria, ed il trionfo della di lui morte; e così in vero fu d' uopo che la verità vincitrice trionfasse della menzogna, ed eresia, acciocchè i di lei avversarj posti in faccia di sì grande splendore, e di sì grande esultanza di tutta la Chiesa, o indeboliti, e spossati si rattristino, o riempiuti di rossore, e confusi una volta si ravvedano.

eum omnes Angeli Dei, quem (a) Magi procidentes adoraverunt: (b) quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, Scriptura testatur. Declarat præterea sancta Synodus, pie, & religiose admodum in Dei Ecclesiam (c) introductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam, & festo die præcelsum hoc, & venerabile Sacramentum singulari veneratione, ac solemnitate celebraretur, (d) utque in processionibus reverenter, & honorifice illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquissimum est enim, sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes singulari, ac rara quadam significatione gratos, & memores testentur animos erga communem Dominum, & Redemptorem pro tam ineffabili, & plane divino beneficio, (e) quo mortis ejus victoria, & triumphus repræsentatur: atque sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæresi triumphum agere; ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris & in tanta universæ Ecclesiæ lætitia positi, debilitati, & fracti tabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant.

CAPO VI.

Della custodia del Sacramento della Sacra Eucaristia, e del portarlo agl' infermi.

Il costume di conservare nel ciborio la Santa Eucaristia è tanto

CAPUT VI.

De asservando sacræ Eucharistiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo.

Consuetudo (f) asservandi in sacrario sanctam Euchari-

(a) Matt. 28. (b) Lucæ 24.
(c) Urbanus Papa citatus in Clementina un. de Reliq. & ven. Sanct.
(d) Infr. Can. 6. (e) 1. Cor. 15. Hebr. 2.
(f) Infr. cau. 7. c. Sane de celeb. Miss. c. Presbyter. de cons. Dist. 2.

etiam adeo antiqua est, ut eam sæculum etiam (*a*) Nicæni Concilii agnoverit. Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & hunc usum diligenter in Ecclesiis conservari, præterquam quod cum summa æquitate, & ratione conjunctum est, tum multis (*b*) Conciliis præceptum invenitur, & vetustissimo Catholicæ Ecclesiæ more est observatum. Quare sancta hæc Synodus retinendum omnino salutarem hunc, & necessarium morem statuit.

antico, che lo ha conosciuto ancora il secolo del Concilio Niceno. Il portarsi inoltre la stessa sacra Eucaristia agl' Infermi, e il conservarsi diligentemente quest' uso nelle Chiese, oltredichè è conforme alla somma equità, e ragione, altresì trovasi comandato in molti Concilj, osservato per antichissimo costume della Chiesa Cattolica. Laonde questo Santo Sinodo stabilì doversi ritenere del tutto questo salutevole, e necessario costume.

CAPUT VII.

De præparatione adhibenda, ut digne quis sacram Eucharistiam percipiat.

SI non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere, nisi sancte: certe quo magis sanctitas, & divinitas cœlestis hujus Sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia, & sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cum illa plena formidinis verba apud (*c*) Apostolum legamus: *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Quare communicare volenti revocandum est in memoriam ejus præceptum: (*d*) *Probet seipsum*

CAPO VII.

Della preparazione, che si deve usare perchè alcuno riceva degnamente la Sacra Eucaristia.

SE non conviene che alcuno si accosti a qualsisia sacra funzione, se non santamente: per verità quanto più è nota all' uomo Cristiano la Santità, e Divinità di questo celeste Sacramento, con tanto maggior diligenza, deve star cautelato di non accostarsi a riceverlo senza una grande riverenza, e santità, specialmente leggendo noi quelle parole piene di terrore presso l' Apostolo: chi mangia, e beve indegnamente, si mangia, e beve il giudizio, non ben considerando il corpo del Signore. *Laonde chi si vuol comunicare devesi richiamare alla memoria il di lui precetto.* L' uomo esamini se medesimo.

(*a*) Nicæni 1. c. 13.
(*b*) Conc. Rhemen. c. 2. Con Lateran. sub Joan. 3. cap. 26. c. Præsente 93. Dist. Anciran. cap. 6. Carth. 4. cap. 77, & 78. Agathense c. 15, &c.
(*c*) 1. Cor. 11. cap. Quid est cap. Et sancta c. Sicut Judas, &c. Timorem de cons. Dist. 2.
(*d*) 1. Cor. 1. cap. Qui scelerat. cap. Quotidie, & cap. Panem de cons. Dist. 2. c. Omnis, qui cum seq. de Pœnit. Dist. 1.

La consuetudine poi ecclesiastica dichiara, che quell' esame è necessario, perchè niuno consapevole a se di mortal peccato, quantunque gli paja d' esser contrito, debba accostarsi alla Sacra Eucaristia senza la premessa confessione sacramentale; lochè questo Santo Sinodo decretò doversi perpetuamente osservare da tutti i Cristiani, anche da que' Sacerdoti, ai quali per debito incomba di celebrare, purchè non manchi loro l' opportunità del confessore: che se, pressando la necessità, il Sacerdote celebrerà senza la previa confessione, quanto prima si confessi.

homo. Ecclesiasticæ autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi (*a*) contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod a Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit, (*b*) modo non desit illis copia confessoris; quod si, necessitate urgente, sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.

CAPO VIII.

Dell' uso di questo ammirabile Sacramento.

INtorno all' uso poi, i nostri Padri rettamente, e sapientemente hanno distinto tre maniere di ricevere questo Santo Sacramento: imperciocchè hanno insegnato che certuni sacramentalmente soltanto lo ricevono, come i peccatori: altri spiritualmente soltanto, quelli appunto, i quali cibandosi col desiderio di quel celeste pane proposto, sentono il di lui frutto, e vantaggio, con una viva fede, la quale opera per mezzo dell' amore: i terzi poi sacramentalmente insieme, e spiritualmente; questi poi sono quelli, i quali prima si esaminano, e dispongonsi in tal maniera, che ornati della veste nuziale si accostano a questa divina mensa. Nel-

CAPUT VIII.

De usu admirabilis hujus Sacramenti.

QUoad usum autem (*c*) recte, & sapienter Patres nostri tres rationes hoc sanctum Sacramentum accipiendi distinxerunt; quosdam enim docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere, ut peccatores: alios tantum spiritualiter, illos nimirum, qui voto propositum illum cœlestem pane medentes, fide viva, (*d*) quæ per dilectionem operatur, fructum ejus, & utilitatem sentiunt: tertios porro (*e*) sacramentaliter simul et spiritualiter; hi autem sunt, qui ita se prius probant, et instruunt, (*f*) ut vestem nuptialem induti ad divinam hanc mensam accedant. In sacramentali

(*a*) Infr. canon. 11. (*b*) Infr. ibid.
(*c*) cap. Quid est cum seq. c. Dupliciter, & c. In illo de Cons. Dist. 2. August. cont. Donat. sæpe Prosper. in l. Sentent.
(*d*) Gal. 5. (*e*) Inf. can. 8. (*f*) Matth c. 22.

autem sumptione semper in Ecclesia Dei mos fuit, ut laici a Sacerdotibus communionem acciperent: (*a*) Sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent; qui mos, (*b*) tamquam ex traditione Apostolica descendens, jure ac merito retineri debet. Demum autem paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, et obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes, et singuli, qui Christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ symbolo jam tamdem aliquando conveniant, et concordent, memoresque tantæ majestatis, et tam eximii amoris Jesu Christi Domini nostri, (*c*) qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad manducandum; hæc sacra mysteria corporis, et sanguinis ejus ea fidei constantia, et firmitate, ea animi devotione, ac pietate, et cultu credant, et venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint; et is vere eis sit animæ vita, et perpetua sanitas mentis; cujus vigore confortati, ex hujus miseræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam pervenire valeant, eumdem (*d*) panem Angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi. Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi detegantur, et refellantur errores; placuit sanctæ

la comunione poi Sacramentale vi fu sempre nella Chiesa di Dio il costume, che i Laici ricevessero la comunione dai Sacerdoti. I Sacerdoti poi celebranti comunicassero se medesimi: il qual costume, come proveniente dalla tradizione Apostolica, con ragione, e meritamente si deve ritenere. Finalmente poi il Santo Sinodo con paterno affetto avvisa, esorta, prega, e scongiura per le viscere della misericordia di Dio nostro, che tutti, e ciaschedune, che porta il nome di Cristiano, finalmente una volta convengano, e concordino in questo segno d' unità, in questo vincolo di carità, in questo simbolo di concordia; e memori di sì grande maestà, e d' un amore così segnalato di Gesu Cristo Signor nostro, il quale diede la sua diletta anima in prezzo della nostra salute, e la sua carne a noi per cibarsi; credano, e venerino questi sacri misterj del corpo, e sangue di lui con quella costanza, e fermezza di fede, con quella divozione di animo, con quella pietà, e culto, sicchè possano frequentemente ricevere quel pane soprasostanziale, e sia veramente per loro vita dell' anima, e perpetua sanità della mente: dal di cui vigore confortati, possano dal viaggio di questo miserabile pellegrinaggio arrivare alla patria celeste, per cibarsi senza alcun velame di quel medesimo pane degli Angeli, di cui ora cibansi sotto sacri velami. Ma poichè non basta il dire la verità, se non si scoprano, e si confutino gli errori: piacque al Santo Sinodo di soggiungere questi Cano-

(*a*) c. Relatum de Cons. Dist. 2. infra can. 10.
(*b*) Hebr. 5., & 7.
(*c*) Joan. 6. 1. Prim. de Cons. Dist. 2.
(*d*) Psal. 77. c. Revera de cons. Dist. 2.

ni, acciocchè tutti, conosciuta già la dottrina Cattolica, intendano pure, quali eresie debbano fuggirsi, e scansarsi da loro.

Synodo hos canones subjungere: ut omnes, jam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreses caveri, vitarique debeant.

CANONE I.

Intorno il Sacrosanto Sacramento dell' Eucaristia.

Se qualchedunò negherà, che nel Sacramento della Santissima Eucaristia, non si contenga veramente, realmente, e sostanzialmente il corpo, e il sangue insieme coll' anima, e divinità di Nostro Signor Gesù Cristo, e per conseguenza tutto Cristo: ma dirà che v' è solamente in quello, come in segno, o figura, o virtù; sia scomunicato.

CANON I.

De sacrosancto Eucharistiæ Sacramento.

Si quis negaverit, (*a*) in Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri vere, realiter, et substantialiter corpus, et sanguinem una cum anima, et divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum; sed dixerit tantummodo esse in eo, ut signo, vel figura, aut virtute; anathema sit.

CANONE II.

Se qualchedunò dirà, che nel Sacrosanto Sacramento dell' Eucaristia vi resta la sostanza del pane, e del vino, insieme col corpo, e col sangue del nostro Signor Gesù Cristo; e negherà quell' ammirabile, e singolar conversione di tutta la sostanza del pane nel corpo, e di tutta la sostanza del vino nel sangue, restandovi soltanto le specie del pane e del vino, la qual conversione in vero la Chiesa Cattolica chiama molto a proposito Transustanziazione; sia scomunicato.

CANON II.

Si quis dixerit, (*b*) in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento remanere substantiam panis, et vini una cum corpore, et sanguine Domini nostri Jesu Christi, negaveritque mirabilem illam, et singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, et totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis, et vini; quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime (*c*) Transubstantiationem appellat; anathema sit.

CANONE III.

Se qualchedunò negherà, che nel venerabile Sacramento dell' Eucaristia si contenga tutto Cristo sotto ciascheduna specie, e sotto ciascheduna parte fatta la separazione; sia scomunicato.

CANON III.

Si quis negaverit, (*d*) in venerabili Sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, et sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri; anathema sit.

(*a*) Supr. c. 3. Conc. Constant. (*b*) Idem Conc. damnans articulos Jo. VViclef. (*c*) Sup. c. 4. (*d*) Conc. Flor. in Decret. Eugenii ad Armenos in supra cap. 3. & infra Sess. 21. cap. 1. de Commun.

CANON IV.

Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ Sacramento non esse corpus, et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu dum sumitur, non autem ante, vel post, (*a*) et in hostiis seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, (*b*) vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ Sacramento Christum unigenitum Dei Filium non esse (*c*) cultu latriæ, etiam externo, adorandum: atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus, secundum laudabilem, et universalem Ecclesiæ sanctæ ritum, et consuetudinem, solemniter circumgestandum; vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, & ejus adoratores esse idololatras; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam (*d*) in sacrario reservari, sed statim post consecrationem adstantibus necessario distribuendam; aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; anathema sit.

CANONE IV.

Se qualcheduno dirà, che fatta la consecrazione, nell' ammirabile Sacramento dell' Eucaristia non vi sia il corpo, e sangue del nostro Signor Gesù Cristo, ma solamente nell' uso, mentre si riceve, e non avanti, o dopo; e che nelle ostie, ò particole consecrate, le quali si custodiscono, ò rimangono dopo la comunione, non vi resti il vero corpo del Signore; sia scomunicato.

CANONE V.

Se qualcheduno dirà, che il principalissimo frutto della Santissima Eucaristia sia la remissione dei peccati, o che da quella non provengano altri effetti; sia scomunicato.

CANONE VI.

Se qualcheduno dirà, che nel Santo Sacramento dell' Eucaristia non si debba adorare, anche con esterno culto di latria, Cristo Figliuolo Unigenito di Dio, e che perciò nè si debba venerare con festiva particolare solennità: nè solennemente portar in giro nelle processioni, secondo il lodevole, e universal rito, e consuetudine della Santa Chiesa, o che non si debba esporre al popolo pubblicamente, perchè sia adorato, e che i di lui adoratori siano idolatri; sia scomunicato.

CANONE VII.

Se qualcheduno dirà, non esser lecito di conservare la Sacra Eucaristia nel ciborio; ma subito dopo la consecrazione doversi necessariamente distribuire agli astanti; o non esser lecito, che quella si porti onorevolmente agl' Infermi; sia scomunicato.

(*a*) Sup. c. 3, & 5.
(*b*) Conc. Florent. ib. supr. cap. 2.
(*c*) Supra cap. 5.
(*d*) Supra cap. 6.

CANONE VIII.

Se qualcheduno dirà, che Cristo dato nell' Eucaristia si mangi soltanto spiritualmente, e non ancora sacramentalmente, e realmente; sia scomunicato.

CANONE IX.

Se qualcheduno negherà, che tutti, e ciascheduno dei Cristiani dell' uno, e dell'altro sesso, allor quando saranno arrivati agli anni della discrezione, siano obbligati a comunicarsi ogni anno almeno nella Pasqua, conforme il precetto di Santa Madre Chiesa; sia scomunicato.

CANONE X.

Se qualcheduno dirà, non esser lecito al Sacerdote celebrante di comunicar se stesso; sia scomunicato.

CANONE XI.

Se qualcheduno dirà, che la sola fede è sufficiente preparazione per ricevere il Sacramento della Santissima Eucaristia; sia scomunicato. E perchè un sì grande Sacramento non si riceva indegnamente, e perciò in morte, e condanna; lo stesso Santo Sinodo stabilisce, e dichiara, che quelli, i quali sanno d' esser in peccato mortale, per quanto ancora stimino d' esser contriti, avuta l' occasione del Confessore, debbano necessariamente premettere la Confessione Sacramentale. Se qualcheduno poi presumerà d' insegnare, predicare, o pertinacemente affermare, o anche pubblicamente nelle dispute difendere il contrario, per quest' istesso, sia scomunicato.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Christum in Eucharistiam exhibitum, spiritualiter tantum manducari, (*a*) et non etiam sacramentaliter, ac realiter; anathema sit.

CANON IX.

Si quis negaverit (*b*) omnes, et singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, juxta præceptum Sanctæ Matris Ecclesiæ; anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, (*c*) non licere Sacerdoti celebranti seipsum communicare; anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, (*d*) solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum; anathema sit. Et ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem, et condemnationem sumatur; statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, (*e*) quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessario præmittendam esse Confessionem Sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando, defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

(*a*) Supr. cap. 8.
(*b*) Inf. Can. 14. Can. 8. de Pœnit. Vide inf. XX.
(*c*) Supra cap. 8. (*d*) Supra cap. 7.
(*e*) ibid.

Decretum de reformatione.

CAPUT I.

Episcopi prudenter moribus caste informandis invigilent: ab eorum correctione non appelletur.

EAdem sacrosancta Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nunciis, intendens nonnulla statuere, quæ ad jurisdictionem pertinent Episcoporum: ut juxta proximæ Sessionis decretum, illi in commissis sibi Ecclesiis eo libentius resideant, quo facilius, & commodius sibi subjectos regere, & in vitæ, ac morum honestate continere potuerint: illud primum eos admonendos censet: (*a*) ut se pastores, non percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos, tamquam filios, & fratres, diligant: elaborentque, ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant; ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coercere cogantur; quos tamen, si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, (*b*) illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate, & patientia, cum (*c*) sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas,

Decreto sulla riforma.

CAPO I.

Veglino i Vescovi prudentemente alla riforma dei costumi. Dalla loro correzione non si dia appellazione.

IL medesimo Sacrosanto Concilio di Trento, essendo in quello presidenti i medesimi Legato, e Nunzj della Santa Sede Apostolica, intendendo di stabilire alcune cose, le quali appartengono alla giurisdizione de' Vescovi, perchè a tenore del Decreto della prossima Sessione, essi risiedano tanto più volentieri nelle Chiese loro commesse, quanto più facilmente, e comodamente potranno reggere i loro sudditi, e contenerli nell' onestà della vita, e dei costumi: stima prima di tutto di doverli avvisare, che si ricordino d' esser eglino pastori, non percussori, ed esser d' uopo che presiedano a que' che loro sono soggetti, in maniera che non dominino sopra di essi, ma li amino come figliuoli, e fratelli, e si affatichino per rimuoverli coll' esortazioni ed ammonizioni dalle cose illecite, affinchè, quando avranno peccato, non siano costretti a tenerli in freno colle pene dovute: i quali però, se accaderà che pecchino in qualche cosa per fragilità umana, hanno da osservare il precetto dell' Apostolo, che vuole, che li riprendano, li preghino, li rampognino con ogni bontà, e pazienza; usando verso que' che si devono correggere, spesse volte più la

(*a*) Tit. 1. 1. Tim. 3. 1. Petr. 5. Dist. 45. in princ. Dist. 94. c. ult. Dist. 95. c. Esto subject.
(*b*) 2. Tim. 4.
(*c*) 23. qu. 4. cap. Quod Christus 5. Dist. 2. Licet nonnumquam.

benevolenza, che l'austerità, più l' esortazione, che la minaccia, più la carità, che la potestà. Se poi per la gravezza del delitto vi sarà d' uopo di verga, allora si deve adoprare il rigore colla mansuetudine, il giudicio colla misericordia, la severità colla piacevolezza: così che senza asprezza si conservi la disciplina salutare e necessaria ai popoli, e quelli, i quali saranno stati corretti, si emendino, o se non vorranno ravvedersi, gli altri dal salutevole esempio di correzione verso essi vengano allontanati dai vizj: essendo dovere d' un diligente, e nello stesso tempo pio pastore, l' applicare prima di tutto alle malattie delle pecore medicine leggiere, e dopo quando così ricerchi la gravezza del male, passare a rimedj più violenti, e più gravi: se poi neppur questi punto giovino, rimuoverle dall' ovile, e liberare almeno le altre pecore dal pericolo del contagio. Avvenendo dunque per lo più, che i rei di delitti, per iscansar le pene, e sottrarsi ai giudizj dei Vescovi, fingano lamenti, e gravami, e impediscano il processo del giudice col ricorso di appellazione; perchè non si abusino del rimedio istituito per il sostegno dell' innocenza a difesa dell' iniquità, e per metter argine a siffatta loro scaltrezza, e tergiversazione, così stabilì, e decretò: che nelle cause di visita, e correzione, o sia abilità, e inabilità, come pure nelle criminali, prima della sentenza definitiva, dall' interlocutoria, o da qualunque altro gravame non si dia appellazione dal Vescovo, o dal di

quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit: tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium, cum lenitate severitas adhibenda est: ut sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria conservetur; & qui correcti fuerint, emendentur: aut si resipiscere noluerint, cæteri, salubri in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur; cum sit diligentis, & pii simul pastoris officium morbis ovium levia primum adhibere fomenta, post, ubi morbi gravitas ita postulet, (*a*) ad acriora, & graviora remedia descendere; sin autem nec ea quidem proficiant illis submovendis, cæteras saltem oves a contagionis periculo liberare. Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas pœnas, et Episcoporum subterfugienda judicia, querelas, & gravamina simulent: & appellationis diffugio judicis processum impediant, (*b*) ne remedio ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque ut hujusmodi eorum calliditati, & tergiversationi occurratur, ita statuit, & decrevit: (*c*) In causis visitationis, & correctionis, sive habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario generali, ante definitivam sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, non appelletur: nec Episcopus, seu Vicarius appellationi hujusmodi,

(*a*) cap. Resecandæ & c. Corripiantur 24 qu. 3.
(*b*) c. Cum speciali §. Porro c. Ad nostram c. Suggestum de appell.
(*c*) Inf. Sess. 22. cap. 1. de refor. & Sess. 24. cap. 20. de refor.

tamquam frivolæ, deferre teneatur; sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis Judice emanata, necnon omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili, contraria non obstante, ad ulteriora valeat procedere, (*a*) nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit: quibus casibus sacrorum, & antiquorum canonum statuta illibata persistant.

lui generale Vicario nelle cose spirituali: nè che il Vescovo, o Vicario sia obbligato differire a tale appellazione, come frivola: ma che, non ostante quella, e qualunque altra proibizione, emanata dal giudice di appellazione, e nonostante qualunque stile, e consuetudine contraria, anche immemorabile, possa procedere ulteriormente; se non quando un gravame di tal fatta non possa ripararsi per mezzo d' una definitiva sentenza, oppure appellarsi dalla stessa definitiva; nei quali casi i statuti dei sacri, ed antichi canoni rimangano illibati.

CAPUT II.

In criminibus appellatio ab Episcopo, quando Metropolitano, aut uni ex vicinioribus committenda.

A Sententia (*b*) Episcopi, vel ipsius in spiritualibus Vicarii generalis, in criminalibus appellationis causa, ubi appellationi locus fuerit, si Apostolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali, aut si ille aliqua de causa suspectus foret, vel ultra duas legales (*c*) diætas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, seu illorum Vicariis, non autem inferioribus judicibus, committatur.

CAPO II.

Quando l' appellazione dal Vescovo nelle cause criminali sia da commettersi al Metropolitano, o ad uno dei Vescovi più vicini.

Dalla sentenza del Vescovo, o del di lui Vicario Generale nelle cose spirituali, la causa dell' appellazione in cose criminali, dove vi sarà luogo all' appellazione, se succederà doversi quella commettere in partibus *per Apostolica autorità, si commetta al Metropolitano, o al di lui Vicario anche Generale nelle cose spirituali; o se quegli fosse per qualche motivo sospetto, o fosse distante oltre due legali diete, o sia stato dallo stesso appellato, si commetta, dissi, ad uno dei Vescovi più vicini, o ai loro Vicarj, non però ai giudici inferiori.*

(*a*) cap. Ut debitus, de appell. cum simil.
(*b*) cap. 1. de consuetud.
(*c*) cap. Statutum, de rescript. in 6.

CAPO III.

Gli Atti della prima istanza dentro trenta giorni si dieno gratuitamente al reo, che appella.

Il reo che appella dal Vescovo o dal di lui Vicario Generale nelle cose spirituali in causa criminale, produca del tutto alla presenza del giudice, a cui si appellò, gli atti della prima instanza: ed il giudice, se non gli ha veduti, non proceda alla di lui assoluzione. Quegli poi, dal quale si sarà appellato, nel termine di giorni 30. esibisca gli atti stessi gratis *al postulante, altrimenti senza di essi si termini la causa di tale appellazione, secondo che suggerirà la giustizia.*

CAPO IV.

In qual maniera debbansi i Chierici degradare per gravi delitti.

Ma perchè dalle persone Ecclesiastiche tanto gravi delitti vengono talvolta commessi, che per la loro atrocità debbansi deporre dai Sacri Ordini, e dare in mano della Curia secolare; nel che secondo i Sacri Canoni si ricerca un determinato numero di Vescovi, i quali tutti se fosse difficile riunirli, si differirebbe la dovuta esecuzione della Legge; se talvolta poi potessero intervenirvi, s' interromperebbe la loro residenza: perciò stabilì, e decretò, che sia lecito al Vescovo di procedere anche senza di quelli, da per se, o per mezzo

CAPUT III.

Acta primæ instantiæ intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.

Reus ab Episcopo, aut ejus Vicario in spiritualibus generali in criminali causa appellans, coram judice, ad quem appellavit, acta primæ instantiæ omnino producat: & judex, nisi illis visis, ad ejus absolutionem minime procedat. Is autem, a quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioquin absque illis causa appellationis hujusmodi, prout justitia suaserit, terminetur.

CAPUT IV.

Qua ratione Clerici ob gravia delicta sacris exauctorandi.

Cum vero tam gravia nonnumquam sint delicta (*a*) ab ecclesiasticis commissa personis, ut ob eorum atrocitatem a sacris Ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ sæculari, in quo (*b*) secundum sacros Canones certus Episcoporum numerus requiritur, (*c*) quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur; si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decrevit: Episcopo per se, seu illius Vicarium in spirituali-

(*a*) 3. quæst. 8. c. Suggere & 15. quæst. 7. cap. Felix Episcopus.
(*b*) Conc. 2. Hispalens. cap. 6.
(*c*) c. Si quis cum. seq. 15. quæst. 7. cap. Degradatio, de pœnit. in 6.

bus generalem, contra Clericum, in sacris etiam Presbyteratus Ordinibus constitutum etiam ad illius condemnationem, necnon verbalem depositionem; et per se ipsum etiam ad actualem atque solemnem degradationem ab ipsis Ordinibus, & gradibus ecclesiasticis, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia, in numero a Canonibus definito requiritur, etiam absque illis procedere liceat, adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus, usum mitræ, & baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in civitate, aut dioecesi reperiri, & commode interesse possint; alioquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant.

CAPUT V.

Summarie cognoscat Episcopus de gratiis, quibus peccatum remittitur, aut pœna.

ET quoniam per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, ut nonnulli ejusmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ illis Episcoporum justa severitate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur: cum non ferendum sit, ut mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsum (*a*) impunitum sit, verum etiam alterius delicti veniam impetret mentienti: idcirco, ut sequitur, statuit, & decrevit: Episcopus apud Ecclesiam suam residens,

del di lui Vicario generale nelle cose spirituali contro il chierico, costituito anche negli ordini sacri del Presbiterato, anche sino alla di lui condanna, e verbale deposizione; e per se medesimo anche sino all' attuale, e solenne degradazione dagli stessi ordini, e gradi Ecclesiastici nei casi, nei quali si ricerca la presenza degli altri Vescovi in numero stabilito dai Canoni, ammessi però, e in ciò assistenti altrettanti Abati, che abbiano l' uso della mitra, e del Pastorale per privilegio Apostolico, se possano ritrovarsi nella Città, o Diocesi, e comodamente intervenirvi: altrimenti altre persone constituite in dignità Ecclesiastica, le quali siano gravi per l' età, e commendabili per la scienza della Legge.

CAPO V.

Il Vescovo sommariamente giudichi delle grazie, per le quali si rimette il peccato, o la pena.

E Poichè per mezzo di cause finte, le quali però pajono abbastanza probabili, alle volte succede, che alcuni carpiscano tali grazie, per mezzo delle quali o si rimettono affatto, o si diminuiscono le pene loro imposte dalla giusta severità dei Vescovi; non dovendosi tollerare, che la bugia, che tanto dispiace a Dio, non solamente sia impunita, ma impetri anche al mentitore il perdono d' un altro delitto: perciò, stabilì, e decretò, come segue: il Vescovo, che risiede appresso la sua Chiesa, come Delegato della Sede Apostolica, esa-

(*a*) Exod. 23. Lev. 19. Prov. 6, 10. 12, & 19. c. Si quis dixerit, cum seq. & cap. Nemo pectorum, 11, qu. 5.

mini anche sommariamente intorno la surrezione, e obrezione della grazia, la quale con false preghiere si impetra sopra l' assoluzione di qualche pubblico mancamento, o delitto, del quale esso avea principiato a inquisire, o sopra la remission della pena, alla quale il delinquente è stato per mezzo di lui condannato; e non ammetta la stessa grazia, dopo che legittimamente consterà essere stata ottenuta col mezzo di aver raccontato il falso, o tacciuto il vero.

CAPO VI.

Non si citi personalmente il Vescovo, se non per motivo di deposizione, o privazione.

MA poichè i sudditi, quantunque con ragione siano stati corretti, sogliono nonostante odiar grandemente il Vescovo, e, quasi stati siano ingiuriati, rinfacciargli de' falsi delitti, per dargli molestia, in qualunque modo che possono; il timore della qual vessazione, lo rende per l' ordinario più tardo a ricercare, e punire i loro delitti: perciò, onde quegli con grande incomodo suo, e della Chiesa non sia costretto di abbandonare la greggia a se commessa, e di andarsene vagabondo non senza diminuzione della dignità Vescovile, così stabilì, e decretò: Il Vescovo non si citi, o si ammonisca a comparire personalmente, se non pel motivo, per cui fosse da deporsi, o da privarsi, anche se si procedesse ex officio, *o per mezzo d' inquisizione, o denunciazione, o accusa, o in qualsivoglia altra maniera.*

de surreptione, & obreptione, quæ super absolutione alicujus publici criminis vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat, aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit, falsis precibus impetratur, per seipsum, tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, etiam summarie cognoscat; (a) ipsamque gratiam, postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse legitime constiterit, non admittat.

CAPUT VI.

Non citetur personaliter Episcopus, nisi depositionis, aut privationis causa.

QUoniam vero subditi Episcopo, (b) tametsi jure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse, & tamquam injuria affecti sint, falsa illi crimina objicere solent; ut quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant, cujus vexationis timor plerumque illum ad inquirenda, & punienda eorum delicta segniorem reddit, idcirco, ne is magno suo, & Ecclesiæ incommodo gregem sibi creditum relinquere, ac non sine Episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita statuit, & decrevit: (c) Episcopus, nisi ob causam, ex qua deponendus, sive privandus veniret, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, sive alio quovis modo procedatur, ut personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

(a) cap. Super litteras & cap. Cum dilecta, de rescript.
(b) c. Sunt nonnulli, 2. qu. 7. (c) Infr. Sess. 24. cap. 5. de reform.

CAPUT VII.

Qualitates testium contra Episcopum describuntur.

TEstes in causa criminali (*a*) ad informationem, vel indicia seu alias in causa principali, contra Episcopum, nisi contestes, & bonæ conversationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur; & si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus pœnis mulctentur.

CAPO VII.

Si descrivono le qualità de' testimonj contro il Vescovo.

NElla causa criminale per l' informazione, o indizj, o altrimenti nella causa principale contro il Vescovo, non si ammettano testimonj, se non sieno più uniti insieme, e di buona condotta, stima, e fama; e se avranno deposto qualche cosa per odio, per inconsideratezza, o cupidigia, siano con gravi pene puniti.

CAPUT VIII.

Graves Episcoporum causæ a Pont. Max. cognoscantur.

CAusæ Episcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debeant, (*b*) coram Pontifice Max. referantur, ac per ipsum terminentur.

CAPO VIII.

Le cause gravi dei Vescovi siano conosciute dal Pontefice Massimo.

LE cause dei Vescovi, dovendo comparire secondo la qualità dell' apposto delitto, si trattino alla presenza del Pontefice Massimo, e per mezzo dello stesso si definiscano.

Decretum prorogationis definitionis quatuor articulorum de Sacramento Eucharistiæ, & salviconductus Protestantibus dandi.

EAdem Sancta Synodus errores omnes, qui super hoc Sacramento repullularunt, tanquam vepres ex agro Dominico evellere, ac omnium fidelium saluti prospicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti pie oblatis, inter alios, ad hoc Sacramentum pertinentes articulos diligentissi-

Decreto della proroga della definizione dei quattro articoli intorno al Sacramento dell' Eucaristia, e i salvocondotti da darsi ai Protestanti.

IL medesimo Santo Sinodo desiderando di svellere, quali spine dal campo del Signore, tutti gli errori, i quali ripullularono sopra questo Santissimo Sacramento, e di provvedere alla salute di tutti i fedeli, alzando piamente all' onnipotente Dio quotidiane preghiere, fra gli altri articoli spettanti a questo Sacramento,

(*a*) c. Accusatio quoque cap. Accusatio Episcoporum cap. Testes 2. qu. 7, & cap. ult. 2. qu. 5. conc. Rom. sub. Sylvest. 1. juxta Anacleti Papæ ep. 2, & Carthag. 2. c. 6, & Carthag. 4. cap. 96, & Sixti III. Epist. 3. cap. 2.

(*b*) Concil. Sard. cap. 2. cap. Ad abolendam de hæret. & infra Sess. 24. cap. 5 de ref.

trattati con una diligentissima ricerca della Cattolica verità, tenute moltissime, e accuratissime dispute a tenore della gravità della cosa, esaminate di più le opinioni di Teologi valentissimi, trattava anche gli articoli seguenti: Se sia necessario per la salute, e comandato per diritto divino, che tutti i fedeli ricevano questo Venerabile Sacramento sotto l' una, e l' altra specie. E: Se meno riceva chi si comunica sotto l' una delle specie, o chi sotto tutte le due. E: Se abbia errato la Santa Madre Chiesa, comunicando i Laici, ed i Sacerdoti non celebranti sotto la specie solamente del pane. E: Se i fanciulli pure si debbano comunicare? Ma poichè dalla nobilissima provincia della Germania, quelli, i quali si nominano Protestanti, desiderano d' esser ascoltati dal Santo Sinodo sopra questi stessi articoli, prima che si definiscano, e poichè per questa causa dimandarono da quello la pubblica fede, affinchè sia loro lecito di venir qua sicuramente, e dimorare in questa Città, e di dire alla presenza del Concilio, e liberamente proporre quelle cose, che sentiranno, e dopo, quando loro piacerà, di ritirarsi: Lo stesso Santo Sinodo, quantunque molti mesi avanti abbia con gran desiderio aspettata la loro venuta, nenostante, qual pia madre, che geme e partorisce, grandemente desiderando, e affaticandosi, perchè in quelli, che Cristiani si appellano, non vi siano scismi, ma siccome tutti riconoscono il medesimo Dio, e Redentore, così dicano, credano, sentano la medesima cosa; confidando nella misericordia di Dio, e sperando che quelli sieno per ridursi nella santissima e salutevol concordia di una

ma veritatis Catholicæ inquisitione tractatos, plurimis, accuratissimisque pro rerum gravitate disputationibus habitis, cognitis quoque præstantissimorum Theologorum sententiis, hos etiam tractabant: An necessarium sit ad salutem, & divino jure præceptum ut singuli Christi fideles sub utraque specie ipsum venerabile Sacramentum accipiant? Et: Num minus sumat, qui sub altera, quam qui sub utraque communicat? Et: An erraverit sancta mater Ecclesia, laicos, & non celebrantes sacerdotes, sub panis specie dumtaxat communicando? Et: An parvuli etiam communicandi sint? Sed quoniam ex nobilissimæ Germaniæ provincia ii, qui se Protestantes nominant, super his ipsis articulis, antequam definiantur, audiri a Sancta Synodo cupiunt, & eam ob causam fidem publicam ab illa postularunt, ut ipsis tutò huc venire, & in hac urbe commorari, ac libere coram Synodo dicere, atque proponere, quæ censerint, & postea, cum libuerit, recedere liceat; sancta ipsa Synodus, licet magno desiderio eorum adventum multos antea menses expectarit, tamen, ut pia mater, quæ ingemiscit, & parturit, summopere id desiderans, ac laborans, ut in iis, qui Christiano nomine censentur, nulla sint schismata, sed quemadmodum eumdem omnes Deum, & Redemptorem agnoscunt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant: confidens in Dei misericordia, & sperans fore, ut illi in sanctissimam, & salutarem unius fidei, spei, charitatisque concor-

diam redigantur, libenter eis, hac in re morem gerens, securitatem & fidem, ut petierunt, publicam, quam salvum conductum vocant, quoad se pertinet, ejus, qui infrascriptus erit, tenoris, dedit, atque concessit: & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam Sessionem distulit: quam, ut illi commode ei interesse possint, in die festum Conversionis D. Pauli, quæ erit vigesima quinta die mensis Januarii anni sequentis, indixit; illudque præterea statuit, ut in eadem Sessione de Sacrificio Missæ agatur, propter magnam utriusque rei connexionem: interea Sessione proxima de Pœnitentiæ, et Extremæ Unctionis Sacramentis tractandum: illa autem die festo D. Catharinæ virginis, & martyris, qui erit vigesima quinta Novembris, habendam esse decrevit, simulque, ut in utraque materiam reformationis prosequatur.

Salvus-conductus datus Protestantibus.

Sacrosancta, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nunciis: omnibus, & singulis, sive ecclesiasticis, sive sæcularibus personis universæ Germaniæ, cujuscumque gradus, status, conditionis, & qualitatis sint, quæ ad œcumenicum hoc, & generale Concilium accedere voluerint, ut de iis rebus, quæ in ipsa Synodo tractari debent omni libertate conferre, proponere, & tractare, ac ad ipsum œcumenicum Concilium

sola fede, speranza, e carità, condiscendendo in ciò volontieri al desiderio loro, diede, e concesse, per quanto appartiene a se, come aveano dimandato, la sicurezza, e fede pubblica, la quale chiamano salvo-condotto, del tenore che sarà infrascritto: e per loro motivo differì la definizione di quegli articoli alla seconda Sessione; quale, perchè quelli possano intervenirvi comodamente, l'intimò nel giorno festivo della Conversione di S. Paolo, che sarà il vigesimo quinto giorno del mese di Gennajo dell' anno seguente: e inoltre stabilì, che nella medesima Sessione si tratti del Sacrifizio della Messa, per la gran connessione dell'una, e dell'altra cosa: intanto decretò, che s' abbia a trattare dei Sacramenti della Penitenza, e dell' Estrema-Unzione; che quella poi s' abbia a tenere nel giorno festivo di S. Cattarina Vergine, e Martire, che sarà il dì 25. di Novembre, e nello stesso tempo, che nell' una, e nell' altra si proseguisca la materia della riforma.

Salvo-Condotto dato ai Protestanti.

Il Sacrosanto, e Generale Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legato, e Nunzj della Santa Sede Apostolica, a tutte, e ciaschedune, o Ecclesiastiche, o Secolari persone di tutta la Germania, di qualunque sieno grado, stato, condizione, e qualità, le quali vorranno venire a questo Ecumenico, e Generale Concilio, concede, per quanto appartiene ad esso Sacro Concilio, la pubblica fede, e una piena sicurezza, che chiamano salvo-condotto, con tutte e ciascheduno clausule, e decreti necessarj, ed op-

portuni, anche si dovessero esprimere particolarmente, e non per mezzo di parole generali, i quali volle che si abbiano per espressi, concede, dissi, la pubblica fede e sicurezza, affinchè possano e vagliano circa alle cose, che trattar si debbono nello stesso Concilio, con tutta libertà, conferire, proporre, e trattare, e liberamente, e sicuramente venire allo stesso Concilio Ecumenico, e fermarsi, e trattenersi in esso, ed esibire, e proporre tanto in iscritto, quanto a voce tutti gli articoli, che piacerà loro, e conferire, e disputare senza strapazzo e contumelia alcuna coi Padri, o con quelli, che dallo stesso Sacro Concilio saranno stati scielti, e quando piacerà loro, ritirarsi, e partire. Piacque inoltre allo stesso Santo Sinodo, che se per maggior libertà, e sicurezza loro desiderino, che tanto pei delitti commessi, quanto da commettersi per mezzo loro vengano ad essi deputati Giudici determinati, si nominino quelli, i quali sono ad essi benevoli, anche se i delitti stessi fossero, quanto si voglia enormi, ed ereticali.

libere, & tuto venire, et in eo manere, et commorari, ac articulos, quot illis videbitur, tam scripto, quam verbo, offerre & proponere, et cum Patribus, sive iis, qui ab ipsa sancta Synodo delecti fuerint, conferre; et absque ullis conviciis, et contumeliis disputare, necnon, quando illis placuerit, recedere possint, et valeant, publicam fidem, et plenam securitatem, quam salvumconductum appellant, cum omnibus, et singulis clausulis, et decretis necessariis, et opportunis, etiam si specialiter, et non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expressis haberi voluit, quantum ad ipsam S. Synodum spectat, concedit. Placuit præterea sanctæ Synodo, ut, si pro majori libertate, ac securitate eorum, certos tam pro commissis, quam pro committendis per eos delictis, judices deputari cupiant, illos sibi benevolos nominent, etiam si delicta ipsa quantumcumque enormia, ac hæresim sapientia fuerint.

SESSIONE XIV.

Ch'è la 4. sotto Giulio III. Pont. Mass.

Celebrata il dì 25. di Nov. 1551.

Dottrina intorno ai Santissimi Sacramenti della Penitenza, e dell' Estrema Unzione.

Il Sacrosanto, Ecumenico, e Generale Concilio di Trento radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legato, e Nunzj della Santa Se-

SESSIO XIV.

Quæ est 4. sub Julio III. Pont. Max.

Celebrata die XXV. Nov. MDLI.

Doctrina de Sanctissimis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis Sacramentis.

Sacrosancta, œcumenica, et generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Le-

gato, et Nunciis, quamvis in decreto de (a) Justificatione multus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter locorum cognationem, necessaria quadam ratione sermo interpositus; tanta nihilominus circa illud nostra hac ætate diversorum errorum est multitudo, ut non parum publicæ utilitatis retulerit, de eo exactiorem, et pleniorem definitionem tradidisse; in qua demonstratis, et convulsis, Spiritus Sancti præsidio, universis erroribus, Catholica veritas perspicua, et illustris fieret; quam nunc sancta hæc Synodus Christianis omnibus perpetuo servandam proponit.

de Apostolica, quantunque nel decreto intorno la giustificazione per un certo indispensabile motivo abbiasi tenuto un lungo discorso intorno al Sacramento della Penitenza, per la somiglianza ed affinità dei luoghi; sì grande nulladimeno è la moltitudine degli errori diversi intorno a quello in questa nostra età, che non sarà di poco pubblico giovamento, l' aver dato sopra di esso una più esatta, e compiuta definizione; nella quale, dimostrati, e con l' ajuto dello Spirito Santo estirpati tutti gli errori, la Cattolica verità si rendesse vie più chiara, ed illustre, la quale ora questo Santo Sinodo propone a tutti i Cristiani ch' abbiano a conservare perpetuamente.

CAPUT I.

De necessitate, & institutione Sacramenti Pœnitentiæ.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in Baptismo, ipsius beneficio, et gratia susceptam, constanter tenerentur; non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo Sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. (b) Quoniam autem Deus, dives in misericordia; cognovit figmentum nostrum; illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati servitutem, et dæmonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapsis post Baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. (c) Fuit qui-

CAPO I.

Della necessità, ed istituzione del Sacramento della Penitenza.

SE in tutti i regenerati fosse tale la gratitudine verso Dio, che custodissero constantemente la giustizia nel Battesimo per di lui benefizio, e grazia ricevuta; non sarebbe stato di mestieri, che un altro Sacramento diverso dallo stesso Battesimo fosse stato per la remissione de' peccati instituito. Ma poichè Dio, ricco nella misericordia, conobbe la nostra fragilità; conferì anche il rimedio della vita a coloro, i quali dappoi si fossero messi nella servitù del peccato, e nella potestà del demonio, il Sacramento, cioè della Penitenza, col quale si applica il benefizio della morte di Cristo a quei, che son

(a) Supra Sess. 6. cap. 14. de Justificatione.
(b) Infra Can. 1. Pœnit. Psalm. 102. Ephes. 1.
(c) Supra Sess. 6. capit. 14. de Justific. Concil. Cabilon. sub Vitaliano 1. cap. 8.

caduti dopo il battesimo. Fu in vero la penitenza a tutti gli uomini, i quali si fossero macchiati di qualche mortal peccato, in qualunque tempo necessaria per conseguir la grazia, e la giustizia, anche a quelli, i quali avessero chiesto di esser lavati col Sacramento del Battesimo, affinchè deposta, ed emendata la perversità, detestassero una sì grande offesa di Dio coll' odio del peccato, e con un pio dolore dell' animo. Onde il Profeta dice: Convertitevi, e fate penitenza di tutte le vostre iniquità, e l' iniquità non vi sarà in rovina. *Il Signore ancora disse:* Se non farete penitenza, tutti similmente perirete. *Ed il Principe degli Apostoli Pietro raccomandando la penitenza ai peccatori ch' erano per battezzarsi, diceva:* Fate penitenza, e ciascheduno di voi si battezzi. *Ora nè prima della venuta di Cristo la Penitenza era Sacramento per alcuno, nè lo è dopo la di lui venuta avanti il Battesimo. Ma il Signore allora principalmente istituì il Sacramento della Penitenza, quando risuscitato da morte, soffiò nei discepoli suoi, dicendo:* Ricevete lo Spirito Santo: Si rimettono i peccati a quelli, a' quali li rimetterete, e sono ritenuti a quelli, a' quali li riterrete. *Col qual fatto tanto insigne, e con le quali parole tanto chiare, il consenso di tutti i Padri sempre intese, che sia stata comunicata agli Apostoli, ed ai loro legittimi successori la potestà di rimettere, e di ritenere i peccati per riconciliare i fedeli caduti dopo il Battesimo.*

dem Pœnitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam, et justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramento ablui petivissent; ut, perversitate abjecta, et emendata, tantam Dei offensionem cum peccati odio, et pio animi dolore detestarentur. Unde Propheta ait: (a) *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris; & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Dominus etiam dixit: (b) *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentiam commendans, dicebat; (c) *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Porro nec ante adventum Christi Pœnitentia erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum a mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suos, dicens: (d) *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Quo tam insigni facto, et verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, et retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post Baptismum lapsos, Apostolis, et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patrum con-

(a) Ezech. 18.
(b) Lucæ 13.
(c) Act. 2. c. Agunt, & c. Proprie, de Consecr. Dist. 4.
(d) Joann. 20. Matth. 16. cap. Ut constitueretur 50. Dist. & infra cap. 8. in fin. & can. 3.

sensus semper intellexit. (*a*) Et Novatianos remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica tanquam hæreticos explosit, atque condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc Synodus probans, et recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, et Christi Evangelium annuntiandi, contra hujusmodi Sacramenti institutionem falso detorquent.

E la Chiesa Cattolica rigettò, e condannò con gran ragione, come eretici i Novaziani, i quali negavano una volta pertinacemente la potestà di rimettere. Laonde questo Santo Sinodo approvando, e ricevendo questo verissimo senso di quelle parole del Signore, condanna le false interpretazioni di coloro, i quali contro l' istituzione di questo Sacramento, falsamente rivolgono quelle parole alla potestà di predicare la parola di Dio, e di annunciare il Vangelo di Cristo.

CAPUT II.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptismi.

CÆterum hoc Sacramentum (*b*) multis rationibus a Baptismo differre dignoscitur: nam præterquam quod materia, et forma, quibus Sacramenti essentia perficitur, longissime dissidet; constat certe, Baptismi ministrum judicem esse non oportere, cum Ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus. (*c*) *Quid enim mihi*, inquit Apostolus, *de iis, qui foris sunt, judicare?* Secus est de domesticis fidei, quos Christus Dominus (*d*) lavacro Baptismi sui corporis membra semel effecit: nam hos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non jam repetito Baptismo ablui, cum id in Ecclesia Catho-

CAPO II.

Sulla differenza del Sacramento della Penitenza, e del Battesimo.

PEraltro si conosce, che questo Sacramento è differente dal Battesimo per molti riguardi; imperciocchè oltre che la materia, e la forma, con le quali si compisce l' essenza del Sacramento, di gran lunga discorda: è manifesto certamente, che non è di mestieri che il ministro del Battesimo sia giudice, mentre la Chiesa non esercita giudizio contro veruno, il quale prima non sia entrato nella stessa per la porta del Battesimo. Imperciocchè cosa appartiene a me, *(dice l' Apostolo)* il giudicar di coloro, i quali sono fuori? *La cosa è diversa circa ai domestici della fede, i quali Cristo Signore rese una volta membri del suo corpo colla lavanda del Battesimo; imperciocchè volle, che questi, se si contamineranno con*

(*a*) Euseb. Cæsar. hist. Eccl. l. 6. c. 38. Cyp. contra Novat.
(*b*) Supr. Sess. 6. de Justific. cap. 4, & infra can. 8.
(*c*) 1. Cor. in fin. c. Multi 2. qu. 1. cap. Gaudemus de divors.
(*d*) 1. Cor. c. 5. v. 10. cap. Verbum de Pœnit. Distinct. 1.

qualche delitto, non vengano già lavati con replicato battesimo, mentre questo nella Chiesa Cattolica non lice in alcuna maniera; ma che, come rei, si presentino davanti a questo tribunale, acciocchè potessero esser liberati per mezzo della sentenza dei Sacerdoti, non una sola, ma qualunque volta dei commessi peccati ricorressero penitenti allo stesso. Altro inoltre è il frutto del Battesimo, altro il frutto della Penitenza: imperciocchè per mezzo del Battesimo rivestendoci di Cristo, diveniamo affatto nuova creatura in quello, conseguendo una piena, ed intiera remission da tutti i peccati: alla qual novità però, ed integrità non possiamo arrivare per mezzo del Sacramento della Penitenza senza grandi nostri pianti, e fatiche, così esigendo la divina giustizia: di maniera che con ragione la Penitenza è stata detta dai Santi Padri un certo laborioso Battesimo. E' poi questo Sacramento della Penitenza necessario per la salute ai caduti dopo il Battesimo, come il Battesimo istesso a quelli, che non sono per anco rigenerati.

CAPO III.

Delle parti, e frutto di questo Sacramento.

Insegna inoltre il Santo Sinodo, che la forma del Sacramento della Penitenza, nella quale principalmente è collocata la virtù dello stesso, consiste in quelle parole del ministro: Ego te absolvo, &c. *alle quali in vero secondo il costume di Chiesa Santa lodevolmente si aggiungono*

lica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tanquam reos, sisti voluit: ut per sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerint, possent liberari. Alius est præterea Baptismi, alius Pœnitentiæ fructus; per Baptismum enim Christum (a) induentes, nova prorsus in illo efficimur creatura, plenam, et integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem, & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus, & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus: ut merito Pœnitentia laboriosus quidam Baptismus a sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.

CAPUT III.

De partibus, & fructibus hujus Sacramenti.

Docet præterea sancta Synodus, Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: *Ego te absolvo*, &c. quibus quidem de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adjunguntur;

(a) Galat. 3.

ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius Pœnitentis actus, (a) nempe Contritio, Confessio, & Satisfactio; qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sane vero res, & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris piis, & cum devotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiæ pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Hæc de partibus, & effectu hujus Sacramenti sancta Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui Pœnitentiæ partes incussos conscientiæ terrores, & fidem esse contendunt.

CAPUT IV.

De Contritione.

CONTRITIO, (b) quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis

certe preghiere: non appartengono però all'essenza della stessa forma, nè sono necessarie per l'amministrazione dell'istesso Sacramento. Sono poi come materia di questo Sacramento, gli atti dello stesso penitente; cioè, la Contrizione, la Confessione, e la Soddisfazione; i quali in quanto che secondo l'istituzione di Dio si ricercano nel penitente per l'integrità del Sacramento, e per la remissione intiera, e perfetta dei peccati; per questa ragione si dicono parti della Penitenza. Ma in vero la cosa, e l'effetto di questo Sacramento per quanto alla di lui virtù ed efficacia appartiene, è la riconciliazione con Dio, la quale alle volte nelle persone pie, e che con divozione ricevono questo Sacramento, suole accompagnarsi dalla pace, e tranquillità della coscienza insieme con una grande consolazione di spirito. Il Santo Sinodo insegnando queste cose intorno le parti, e l'effetto di questo Sacramento, nello stesso tempo condanna i sentimenti di coloro, i quali vogliono, che parti della penitenza sieno i terrori impressi nella coscienza, e la fede.

CAPO IV.

Intorno la Contrizione.

LA Contrizione, la quale ha il primo luogo fra i detti atti del penitente, è un dolor dell'animo, e una detestazione del peccato commesso, con proponimento di non peccare nell'avvenire. Questo moto poi della contrizione fu necessario in qualsivoglia tempo per impetrare il perdono

(a) Supra Sess. 6. de Justif. cap. 14. infra can. 4.
(b) Supra Sess. 6. de Justif. cap. 6, & 14.

dei peccati; e nell' uomo caduto dopo il Battesimo finalmente così lo dispone alla remission dei peccati, se sia congiunto colla fiducia della divina misericordia, e col desiderio di far le altre cose, le quali si ricercano per ricevere legittimamente questo Sacramento. Dichiara dunque il Santo Sinodo, che questa Contrizione non solamente contiene la cessazione dal peccato, ed il proponimento, e l' incominciamento di una nuova vita, ma anche l' odio della vecchia, conforme a quel detto: Gettate lungi da voi tutte le vostre iniquità, nelle quali siete prevaricati, e fatevi un cuor nuovo, ed uno spirito nuovo. *E certamente chi considererà quelle grida dei Santi:* A te solo ho peccato, e ho fatto male alla tua presenza: Mi sono affaticato nel mio pianto, laverò per tutte le notti il mio letto: Meditando rianderò per te tutti gli anni miei nell' amarezza dell' anima mia; *ed altri di simil fatta: facilmente comprenderà, che quelle sono derivate da un certo veemente odio della vita scorsa, e da una grande detestazione dei peccati. Insegna inoltre, che, quantunque succeda alle volte che questa contrizione per la carità diventa perfetta, e riconcilia l' uomo a Dio, prima che attualmente si riceva questo Sacramento, nonostante non si deve ascrivere la medesima riconciliazione alla stessa Contrizione, senza il desiderio del Sacramento, che s' include in quella. Quella contrizione poi imperfetta, la quale si dice* Attrizione, *poichè si concepisce o dalla considerazione della bruttezza*

motus necessarius; & in homine post Baptismum lapso ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua, conjunctus sit, quæ ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hanc Contritionem, non solum (*a*) cessationem a peccato, & vitæ novæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: (*b*) *Projicite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis: & facite vobis cor novum, & spiritum novum.* Et certe, qui illos sanctorum clamores consideraverit: (*c*) *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci:* (*d*) *Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctem lectum meum:* (*e*) *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ:* & alios hujus generis, facile intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet præterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam vero Contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex ge-

(*a*) Infra can. 5.
(*b*) Ezech. 18.
(*c*) Psal. 50. cap. Et venit de Pœnit. Distin. 1. cap. Totam de Pœnit. Distinct. 3.
(*d*) Psalm. 6. (*e*) Isaiæ 38.

chennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ; declarat, non solum non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, et Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo pœnitens adjutus, viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter (*a*) concussi Ninivitæ, ad Jonæ prædicationem plenam terroribus pœnitentiam egerunt, et misericordiam a Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod numquam Ecclesia Dei docuit, neque sensit: sed et falso docent, Contritionem esse extortam, et coactam, non liberam, et voluntariam.

del peccato, o comunemente dal timore del fuoco, e delle pene, se escluda la volontà di peccare, colla speranza del perdono, dichiara che non solamente non fa l' uomo ipocrita, e più peccatore, ma anzi che è dono di Dio, ed impulso dello Spirito Santo, non per anco inhabitante, ma solamente movente, dal quale il penitente ajutato si appiana la strada alla giustizia. E quantunque senza il Sacramento della Penitenza non possa da per se condurre il peccatore alla giustificazione, lo dispone però ad impetrare la grazia di Dio nel Sacramento della Penitenza. Imperciocchè riscossi da questo timore utilmente i Niniviti alla predicazione di Giona piena di spaventi, fecero penitenza, ed impetrarono misericordia dal Signore. Laonde falsamente alcuni calunniano gli Scrittori Cattolici, quasi che abbiano insegnato, che il Sacramento della Penitenza, conferisca la grazia, senza la buona disposizione di quei, che lo ricevono: la qual cosa non mai insegnò, nè tenne la Chiesa di Dio: ma anche falsamente insegnano, che la Contrizione sia estorta, e sforzata, non libera, e volontaria.

CAPUT V.

De Confessione.

EX (*b*) institutione Sacramenti Pœnitentiæ jam explicata universa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse a Domino integram peccatorum Confessionem, & omnibus post Ba-

CAPO V.

Della Confessione.

SEcondo la istituzione già spiegata del Sacramento della Penitenza, la Chiesa Universale sempre intese, che l' intiera Confessione pure dei peccati sia stata istituita dal Signore, e che per diritto divino sia

(*a*) Jonæ 3. Matth. 12. Lucæ 11. c. Quamobrem de Pœn. Distin. 1.
(*b*) Lucæ 5, & 17. Jac. 5. 1. Joan. 1. infra can. 6.

necessaria a tutti i caduti dopo il Battesimo, perchè il Signor nostro Gesù Cristo, essendo dalla terra per ascendere al Cielo, lasciò i Sacerdoti Vicarj di se medesimo, come presidenti, e giudici, ai quali si abbiano a palesare tutti i peccati mortali, nei quali saranno caduti i Cristiani: i quali in vigor della potestà delle chiavi proferiscano la sentenza di remissione, o ritenzione dei peccati. Imperciocchè è manifesto, che i Sacerdoti senza cognizion della causa, non avrebbero potuto esercitare questo giudizio, e nemmeno osservare la equità nell' ingiungere le pene, se solamente in genere, e non in specie più tosto, e ad uno ad uno avessero dichiarato i loro peccati allo stesso. Da queste cose si raccoglie, esser necessario, che dai penitenti si raccontino nella Confessione tutti i peccati mortali, dei quali hanno cognizione dopo una diligente disamina di se medesimi, anche se quelli fossero occultissimi, e solamente commessi contro i due ultimi precetti del Decalogo, i quali alle volte più gravemente feriscono l' anima, e sono molto più pericolosi di quelli, i quali si commettono manifestamente; imperciocchè i veniali, pei quali non siamo esclusi dalla grazia di Dio, e ne' quali con più frequenza cadiamo, quantunque rettamente, ed utilmente, e senza alcuna presunzione si dicano in confessione, come dimostra l' uso delle persone pie, possono però senza colpa tacersi, e con molti altri rimedj

ptismum lapsis jure divino necessariam existere: quia Dominus noster Jesus Christus (*a*) e terris ascensurus ad cœlos, sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tanquam præsides, & judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint; qui pro potestate Clavium remissionis, aut retentionis peccatorum, sententiam pronuntient. (*b*) Constat enim, Sacerdotes judicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse, neque æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata (*c*) declarassent. (*d*) Ex his colligitur oportere a pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in Confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint, & tantum adversus duo ultima (*e*) Decalogi præcepta commissa, quæ nonnumquam animum gravius sauciant, & periculosiora sunt iis, quæ in manifesto admittuntur: nam venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, (*f*) & in quæ frequentius labimur, quamquam recte, & utiliter, citraque omnem præsumptionem in Confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat; taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Verum, cum

(*a*) Joan. 20. Matth. 16. c. Verbum de Pœnit. Dist. 1. & c. Adhuc de Pœnit. Dist. 3.
(*b*) Hieron. exponens illud Eccl. 10. *Si mordeat serpens in silentio*.
(*c*) An tamen per litteras, seu internuncium, consule Bullam Clementis VII. *Sanctissimus* 1602. (*d*) Infra can. 6.
(*e*) Deut. 5.
(*f*) Supra Sess. 6. can. 23. cap. Adhuc & cap. de quotidianis Pœnit. Distinct. 3.

universa mortalia peccata, etiam cogitationis, (*a*) homines iræ filios & Dei inimicos reddant: necessum est, omnium etiam veniam, cum aperta, & verecunda Confessione, a Deo quærere. Itaque dum omnia, quæ memoriæ occurrunt, peccata Christi fideles confiteri student, proculdubio omnia divinæ misericordiæ agnoscenda exponunt: qui vero secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil divinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt. (*b*) Si enim erubescat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant; quod sine illis peccata ipsa neque a pœnitentibus integre exponantur, nec judicibus innotescant, & fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere. Unde alienum a ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse: aut unam tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, Confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare. Constat enim, nihil aliud in Ecclesia a pœnitentibus exigi, quam ut postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur,

espiarsi. Ma rendendo tutti i peccati mortali, anche di pensiero, gli uomini figliuoli d' ira, e nemici di Dio; è d' uopo di ricercar da Dio anche il perdono di tutti, con un' aperta, e modesta Confessione. Pertanto mentre i Cristiani studiano di confessare tutti i peccati, che loro vengono in mente, senza alcun dubbio li sottomettono tutti alla cognizione della divina misericordia; quelli poi, che fanno all' opposto, e scientemente ne ritengono alcuni, niente presentano alla divina bontà da rimettersi per mezzo del Sacerdote. Imperciocchè se l' ammalato ha rossore di scoprire la piaga al medico, la medicina non guarisce quel che non sa. Se ne deduce inoltre, che nella confessione si devono spiegare anche quelle circostanze, le quali mutano la specie del peccato, perchè senza di quelle nè i peccati stessi intieramente si espongono dai penitenti, nè si fanno noti ai giudici, nè può avvenire, che possano rettamente giudicare della gravezza dei peccati, ed imporre ai penitenti la pena, che si conviene. Ond' è lontano dalla ragione, l' insegnare, che queste circostanze siano state inventate da uomini oziosi; o che si debba soltanto confessare una sola circostanza, cioè di aver peccato contro il fratello. Ma è anche cosa empia, il dire impossibile quella confessione, che si vuol fatta in questa maniera, o il chiamarla carnificina delle coscienze. Imperciocchè è manifesto, che niente altro si ricerca dai Penitenti nella Chiesa, se non che, dopo che ognuno con molta diligenza avrà esaminato se stesso, ed avrà ricercato tutti i ripostigli, e nascon-

(*a*) Ephes. 2.

(*b*) Hieron. dicto loco.

digli della sua coscienza, confessi quei peccati, coi quali si ricorderà di aver offeso mortalmente il Signore, e Dio suo: gli altri peccati poi, i quali dopo avervi diligentemente pensato non vengono alla memoria, s' intendano compresi universalmente nella medesima confessione, pei quali diciamo fedelmente col Profeta: Mondatemi, o Signore, dai miei peccati occulti. *L' istessa poi difficoltà di tal confessione, ed il rossore di scoprire i peccati, potrebbe in vero parer grave e pesante, se non fosse allegerita da tanti, e sì grandi beni e conforti, i quali certissimamente si conferiscono per mezzo dell' assoluzione, a tutti che degnamente si accostano a questo Sacramento. Peraltro, rapporto alla maniera di confessarsi secretamente appresso il solo Sacerdote, sebbene Cristo non abbia vietato, che qualcheduno non possa confessare pubblicamente i suoi delitti in vendetta delle sue scelleraggini, e in umiliazione di se medesimo, sì per esempio degli altri, che per edificazione della Chiesa offesa: non è però questo comandato da precetto divino, nè molto prudentemente si comanderebbe da legge umana, che i delitti, specialmente secreti, si dovessero manifestare con una pubblica confessione. Onde essendo sempre stata dai santissimi, ed antichissimi Padri con grande unanime consentimento lodata la secreta Confessione sacramentale, della quale la Chiesa santa si servì fino dal principio, ed anche ora si serve; si rigetta manifestamente la vana calunnia di coloro, i quali non temono d' insegnare che quella sia lontana dal divino comando, e sia un' inven-*

quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem Confessione inclusa esse intelliguntur, pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: (a) *Ab occultis meis munda me, Domine.* Ipsa vero hujusmodi Confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia gravis quidem videri posset, nisi tot, tantisque commodis, & consolationibus levaretur, quæ omnibus, digne ad hoc Sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Cæterum, quoad modum confitendi secreto apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri possit: non est tamen hoc divino præcepto mandatum: nec satis consulto humana aliqua lege præciperetur, ut delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Unde cum a sanctissimis, (b) & antiquissimis Patribus, magno, unanimique consensu, secreta Confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta usa est, & modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, & inventum humanum esse, atque a (c) Patribus in Concilio Lateranensi congregatis, initium ha-

(a) Psal. 18. (b) Conc. Cabilon. c. 33. (c) Infra Can. 8, & 14.

buisse, docere non verentur. Neque enim per (*a*) Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christifideles confiterentur, quod jure divino necessarium, & institutum esse intellexerat; sed ut praeceptum Confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur. Unde jam in universa Ecclesia, cum ingenti animarum fidelium fructu, observatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maxime acceptabili tempore Quadragesimae; quem morem haec sancta Synodus maxime probat, & amplectitur, tanquam pium, & merito retinendum.

zione umana, ed abbia avuto principio dai Padri radunati nel Concilio Lateranense. Imperciocchè per mezzo del Concilio Lateranense la Chiesa non istabilì già, che i Cristiani si confessassero, perchè avea inteso ciò essere necessario, e per divino istituto; ma bensì che si adempisce il precetto della Confessione almeno una volta all'anno, da tutti, e cadauno, quando fossero arrivati agli anni del discernimento. Onde già nella Chiesa universale con grandissimo frutto dell'anime de' fedeli si osserva quel costume salutevole di confessarsi in quel tempo sacro, e molto accettevole di Quaresima: il qual costume questo Santo Sinodo approva grandemente, ed abbraccia, come pio, e meritamente da ritenersi.

CAPUT VI.

De ministro hujus Sacramenti, & Absolutione.

Circa ministrum autem hujus Sacramenti, declarat sancta Synodus, falsas esse, & a veritate Evangelii penitus alienas doctrinas (*b*) omnes, quae ad alios quosvis homines, praeter Episcopos, & Sacerdotes, Clavium ministerium perniciose extendunt, putantes verba illa Domini: (*c*) *Quaecumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in caelo; &: quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo; (d) & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt:* ad omnes Christi fideles indifferenter, & promiscue, (*e*) contra

CAPO VI.

Del ministro di questo Sacramento, e dell'Assoluzione.

Intorno poi al ministro di questo Sacramento, dichiara il santo Sinodo, esser false, e del tutto lontane dalla verità del Vangelo tutte le dottrine, le quali perniciosamente estendono il ministero delle chiavi ad altri, fuorchè ai Vescovi, ed ai Sacerdoti, stimando, che quelle parole del Signore: Tutto ciò che legherete sopra la terra, sarà legato anche in cielo: e tutto ciò che scioglierete sopra la terra, sarà sciolto anche in cielo: e a chi rimetterete i peccati, saranno rimessi: e a chi li riterrete, saranno ritenuti: *sieno state dette a tutti i Cristiani indifferentemente, e promiscuamente, contro la istituzione di questo Sacramento, di modo che*

(*a*) Vide infra XX. (*b*) Infra can. 10.
(*c*) Matth. 16, & 18. (*d*) Joan. 20. (*e*) Supra Sess. 7. de Sacram. can. 18.

ognuno abbia la potestà di rimettere i peccati, i pubblici per mezzo della correzione, se il corretto vi si accomoderà; i secreti poi per mezzo della spontanea confessione, fatta a chiunque. Insegna di più, che anche i Sacerdoti, i quali sono aggravati da peccato mortale, per mezzo della virtù dello Spirito Santo conferita nell' ordinazione, esercitano la funzione di rimettere i peccati, come ministri di Cristo; e che hanno una storta opinione coloro, i quali vogliono che questa potestà non sia nei cattivi Sacerdoti. Quantunque poi l' assoluzione sia una dispensa d' un beneficio altrui, non è però un solo nudo ministero o di annunciare il Vangelo, o di dichiarare che i peccati siano rimessi: ma è a guisa d' un atto giudiciale, col quale dallo stesso, non altrimenti che da un giudice si pronuncia la sentenza: e perciò non deve il penitente lusingarsi tanto della sua medesima fede, che quantunque non abbia egli alcuna contrizione, o manchi al Sacerdote l' animo di seriamente operare, e di assolvere veramente; pensi di essere per la sua sola fede veramente, e alla presenza di Dio assolto: imperciocchè nè la fede senza la penitenza produrrebbe alcuna remissione dei peccati; nè sarebbe, se non se trascuratissimo di sua propria salute, colui il quale conoscesse il Sacerdote che da burla lo assolve, e non ne ricercasse un altro con diligenza che operasse da senno.

institutionem hujus Sacramenti ita fuisse dicta, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieverit, secreta vero per spontaneam Confessionem cuicumque factam. Docet quoque etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus Sancti in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere, eosque prave sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio; tamen non est solum nudum ministerium, vel annuntiandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata; sed (*a*) ad instar actus judicialis, quo ab ipso, velut a judice sententia pronunciatur; atque ideo non debet pœnitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut etiamsi nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi, & vere absolvendi desit, putet tamen se propter suam solam fidem, vere, & coram Deo esse absolutum: nec enim fides sine pœnitentia remissionem ullam peccatorum præstaret: nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus, qui (*b*) sacerdotem jocose absolventem cognosceret, & non alium serio agentem sedulo requireret.

(*a*) c. Secundum Ecclesiæ 19. Dist. & cap. Non nocet 4. qu. 1.
(*b*) Infra can. 9.

CAPUT VII.

De casuum reservatione.

QUoniam igitur natura, & ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur; (*a*) persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam, & graviora crimina non a quibusvis, sed a (*b*) summis dumtaxat sacerdotibus, absolverentur. (*c*) Unde merito Pontifices Max. pro suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari judicio reservare. (*d*) Neque dubitandum est, quando omnia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem (*e*) Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præsertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reserva-

CAPO VII.

Della riserva dei casi.

POichè la natura, e l' indole del giudicio ricerca, che la sentenza si proferisca soltanto verso i sudditi; si è sempre tenuto nella Chiesa di Dio, e questo Sinodo conferma esser verissimo, che non deve essere di nessun peso l' assoluzione, che il Sacerdote proferisce verso quello, nel quale non ha giurisdizione ordinaria, o suddelegata. Sembrò poi ai nostri Santissimi Padri appartenere grandemente alla disciplina del popolo Cristiano, che certi più atroci, e più gravi peccati si assolvessero non da tutti, ma dai Sommi Sacerdoti solamente: onde con ragione i Pontefici massimi per la suprema potestà loro data nell' universal Chiesa, poterono riservare al particolar loro giudicio alcune cause più gravi di delitti. Nè si deve dubitare, posto che ordinate sono tutte le cose, le quali da Dio provengono, che quest' istessa cosa a edificazione però, non a distruzione, non competa a tutti i Vescovi nelle loro rispettive Diocesi, per l' autorità verso i sudditi ad essi concessa sopra gli altri inferiori Sacerdoti, specialmente, rapporto a quelle cose, alle quali è annessa la censura della scommunica. E' conforme poi alla divina autorità, che questa riserva dei delitti abbia forza non solamente nell' esterna polizia, ma an-

(*a*) c. Si Episc. de pœnit. in 6.
(*b*) Cyprian. in ep. quæ incipit, *ingemiscere*, & in epist. cujus initium, *Miror*. Origenes Hom. 10. in Gen.
(*c*) c. Si quis suadente 17. qu. 4. Ita quorumdam de Judæis, c. Conquest. de sent. excomm. cap. Quicumque eo tit. in 6. c. 2. eod. tit. in Clem. & c. Et si Dominici de pœnit. In Extrav. com. cum sim.
(*d*) Rom. 13.
(*e*) Inf. Sess. 24. c. 6. de ref.

cora alla presenza di Dio. Nonostante però molto piamente è stato sempre osservato nella Chiesa di Dio, che non vi sia riserva alcuna in punto di morte, perchè nessuno perisca per quest' istessa occasione: e perciò tutti i Sacerdoti possono assolvere qualsivoglia penitente da tutti i peccati, e dalle censure; fuori del qual punto i Sacerdoti non potendo niente nei casi riservati, si sforzino di persuadere soltanto i penitenti, che si accostino ai Superiori, e giudici legittimi pel benefizio dell' assoluzione.

tionem, consonum est divinæ auctoritati, non tantum in externa politica, sed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, (*a*) ut nulla sit reservatio in articulo mortis: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes a quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt: extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut (*b*) ad superiores, & legitimos judices pro beneficio Absolutionis accedant.

CAPO VIII.

Sulla necessità, e frutto della soddisfazione.

Finalmente in quanto alla soddisfazione, la quale fra tutte le parti della Penitenza, siccome è stata sempre raccomandata dai nostri Padri al popolo Cristiano, così specialmente in questa nuova età, con pretesto sommo di pietà, è impugnata da coloro, i quali hanno bensì l' apparenza della pietà, ma non la sostanza: il Santo Sinodo dichiara, esser del tutto falso, e lontano dalla parola di Dio, che la colpa non venga mai rimessa dal Signore, senza che si condoni anche tutta la pena: imperciocchè chiari, ed illustri esempj si

CAPUT VIII.

De satisfactionis necessitate, & fructu.

Demum quoad satisfactionem, quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quemadmodum a Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita una maxime nostra ætate, summo pietatis prætextu, impugnatur ab iis, qui speciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt: Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum, (*c*) culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam pœna condonetur: perspicua enim, & (*d*) illustria

(*a*) c. Felicis de pœnis in 6. c. Pastoralis, de Off. ord. c. Cupientes de pœnis in Cle. c. Inter cunctas §. Duos, de priv. in Extrav. commun. Cœlest. ep. 2. c. 2, & 4. Carthag. c. 76, & 11. Toletan. c. 12.

(*b*) Quos casus Superiores regularium reservare possint, vide in Decreto Clementis VIII. incip. *Sanctissimus* 26. Maj. 1593.

(*c*) Supra Sess. 6. c. 14, & can. 30. de Justificatione, infra can. 12.

(*d*) Gen. 3. 2. Reg. 12. Num. 12, & 20.

In sacris Litteris exempla repe
riuntur, quibus, præter divinam traditionem, hic error, quam manifestissime revincitur. Sane & divinæ justitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter vero, qui semel a peccatis, & dæmonis servitute liberati, & accepto Spiritus Sancti dono, scienter (a) templum Dei violare, & (b) Spiritum Sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis absque ulla satisfactione peccata didimittantur, ut, occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injurii, & (c) contumeliosi Spiritui Sancto, in graviora labamur, (d) thesaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnopere a peccato revocant, & quasi frœno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. (e) Neque vero securior ulla via in Ecclesia Dei umquam existimata fuit ad amovendam imminentem (f) a Domino pœnam, quam ut hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Jesu, (g) qui pro peccatis nostris satisfecit,

ritrovano nelle sacre lettere, coi quali oltre la divina tradizione si confuta manifestissimamente quest' errore. Certamente anche l'ordine della divina giustizia sembra di esigere, che diversamente sieno da esso ricevuti in grazia quelli, i quali peccarono innanzi il Battesimo per ignoranza: diversamente poi quelli, i quali una volta liberati dalla servitù del peccato, e del demonio, e ricevuto il dono dello Spirito Santo, non hanno avuto ribrezzo di violare scientemente il tempio di Dio, e di contristare lo Spirito Santo. Conviene anche alla divina clemenza, che non ci vengano senza alcuna soddisfazione rimessi i peccati, di modo che, presa l'occasione, stimando i peccati leggieri, quasi ingiuriosi, e contumeliosi allo Spirito Santo, non cadiamo in più gravi, accumulando sopra di noi l'ira nel giorno dell'ira. Imperciocchè queste soddisfatorie pene fuor d'ogni dubbio ritirano grandemente dal peccato, e quasi con un certo freno tengono in dovere, e rendono più cauti, e più vigilanti in avvenire i penitenti; medicano pure le reliquie dei peccati, e tolgono gli abiti viziosi contratti col viver male, colle contrarie azioni delle virtù. Nè già nella Chiesa di Dio fu mai creduta strada più sicura per rimuover la pena, che dal Signore sovrasta, quanto che gli uomini frequentino queste opere di penitenza con un vero dolore dello spirito. Si aggiugne, che mentre col soddisfare patiamo per i peccati, ci rendiamo

(a) 1. Cor. 3. (b) Ephes. 4.
(c) Hebr. 10. (d) Rom. 2.
(e) Ezech. 33. Jonæ 3. Jer. 3. 18, & 25.
(f) Is. 30. Eccl. 17. Matth. 3, 4, 11, & 18. cum. sim.
(g) Rom. 5. 1. Joan. 2. in princ.

conformi a Cristo Gesù, il quale soddisfece pei nostri peccati, dal quale deriva ogni nostra sufficienza, ritraendo anche indi una certissima caparra, che se patiamo insieme, saremo anche insieme glorificati. Nè già questa soddisfazione, la quale paghiamo pei nostri peccati, è talmente nostra, che non sia per mezzo di Cristo Gesù: imperciocchè noi, i quali da noi, come da per noi, niente possiamo, colla cooperazione di lui, il quale ci conforta, possiamo tutto. Così l'uomo non ha, di che gloriarsi, ma ogni nostra gloria è in Cristo, nel quale viviamo, nel quale meritiamo, nel quale soddisfaciamo, facendo frutti degni di penitenza, i quali ottengono forza da quello; da quello si offeriscono al Padre; e per mezzo di quello sono accettati dal Padre. Devono dunque i Sacerdoti del Signore, per quanto suggerirà lo spirito, e la prudenza, imporre salutari, e convenienti soddisfazioni, a norma della qualità dei delitti, e la facoltà dei penitenti; acciocchè, se per avventura condiscendano ai peccati, e trattino con troppa indulgenza i penitenti, ingiungendo loro certe leggerissime opere per peccati gravissimi, non si facciano partecipi dei peccati degli altri. Abbiano poi innanzi gli occhi, che la soddisfazione, che impongono, non sia solamente per custodia d'una nuova vita, e per medicamento della debolezza, ma anche per la vendetta, e castigo dei peccati passati: imperciocchè an-

ex quo (*a*) omnis nostra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quod (*b*) si compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exsolvimus, ut non sit per Christum Jesum: nam qui (*c*) ex nobis, tamquam ex nobis nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus: ita non habet homo, unde glorietur, (*d*) sed omnis gloriatio nostra in Christo est: in quo (*e*) vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus, (*f*) facientes fructus dignos pœnitentiæ: qui ex illo vim habent; ab illo offeruntur Patri; & per illum acceptantur a Patre. Debent ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere: ne si forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem: (*g*) nam Claves sacerdotibus non ad solvendum dumta-

(*a*) 2. Cor. 3. (*b*) Rom. 8. (*c*) 2. Cor. 3. Philip. 4. 1. Cor. in fin.
(*d*) 1. Cor. 12. in fin. Gal. 6. (*e*) Act. 17.
(*f*) Matth. 3, & 4. Luc. 3, 10, 17. c. Tempora cum multis seq. 26. qu. 7. c. De pœnitentibus de cons. Carthag. 3. cap. 31, & Conc. Carthag. 4. can. 71. Conc. Cabilon. c. 34, & 38. Conc. Afric. c. 9.
(*g*) Matth. 16, & Joan. 10. supr. cap. 1. in fin. & infr. can. 3, & ult. de Pœn.

xat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent; nec propterea existimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum; & sicut nemo umquam Catholicus sensit, ex hujusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, & (*a*) satisfactionis Domini nostri Jesu Christi vel obscurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Novatores intelligere nolunt, ita optimam Pœnitentiam novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim, & usum tollant.

che gli antichi Padri, e credono, ed insegnano, che le chiavi sono state concesse ai Sacerdoti non solamente per isciogliere, ma anche per legare; nè anche perciò stimarono, che il Sacramento della Penitenza fosse un foro d'ira, o di pene; e siccome nessun Cattolico mai giudicò, che per queste nostre siffatte soddisfazioni si oscuri, o in qualche parte si diminuisca la forza del merito, e della soddisfazione di Nostro Signor Gesù Cristo: lo che mentre i Novatori non vogliono intendere, così insegnano, che la nuova vita è un' ottima Penitenza, per togliere tutta la forza, ed uso della soddisfazione.

CAPUT IX.

De operibus satisfactionis.

DOcet præterea, tantam esse divinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis: sed etiam (quod maximum amoris (*b*) argumentum est) temporalibus flagellis a Deo inflictis, & a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.

CAPO IX.

Delle opere di soddisfazione.

INoltre insegna, che sì grande è la liberalità della divina munificenza, che possiamo soddisfare appresso Dio Padre per mezzo di Gesù Cristo non solamente colle pene incontrate da noi spontaneamente per la vendetta del peccato, o imposte dall' arbitrio del Sacerdote secondo la misura del delitto, ma anche (ciò ch' è un grandissimo argomento d' amore) co' flagelli temporali mandati da Dio, e da noi tollerati pazientemente.

Doctrina de Sacramento Extremæ Unctionis.

Visum est autem sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adjungere ea, quæ sequuntur de Sacramento Extremæ Unctionis: quod non modo Pœnitentiæ, sed & totius Christianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitentia esse debet,

Dottrina intorno il Sacramento dell' Estrema-Unzione.

Sembrò poi al Santo Sinodo, di aggiungere alla precedente dottrina della Penitenza, quelle cose, che seguono intorno al Sacramento dell' Estrema-Unzione, lo che è stato stimato dai Padri non solamente consumativo della Penitenza, ma anche di tutta

(*a*) Infr. can. 13. (*b*) c. Sunt plures fin. de pœn. Distin. 3.

la Cristiana vita, la quale deve essere una Penitenza perpetua. Primieramente pertanto dichiara, e insegna intorno la istituzione di quello, che il Clementissimo Redentor nostro, il quale volle in ogni tempo, che i suoi servi fossero provveduti di salutari rimedj contro tutti i dardi di tutti i nemici, siccome preparò grandissimi ajuti negli altri Sacramenti, coi quali i Cristiani possano, mentre vivono, conservarsi salvi da ogni più grave incommodo dello spirito; così munì il fine della vita col Sacramento dell' Estrema-Unzione, come di un certo fermissimo ajuto. Imperciocchè, sebbene il nostro avversario cerchi, e stia in traccia per tutta la vita d' occasioni, per potere in qualunque maniera divorar l' anime nostre: non vi è però tempo alcuno, in cui egli con più veemenza metta in pratica tutti gli sforzi della sua astuzia per rovinarci affatto, e per toglierci anche se potesse la fiducia nella divina misericordia, quanto allorchè vede soprastarci il fine della vita.

consummativum existimatum est a Patribus. Primum itaque circa illius institutionem, declarat, & docet, (a) quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis (b) adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparavit; quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita extremæ Unctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio munivit. Nam etsi (c) adversarius noster occasiones per omnem vitam quærat, & captet, ut devorare animas nostras quoquo modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus, & a fiducia etiam, (d) si possit, divinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perspicit.

CAPO I.

Dell' istituzione del Sacramento dell' Estrema-Unzione.

E' Stata poi questa sacra Unzione degl' Infermi istituita, come Sacramento veramente, e propriamente del nuovo Testamento, da Cristo Signor Nostro, insinuato appresso Marco, raccomandato poi, e promul-

CAPUT I.

De institutione Sacramenti Extremæ Unctionis.

INstituta est autem sacra hæc Unctio infirmorum, tanquam vere, & proprie Sacramentum novi Testamenti, a Christo Domino nostro, (e) apud Marcum quidem insinuatum, (f) per Jaco-

(a) Infr. can. 1. de Sacram. Extremæ Unct. (b) Ephes. 6.
(c) 1. Petr. 5. c. Nulli dubium 3. qu. 1.
(d) Gen. 3, & infr. cap. 2. in fin. (e) Marc. 6.
(f) Jacob 1. cap. Presbyteros pal. 95. Distin. cap. 1. §. 1. de sacra Unctione conc. Cabilon. cap. 18. Inn. 1. Epist. 1. cap. 8.

bum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. *Infirmatur*, inquit, *quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, dimittentur ei*. Quibus vobis, ut ex Apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit; docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum hujus salutaris Sacramenti: intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum; nam Unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis inungitur, repræsentat; formam deinde esse illa verba: *Per istam Unctionem, &c.*

CAPUT II.

De effectu hujus Sacramenti.

Res porro, & effectus hujus Sacramenti illis verbis explicatur: *Et (a) oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & (si in peccatis sit) dimittentur ei*. (b) Res etenim hæc gratia est Spiritus Sancti, cujus Unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando: qua infirmus sublevatus, & morbi in-

gato per mezzo di Giacomo Apostolo, e fratello del Signore, ai fedeli: S'inferma, dice, alcuno di voi? Introduca i Preti della Chiesa, ed orlno sopra di lui, ungendolo con l'olio nel nome del Signore; e l'orazione della fede salverà l'infermo, ed il Signore lo alleggerirà, e se, si ritroverà in peccati, gli saranno rimessi. *Colle quali parole, come la Chiesa imparò per tradizione Apostolica di mano in mano ricevuta, insegna la materia, la forma, il proprio ministro, e l'effetto di questo salutare Sacramento: imperciocchè la Chiesa intese, che la materia è l'olio benedetto dal Vescovo; avvegnachè l'Unzione rappresenta attissimamente la grazia dello Spirito Santo, colla quale invisibilmente si unge l'anima dell'ammalato: e la forma poi son quelle parole:* Per istam Unctionem, *&c.*

CAPO II.

Dell' effetto di questo Sacramento.

Inoltre il frutto, e l'effetto di questo Sacramento si spiega in quelle parole: e l'orazione della fede salverà l'infermo, ed allevierallo il Signore, e sarannogli perdonati i peccati, se ne abbia. *Imperciocchè questo frutto è la grazia dello Spirito Santo, la di cui Unzione lava i peccati, se ve ne sono per anche da espiarsi, e le reliquie de' peccati, e solleva, e fortifica l'anima dell'ammalato, risvegliando in esso una gran fiducia nella divina misericordia, dalla quale sollevato l'infermo e più leggier-*

(a) Jacob 5.
(b) Infra canon. 2. de Sacram. Extremæ Unct.

mente soffre gl' incommodi, e le molestie del male, e più facilmente resiste alle tentazioni del demonio insidiatore, e talvolta conseguisce la sanità del corpo, se quella sarà utile alla salute dell' anima.

commoda, ac labores levius fert, & tentationibus dæmonis, (*a*) calcaneo insidiantis facilius resistit, & sanitatem corporis interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitur.

CAPO III.

Del ministro di questo Sacramento, e del tempo, in cui debba darsi.

PEr quello poi che appartiene alla prescrizione di coloro, i quali devono ricevere, ed amministrare questo Sacramento, fu pure chiaramente insegnato nelle parole predette; imperciocchè e colà dimostrasi, che i proprj ministri di questo Sacramento sono i Preti della Chiesa, sotto il qual nome in quel luogo vengono a specificarsi non i vecchi di età, o i primati del popolo, ma o i Vescovi, o i Sacerdoti legittimamente ordinati dagli stessi per mezzo dell' imposizione delle mani del Presbiterio. Si dichiara ancora, che quest' Unzione si deve adoperare cogli Infermi, e con quelli poi spesialmente, i quali sono tanto pericolosamente ammalati, che sembrano posti al termine della vita: onde si chiama anche il Sacramento di quelli ch' escono. Che se gl' Infermi dopo ricevuta quest' Unzione si riaveranno, di nuovo potranno essere ajutati col soccorso di questo Sacramento, quando cadranno in altro simile pericolo di vita. Laonde per nessun conto si devono ascoltare, nè quelli, i quali insegnano contro una sentenza, così manifesta, e

CAPUT III.

De ministro hujus Sacramenti, & tempore quo dari debeat.

JAm vero, quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc Sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis traditum; nam & ostenditur illic, proprios hujus Sacramenti ministros esse Ecclesiæ Presbyteros, quo nomine, eo loco non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed (*b*) aut Episcopi, aut Sacerdotes, ab ipsis rite ordinati, (*c*) per impositionem manuum presbyterii. Declaratur etiam, esse hanc Unctionem infirmis adhibendam, illis vero præsertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur: unde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hanc unctionem convaluerint, iterum hujus Sacramenti subsidio juvari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam, & dilucidam Apostoli (*d*) Jacobi senten-

(*a*) Genes. 3. (*b*) Illud superfluum 95. dist. & infr. can ult.
(*c*) 1. Tim. 4. cap. Ecce ego. §. Presbyteri, Dist. 95. (*d*) Jacob 5.

tiam docent, hanc Unctionem, vel figmentum esse humanum, vel ritum a Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem: & qui illam jam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiva Ecclesia referenda esset: & qui dicunt, ritum & usum, quem Sancta Romana Ecclesia in hujus Sacramenti administratione observat, (a) Jacobi Apostoli sententiæ repugnare, atque ideo in alium commutandum esse: & denique, qui hanc Extremam Unctionem a fidelibus sine peccato contemni posse affirmant, hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana (b) aliarum omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda Unctione, quantum ad ea quæ hujus Sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod beatus Jacobus præscripsit. Nec vero tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus Sancti injuria esse posset.

Hæc sunt, quæ de pœnitentiæ, & Extremæ Unctionis Sacramentis hæc sancta œcumenica Synodus profitetur, & docet, atque omnibus Christi fidelibus credenda & tenenda proponit. Sequentes autem Canones inviolabiliter servandos esse tradit, & asserentes contrarium, perpetuo damnat & anathematizat.

chiara dell' Apostolo Giacomo, che quest' Unzione o sia una finzione umana, od un rito ricevuto dai Padri; che non ha nè comando di Dio, nè promessa di grazia; nè quelli, i quali asseriscono che quella sia già cessata, come se nella primitiva Chiesa fosse da riferirsi solamente alla grazia delle guarigioni; nè quelli, i quali dicono che il rito, e l'uso, osservato nella Santa Romana Chiesa nell' amministrazione di questo Sacramento, ripugna alla sentenza di Giacomo Apostolo, e che perciò si deve commutare in un altro; nè finalmente quelli, i quali affermano che quest' Estrema-Unzione possa disprezzarsi dai fedeli senza peccato; imperciocchè tutte queste cose contrastano manifestissimamente colle chiare parole di un sì grande Apostolo. E certamente la Chiesa Romana, madre, e maestra di tutte le altre, nell' amministrare quest' Unzione, in quanto alle cose, le quali perfezionano la sostanza di questo Sacramento, non osserva, se non quel che prescrisse il Beato Giacomo. Nè un disprezzo d' un tanto Sacramento potrebbe darsi senza una grande scelleraggine, ed ingiuria dello Spirito Santo istesso.

Queste sono quelle cose, le quali questo Santo Ecumenico Sinodo professa, ed insegna, e propone a tutti i Cristiani da credere, e tenere. Insegna poi, che i Canoni seguenti si devono inviolabilmente osservare, e condanna, e scomunica perpetuamente coloro, i quali asseriscono il contrario.

(a) Infr. can. 3. de Sacram. Extr. Unction.
(b) cap. Non decet. 12. Distinct. c. 2. in fin. de summ. Trinit. & c. fin. de for. compet.

Del Santissimo Sacramento della Penitenza.

CANONE I.

Se qualcheduno dirà, che la Penitenza nella Chiesa Cattolica, non è veramente, e propriamente Sacramento istituito da Cristo nostro Signore, per riconciliare allo stesso Dio i fedeli, ogni qual volta cadono nei peccati dopo il Battesimo; sia scomunicato.

CANONE II.

Se qualcheduno confondendo i Sacramenti dirà, che lo stesso Battesimo è Sacramento della Penitenza, quasi che questi due Sacramenti non siano distinti, e che perciò la Penitenza non giustamente si chiama la seconda tavola dopo il naufragio; sia scomunicato.

CANONE III.

Se qualcheduno dirà, che quelle parole del Salvatore; Ricevete lo Spirito Santo: si rimettono i peccati a quelli, a' quali li rimetterete, e sono ritenuti a quelli, a' quali li riterrete, *non si devono intendere della potestà di rimettere, e di ritenere i peccati nel Sacramento della Penitenza, come la Chiesa Cattolica sempre le intese sin dal principio: e stortamente contro l'istituzione di questo Sacramento le rivolgerà all' autorità di predicare il Vangelo; sia scomunicato.*

CANONE IV.

Se qualcheduno negherà, che per l'intiera, e perfetta remission dei peccati si ricerchino nel penitente tre atti, quasi materia del Sacramento

De Sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento.

CANON I.

Si quis dixerit, in Catholica Ecclesia (*a*) Pœnitentiam non esse vere, & proprie Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, a Christo Domino nostro institutum; anathema sit.

CANON II.

Si quis Sacramenta confundens, (*b*) ipsum Baptismum Pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint, atque ideo Pœnitentiam non recte (*c*) secundam post naufragium tabulam appellari; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, verba illa Domini Salvatoris: (*d*) *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt:* non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi, peccata in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorserit autem, contra institutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Evangelium; anathema sit.

CANON IV.

Si quis negaverit, (*e*) ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam Sacra-

(*a*) Supra cap. 1. de Pœnit. (*b*) Supra cap. 1.
(*c*) cap. Secunda post naufragium, de Pœnit. Dist. 1.
(*d*) Joan. 20. Matth. 16. supra cap. 1, & Sess. 6. de Justific. cap. 14.
(*e*) Supra cap. 3. de Pœnitent.

menti Pœnitentiæ, videlicet, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur; aut dixerit, duas tantum esse Pœnitentiæ partes, terrores scilicet incussos conscientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Evangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, (a) eam Contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis (b) recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum, & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demum illam esse dolorem coactum, & non liberum, ac voluntarium; anathema sit.

CANON VI.

Si (c) quis negaverit Confessionem Sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse jure divino: aut dixerit, modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit, & observat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inventum esse humanum; anathema sit.

della Penitenza, cioè Contrizione, Confessione, e Soddisfazione, le quali si chiamano tre parti della Penitenza: o dirà, che due solamente sono le parti della Penitenza, cioè i terrori provati dalla Coscienza, conosciuto il peccato, e la fede concepita dal Vangelo, o dall' assoluzione, colla quale qualcheduno crede che gli siano rimessi i peccati per mezzo di Cristo; sia scomunicato.

CANONE V.

Se qualcheduno dirà, che quella contrizione, la quale si acquista per mezzo dell' esame, collezione, e detestazione dei peccati, colla quale qualcheduno rifletta agli anni suoi nell' amarezza dell' anima sua, col ponderare la gravezza, la moltitudine, le deformità de' suoi peccati, la perdita dell' eterna beatitudine, e l' acquisto dell' eterna dannazione, col proponimento d' una miglior vita, non sia vero, ed utile dolore, nè che prepari alla grazia, ma faccia l' uomo ipocrita, e più peccatore; finalmente, che quella sia un dolore sforzato, e non libero, e volontario; sia scomunicato.

CANONE VI.

Se qualcheduno negherà, che la Confessione Sacramentale o sia stata istituita, o sia necessaria alla salute per gius divino: o dirà, che il modo di confessarsi secretamente al solo Sacerdote, il qual modo la Chiesa Cattolica da principio sempre osservò, ed osserva, sia lontano dall' istituzione, e dal comando di Cristo, e sia un' invenzione umana; sia scomunicato.

(a) Supra cap. 3. de Pœnitent. (b) Isai. 38. d.
(c) Supra cap. 5. de Pœnitent. Clemens 1. in epist. 1. ad Jacobum conc. Cabilon. cap. 8.

CANONE VII.

Se qualcheduno dirà, che nel Sacramento della Penitenza per la remission dei peccati non sia necessario di gius divino il confessare tutti, e ciaschedun peccato mortale, de' quali s' abbia memoria colla dovuta, e diligente meditazione, anche gli occulti, e quelli, i quali sono contro gli ultimi due precetti del Decalogo, e le circostanze, le quali mutano la specie del peccato; ma che quella confessione è solamente utile per ammaestrare, e consolare il penitente, e che una volta è stata osservata solamente per imporre una soddisfazione canonica: o dirà, che coloro, i quali procurano di confessare tutti i peccati, non vogliono lasciar niente da perdonare alla divina misericordia; o finalmente che non è lecito di confessare i peccati veniali; sia scomunicato.

CANONE VIII.

Se qualcheduno dirà, che la confessione di tutti i peccati, tal quale osserva la Chiesa, è impossibile, e che la tradizione umana si deve dalle persone pie abolire; o che a quella non sono obbligati tutti, e ciascheduno dei Cristiani dell' uno, e dell' altro sesso, a tenore della costituzione del gran Concilio Lateranese, una volta all' anno, e che per questo si debbano esortare i fedeli di Cristo, a non confessarsi nel tempo di Quaresima; sia scomunicato.

CANONE IX.

Se qualcheduno dirà, che l' Assoluzion Sacramentale del Sacerdote non sia un atto giudiziale, ma un nudo

CANON VII.

Si quis dixerit, (*a*) in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino, confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur; etiam occulta, & quæ sunt contra (*b*) duo ultima Decalogi præcepta, & circumstantias, quæ peccati speciem mutant; sed eam Confessionem tantum esse utilem ad erudiendum, & consolandum pœnitentem, & olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam; aut dixerit, eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinæ misericordiæ ignoscendum; aut demum, non licere confiteri peccata venialia; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, (*c*) esse impossibilem, & traditionem humanam, a piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, (*d*) juxta magni Concilii Lateranensis constitutionem semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, (*e*) Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum judicialem, sed nudum

(*a*) Supra c. 5. (*b*) Deut. 6.
(*c*) Supra capit. 5.
(*d*) Vide infra XX.
(*e*) Supra cap. 6. in fine.

ministerium pronunciandi, & declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat se esse absolutum: aut sacerdos non serio, sed joco absolvat: aut dixerit, non requiri Confessionem pœnitentis, ut sacerdos eum absolvere possit; anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, sacerdotes, qui in (a) peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum: (b) *Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo; & (c) quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt:* quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata; publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieverit: secreta vero per spontaneam confessionem; anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, Episcopos non habere jus (d) reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam; atque ideo casuum reservationem non prohibere, quominus sacerdos a reservatis vere absolvat; anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, totam pœnam simul cum (e) culpa remitti semper a Deo, satisfactionemque pœ-

ministero di pronunciare, e dichiarare che i peccati sono rimessi a chi si confessa, purchè solamente creda di esser assolto, o il Sacerdote assolva non seriamente, ma da burla; o dirà, che non si ricerca la Confession del penitente, perchè il Sacerdote lo possa assolvere; sia scomunicato.

CANONE X.

Se qualcheduno dirà, che i Sacerdoti, i quali si ritrovano in peccato mortale, non abbiano la potestà di legare, e di sciogliere, o che i soli Sacerdoti non siano i ministri dell' assoluzione, ma che sia detto a tutti, e ciascheduno dei Cristiani: Tutto ciò che legherete sopra la terra, sarà legato anche in cielo, e tutto ciò che sciorrete sopra la terra, sarà sciolto anche in cielo; ed i peccati sono rimessi a quelli, a' quali li rimetterete; e sono ritenuti a quelli, a' quali li riterrete: *in virtù delle quali parole ciascheduno possa assolvere i peccati: i pubblici solamente per mezzo della correzione, se il corretto vi si adatterà, i secreti poi per mezzo della spontanea confessione; sia scomunicato.*

CANONE XI.

Se qualcheduno dirà, che i Vescovi non hanno il gius di riservarsi i casi, se non per rapporto alla esterna polizia; e che perciò la riserva dei casi non impedisce, che il Sacerdote assolva veramente dai riservati; sia scomunicato.

CANONE XII.

Se qualcheduno dirà, che tutta la pena insieme colla colpa viene sempre rimessa da Dio, e che la sod-

(a) Supra cap. 1, & cap. 6. de Pœnit.
(b) Matth. 16, & 18. (c) Joan. 20.
(d) Sup. cap. 7. c. Si Episc. de pœn. in 6. c. De cat. & c. De Monial. de Sent. excom. sim. (e) Sup. c. 8. de pœn.

disfazione de' penitenti non è altro, che la fede, colla quale apprendono, che Cristo soddisfece per loro; sia scomunicato.

CANONE XIII.

Se qualcheduno dirà, che pei peccati in rapporto alla pena temporale, non si soddisfaccia a Dio pei meriti di Cristo colle pene da esso mandate, e pazientemente tolerate, o ingiunte dal Sacerdote, ma neppure spontaneamente incontrate, come coi digiuni, coll' orazioni, limosine, od altre opere ancora di pietà, e che perciò l' ottima penitenza sia solamente una nuova vita; sia scomunicato.

CANONE XIV.

Se qualcheduno dirà, che le soddisfazioni, colle quali i penitenti redimono i peccati per mezzo di Cristo Gesù, non sono culto di Dio, ma tradizioni degli uomini, che oscurano la dottrina intorno la grazia, ed il vero culto di Dio, e lo stesso benefizio della morte di Cristo; sia scomunicato.

CANONE XV.

Se qualcheduno dirà, che le chiavi della Chiesa siano state date solamente per isciogliere, non anche per legare: e che perciò i Sacerdoti, mentre impongono le pene a quei che si confessano, operano contro il fine delle chiavi, e contro l' istituzione di Cristo, e che sia una finzione, che tolta in virtù delle chiavi la pena eterna, rimanga per lo più da pagarsi la pena temporale; sia scomunicato.

nitentium non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse; anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, pro (*a*) peccatis, quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel a sacerdote injunctis, sed neque sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam; anathema sit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, (*b*) satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Jesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes; anathema sit.

CANON XV.

Si quis dixerit, Claves Ecclesiæ esse (*c*) datas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum; & propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clavium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute Clavium, sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exsolvenda remaneat; anathema sit.

(*a*) Sup. c. 8, & 9.
(*b*) Supra cap. 8.
(*c*) Sup. cap. 1, & cap. 8. in fin. de Pœnit.

De Sacramento Extremæ Unctionis.

CANON I.

Si quis dixerit, Extremam Unctionem non esse vere, & proprie Sacramentum a (*a*) Christo Domino nostro institutum, & a (*b*) beato Jacobo Apostolo promulgatum; sed ritum tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, sacram infirmorum (*c*) Unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos; sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, (*d*) Extremæ Unctionis ritum, & usum, quem observat Sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ (*e*) beati Jacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque a Christianis absque peccato contemni; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (*f*) Presbyteros Ecclesiæ, quos beatus Jacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quavis communitate; ob idque proprium Extremæ Unctionis ministrum non esse solum Sacerdotem; anathema sit.

Del Sacramento dell' Estrema Unzione.

CANONE I.

Se qualcheduno dirà, che l' Estrema-Unzione non sia veramente, e propriamente Sacramento istituito da Cristo Signor nostro, e promulgato dal Beato Giacomo Apostolo, ma solamente un rito ricevuto dai Padri, od una invenzione umana; sia scomunicato.

CANONE II.

Se qualcheduno dirà, che la Sacra Unzione degl' Infermi non conferisca la grazia, nè rimetta i peccati, nè alleggerisca gl' Infermi; ma che sia di già cessata, come se una volta sia stata solamente grazia di guarigioni; sia scomunicato.

CANONE III.

Se qualcheduno dirà, che il rito, e l' uso dell' Estrema Unzione, che osserva la Santa Romana Chiesa, ripugni alla sentenza del Beato Giacomo Apostolo; e che perciò si debba mutare, e che si possa trascurar dai Cristiani senza peccato; sia scomunicato.

CANONE IV.

Se qualcheduno dirà, che i Preti della Chiesa, i quali il Beato Giacomo esorta che s' abbiano a condurre ad unger l' infermo, non siano i Sacerdoti ordinati dal Vescovo, ma i più vecchi d' età in qualsivoglia comunità, e che il proprio ministro dell' Estrema-Unzione non sia il solo Sacerdote; sia scomunicato.

(*a*) Supr. de hoc Sacramento in princ. & cap. 1.
(*b*) Marc. 6. Jacob. 5.
(*c*) Sup. cap. 2. de hoc Sacramento.
(*d*) Supr. cap. ult. conc. Cabilon. cap. 48.
(*e*) Jacob. 5.
(*f*) d. cap. ult. Jac. 5.

Decreto sulla riforma.

PROEMIO.

È uffizio del Vescovo l'avvertire del proprio dovere i sudditi specialmente destinati alla cura d'anime.

ESsendo propriamente dovere dei Vescovi, di riprendere i vizj di tutti i sudditi, con particolar premura dovranno essi procurare, che i cherici, specialmente posti alla cura dell'anime, non siano viziosi, e che non conducano una vita disonesta per connivenza loro; imperciocchè se permettono che quelli siano di malvagi, e corrotti costumi, in qual maniera riprenderanno i laici de' loro vizj, quando potrebbero esser da essi convinti, con questo solo discorso, che permettono che i chierici siano peggiori di loro stessi? con qual franchezza pure potranno i Sacerdoti riprendere i laici; quando essi tacitamente ponno loro rispondere, di aver eglino commesso le medesime cose, le quali riprendono? Perciò i Vescovi avviseranno i cherici loro, in qualunque ordine essi siano, che presiedano al popolo di Dio loro commesso, colla conversazione, col discorso, e colla scienza, memori di ciò, che sta scritto: Siate Santi, perchè anch'io son Santo. *E secondo la voce dell'Apostolo:* Non offendano alcuno, acciocchè non si biasimi il loro ministerio: *ma in tutte le cose esibiscano se stessi, come ministri di Dio, perchè non si adempia in essi quel detto del Profeta:* I Sacerdoti di Dio contaminano

Decretum de Reformatione.

PROŒMIUM.

Episcoporum munus est, subditos præsertim ad animarum curam constitutos, admonere officii sui.

CUm proprie Episcoporum munus sit, (*a*) subditorum omnium vitia redarguere; hoc illis præcipue cavendum erit, ne Clerici, præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, neve inhonestam vitam, ipsis conniventibus, ducant; nam si eos pravis, & corruptis moribus esse permittant, quo pacto laicos de ipsorum vitiis (*b*) redarguent, qui uno ab eis sermone convinci possent, quod Clericos ipsis patiantur esse deteriores? qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes, (*c*) cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse, quæ corripiunt? Monebunt propterea Episcopi suos Clericos, (*d*) in quocumque ordine fuerint, ut conversatione, sermone, & scientia commisso sibi Dei populo præeant; memores ejus, quod scriptum est: (*e*) *Sancti estote, quia & ego Sanctus sum.* Et juxta Apostoli vocem: (*f*) *Nemini dent ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium eorum:* sed in omnibus exhibeant se sicut ministros Dei; ne illud Prophetæ dictum impleatur in eis: (*g*) *Sacerdotes Dei contaminant sancta, & reprobant*

(*a*) Sic præfatus fere Concil. 9. Toletan. Supr. Sess. 6. de reform. cap. 3.
(*b*) 1. Cor. 9. c. Quid autem 8. qu. 1. (*c*) cap. ult. 25. Dist. 1. Una tantum 26. Distinct. cap. Sicut ii §. Necesse pal. 47. Dist. c. In Sacerdotibus 61. Dist. & cap. Proposuisti 82. Distin. Levit. 11. 1. Petr. 1. (*d*) Sess. 22. cap. 1. de reform.
(*e*) Lev. 19. (*f*) 2. Cor. in princ. (*g*) Ezech. 22. Soph. 2.

legem. Ut autem ipsi Episcopi id liberius exequi, ac quoquam prætextu desuper impediri nequeant: eadem sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legato, & Nunciis, hos, qui sequuntur, Canones statuendos, & decernendos duxit.

le cose sante, e riprovano la legge. *Perchè poi gli stessi Vescovi possano eseguire ciò più liberamente, nè possano per qualsivoglia pretesto esserne impediti; il medesimo Sacrosanto, Ecumenico, e General Concilio di Trento, essendo in quello presidenti i medesimi Legato, e Nunzj della Sede Apostolica, stimò bene di stabilire, ed ordinare questi Canoni, che seguono.*

CAPUT I.

Si probibiti ascendere ad Ordines, ascendant, aut si interdicti, vel suspensi, puniantur.

CUm honestius, ac tutius sit subjecto, debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum Præpositorum scandalo, graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros Ordines a suo Prælato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus: aut qui a suis Ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates, sive honores, restitutio suffragetur.

CAPO I.

Se vengono promossi agli ordini quelli cui è vietata la promozione; o se sono interdetti, o sospesi, siano puniti.

ESsendo cosa più onesta e sicura per un suddito l'esercitare un ministero inferiore, prestando la dovuta obbedienza ai Prelati, di quello che con scandalo de' superiori, aspirare alla dignità di gradi più sublimi; nè licenza alcuna da farsi promuovere, concessa contro la volontà dello stesso Prelato, nè la restituzione ai primi ordini, gradi, e dignità, o sia onori giovi punto a colui, al quale sia stato interdetto l'avanzamento agli Ordini sacri dal proprio Prelato per qualsivoglia cagione, eziandio per delitto occulto, in qualunque modo, anche estragiudicialmente, o a colui, il quale sarà stato sospeso da' suoi gradi, ordini, o sia dignità ecclesiastiche.

CAPUT II.

Si Episcopus quoscumque Ordines contulerit sibi non subdito, etiam familiari, sine expresso proprii Prælati consensu, uterque decreta pœna subjaceat.

ET quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero

CAPO II.

Se un Vescovo conferirà qualsivoglia Ordine ad uno non suddito suo, anche famigliare, senza l'espressa licenza del proprio Vescovo, l'uno, e l'altro soggiaccia alle pene già stabilite.

E poichè alcuni Vescovi di Chiese, le quali si ritrovano nelle parti degli Infedeli, privi di clero, e di

popolo Cristiano, mentre sono quasi vagabondi, e non hanno stabile permanenza, e cercano non le cose, che sono di Gesù Cristo, ma le altrui pecore senza saputa del proprio pastore, vedendo, che per mezzo di questo Santo Sinodo resta loro vietato di esercitare gli officj Pontificali nella Diocesi altrui, se non di espressa licenza dell' Ordinario del luogo, e sopra le persone soggette soltanto al medesimo Ordinario, in frode, e disprezzo della Legge, colla loro temerità si eleggono in luogo di nessuna Diocesi una quasi Vescovile Cattedra, e presumono di conferire il carattere clericale, e promuovere anche ai sacri Ordini del Presbiterato tutti quelli, che si presentano loro, anche se non abbiano le lettere commendatizie dei loro Vescovi, o Prelati: dal che per lo più nasce, che ordinati i meno capaci, e rozzi, ed ignoranti, e quelli, i quali sono stati rigettati dal loro Vescovo come inabili, e indegni, non vagliano ad esercitare i divini Offizj, nè amministrare rettamente i Sacramenti Ecclesiastici: nessuno dei Vescovi, i quali si chiamano titolari, quantunque risiedano, o dimorino in luogo di nessuna Diocesi, anche esente od in qualche monastero di qualsivoglia ordine per qualunque privilegio pro tempore *concessogli di promuovere tutti quei, che a lui vengono, possa promuovere, ed ordinare ad alcun sacro, o minor Ordine, anche alla prima Tonsura il suddito d' un altro, anche col pretesto della continua familiarità, e della medesima mensa, senza l' espresso consenso, o senza le lette-*

carentes, & populo Christiano; cum fere vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, (*a*) sed alienas Oves, inscio proprio Pastore, quærentes, dum per hanc sanctam Synodum se Pontificalia officia in alterius diœcesi, nisi de loci Ordinarii expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantum exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quasi Episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt, & quoscumque ad se venientes, etiamsi suorum Episcoporum, seu Prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali caractere insignire, & ad sacros etiam presbyteratus Ordines promovere præsumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui a suo Episcopo tamquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina Officia peragere, nec ecclesiastica Sacramenta recte valeant ministrare: Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiam si in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis Ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ, commensalitatis suæ, absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut litteris (*b*) dimissoriis ad aliquos sacros,

(*a*) Infra cap. 8. Supra Sess. 6. cap. 5. de reform.

(*b*) Supra Sess. 6. cap. 5. de reform. & infr. Sess. 23. cap. 3, 8, & 10. de ref. conc. Nic. 1. c. 15. conc. Aurelianen. 3. c. 13. conc. 6. Moguncìens. cap. 14. c. 1. 21. qu. 2. cap. 2. cum seqq. de temp. Ordin. in 6.

aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promovere seu ordinare valeat. Contrafaciens, ab exercitio Pontificalium per annum: taliter vero promoti ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi.

re dimissorie del suo proprio Prelato. Chi fa altrimenti, sia sospeso per un anno dall' esercizio dei Pontificali: e quelli, che sono in tal maniera promossi, siano pel diritto istesso sospesi dall' esecuzione degli Ordini così ricevuti finattantochè parrà al loro Prelato.

CAPUT III.

Episcopus suos Clericos ab alio male promotos non admittat ad officia celebranda, nisi prævio examine.

EPiscopus quoscumque (*a*) suos Clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine, & commendatitiis litteris, quacumque auctoritate promotos, licet tanquam habiles ab eo, a quo ordinati sunt, probatos, quos tamen ad divina officia celebranda, seu ecclesiastica Sacramenta ministranda minus idoneos, & capaces repererit; a susceptorum Ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, suspendere, & illis, ne in altari, aut aliquo Ordine ministrent, interdicere possit.

CAPO III.

Il Vescovo possa sospendere dall' esercizio degli Ordini ricevuti i cherici suoi malamente promossi da un altro, se li ritroverà meno capaci.

IL Vescovo possa pel tempo, che gli parrà, sospendere dall' esercizio degli Ordini ricevuti, e possa proibire di servire all' altare, o in qualche Ordine ai suoi cherici, specialmente costituiti negli ordini sacri, senza suo precedente esame, e lettere commendatizie, per qualunque autorità promossi, quantunque come capaci sieno stati approvati da quello, dal quale sono stati ordinati, quand' esso però li abbia ritrovati meno abili e idonei per la celebrazione de' divini uffizj; o per l' amministrazione degli Ecclesiastici Sacramenti.

CAPUT IV.

Nullus Clericus eximatur a correctione Episcopi, etiam extra visitationem.

OMnes (*b*) Ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendos subditorum excessus diligenter in-

CAPO IV.

Nessun cherico si esima dalla correzione del Vescovo, anche fuori di visita.

TUtti i Prelati delle Chiese, i quali devono con ogni diligenza attendere a correggere gli eccessi dei

(*a*) Sup. cap. prox. & infra Sess. 24. de reform. cap. 8.

(*b*) Supra cap. 1. & Sess. 6. de refor. cap. 3. c. Irrefragabil. in princ. de Offic. Ord.

sudditi, e dai quali nessun cherico per gli statuti di questo Santo Sinodo col pretesto di qualsivoglia privilegio, si giudica libero, e sicuro dal poter essere visitato, punito, e corretto secondo i Decreti canonici; se risiederanno nelle loro Chiese abbiano là facoltà, come a ciò delegati della Sede Apostolica di correggere, e gastigare tutti i cherici secolari, in qualsivoglia maniera esenti, i quali per altro fossero soggetti alla loro giurisdizione, dei loro ecessi, mancamenti e delitti, quante volte, e quando occorrerà, anche fuori di visita, non giovando per nulla agli stessi cherici, e loro consanguinei, cappellani, famigliari, procuratori, ed altri a contemplazione e riguardo degli stessi esenti, non giovando, per nulla le esenzioni di qualunque sorta, dichiarazioni, consuetudini, sentenze, giuramenti, concordati, i quali obblighino solamente i loro autori.

tendere debent, & a quibus nullus Clericus per hujus Sanctæ Synodi statuta, cujusvis privilegii prætextu, tutus censetur, quo minus juxta Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit, si in Ecclesiis suis resederint, quoscumque sæculares Clericos, qualitercumque exemptos, qui suæ jurisdictioni alias subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tamquam ad hoc Apostolicæ Sedis delegati, corrigendi, & castigandi (a) facultatem habeant: quibuscumque exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent auctores, ipsis Clericis, ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuslibet, ipsorum exemptorum contemplatione, & intuitu minime suffragantibus.

CAPO V.

La giurisdizione dei Conservatori è ristretta da certi confini.

INoltre essendovi alcuni, i quali sotto il pretesto, che diverse ingiurie e molestie vengono loro recate sopra i beni, e le cose, e diritti loro, ottengono, che per mezzo di lettere conservatorie, sieno deputati alcuni dati giudici, i quali li proteggano, e difendano da simili molestie ed ingiurie, e quasi per forza mantengano, e conservino nel possesso dei beni, cose, e diritti loro, nè permet-

CAPUT V.

Conservatorum jurisdictio certis finibus concluditur.

INsuper, cum nonnulli, qui sub prætextu quod super bonis, et rebus, ac juribus suis diversæ eis injuriæ, ac molestiæ inferantur, (b) certos judices per litteras Conservatorias deputari obtinent, qui illos a molestiis, et injuriis hujusmodi tueantur, ac defendant, et in possessione, seu quasi bonorum, rerum, ac jurium suorum manuteneant, et conser-

(a) Sup. Sess. 6. c. 4. de ref. & infra Sess. 24. de refor. c. 5.
(b) c. 1, & c. ult. de Offic. deleg.

vent, neque super illis eos molestari permittant: ejusmodi litteras in plerisque contra concedentis mentem in reprobum sensum detorqueant: idcirco nemini omnino, cujuscumque dignitatis, et conditionis sit, etiam si Capitulum fuerit (a) Conservatoriæ litteræ, cum quibuscumque clausulis, aut decretis, quorumcumque judicum deputatione, quocumque etiam alio prætextu, aut colore concessæ, suffragentur ad hoc, ut coram suo Episcopo, sive alio Superiore ordinario, in criminalibus, et mixtis causis accusari, et conveniri, ac contra eum inquiri, et procedi non possit: aut quominus, si qua jura ei ex cessione competierint, super illis libere valeat apud judicem ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conservatores judices in judicium trahere minime liceat. Quod si in his causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo Conservator ab actore suspectus esse dicatur; aut si qua inter ipsos judices, Conservatorem, et Ordinarium, controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos super suspicione, aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum. Familiaribus vero ejus, qui hujusmodi litteris conservatoriis tueri se solent, nihil illæ prosint, præterquam duobus dumtaxat; si tamen illi propriis ejus sumptibus

tano che sopra quelli vengano essi molestati, interpretano in molte cose in senso reprobo simili lettere contro la mente di chi le concede; perciò a niuno affatto, di qualsivoglia dignità, e condizione, anche se fosse il capitolo, le Lettere conservatorie concesse con qualsivoglia clausula, o decreto, deputazione di giudici di qualunque genere, o sotto anche qualsisia altro pretesto, o colore, giovino punto per l'effetto, che non possa davanti al suo Vescovo, od altro superiore ordinario essere accusato e convenuto nelle cause criminali e miste, e non si possa contro esso inquisire, e procedere; o che, se per cessione gli competano alcuni diritti, non possa essere sopra quelli liberamente convenuto appresso il giudice ordinario. Anche nelle cause civili, se esso ne sarà l'attore, non gli sia lecito di condurre alcuno in giudicio appresso i suoi giudici conservatori. Che se in quelle cause, nelle quali esso sia il reo, accaderà che dall'attore si dica esser sospetto il conservatore scielto da lui; o se qualche controversia sarà nata fra gli stessi Giudici, Conservatore ed Ordinario sopra la competenza della giurisdizione; non si proceda nella causa, finattantochè per mezzo d'arbitri giuridicamente eletti non sia stato giudicato sopra il sospetto, o la competenza della giurisdizione. Ai di lui familiari, i quali sogliono difendersi con tali lettere conservatorie, non giovino quelle punto, fuorchè a due solamente; se però essi siano vissuti colle di lui proprie spese. Nessuno anche possa godere del beneficio di simili lettere dopo cinque anni. Non sia

(a) Paulus V. Const. *Religiosorum* 1607. Religiosos coram Superioribus, vel Conservatoribus conveniendos esse declarat.

lecito pure ai giudici conservatori di tenere alzato alcun tribunale. Nelle cause poi delle mercedi, o di persone miserabili, resti nella sua forza sopra questo il decreto di questo Santo Sinodo. Le università poi generali, e collegi dei Dottori, o degli scolari, e i luoghi regolari, come pure gli spedali, che attualmente osservano l' ospitalità, e le persone delle Università dei Collegi dei luoghi, e degli spedali siffatti non siano comprese nel presente Canone; ma siano, e s' intendano essere affatto esenti.

CAPO VI.

Si stabilisce la pena contro que' cherici, i quali o costituiti in Sacris, o possedendo benefizj, non usano abito conveniente al loro Ordine.

MA perchè, sebbene l' abito non fa il monaco, bisogna però che i cherici portino sempre le vesti convenienti al proprio Ordine, acciocchè per mezzo della decenza dell' esterior abito, mostrino l' onestà intrinseca dei costumi; ed oggigiorno è tanto incallita la temerità d' alcuni, e il disprezzo della religione che poco stimando la propria dignità, e l' onor chericale, portano anche pubblicamente vesti laicali, mettendo i piedi in diverse cose, uno nelle divine, l' altro nelle carnali; perciò tutte le persone ecclesiastiche, quanto si vo-

vixerint. Nemo etiam similium litterarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque Conservatoribus judicibus ullum habere tribunal erectum. In causis vero mercedum, aut miserabilium personarum, hujus Sanctæ Synodi super (a) hoc decretum in suo robore permaneat. Universitates autem generales, ac Collegia Doctorum, seu scholarium, et regularia loca, necnon hospitalia, actu hospitalitatem servantia, ac Universitatum, Collegiorum, locorum, et hospitalium hujusmodi personæ in præsenti Canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, et esse intelligantur.

CAPUT VI.

Pœna decernitur in Clericos, qui in Sacris constituti, aut beneficia possidentes, decenti sui Ordinis veste non utuntur.

QUia vero, (b) etsi habitus non facit monachum, oportet tamen Clericos (c) vestes proprio congruentes Ordini semper deferre: ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant; tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas religionisque contemptus, ut propriam dignitatem, & honorem clericalem parvi pendentes, (d) vestes etiam deferant publice laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus; propterea omnes ecclesia-

(a) Supra Sess. 7. cap. 14. de ref. (b) c. Porrectum, & cap. Ex parte de regul.
(c) Conc. 1. Matisconens. cap. 5. cap. ult. 41. Dist. Vide constit. Sixti V. *Cum Sacrosanctam*, *&* *pastoralis* 1589.
(d) 24. qu. per totam conc. Constantien. ult. Sess. 43. de vit. & hon. cler.

sticæ personæ, quamtumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint, si, postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum, moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum ordini & dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, et proventibus ipsorum beneficiorum, nec non, si semel correpti denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujusmodi coerceri possint, & debeant, secundum Constitutionem Clementis Quinti in Concilio Viennensi editam, (a) quæ incipit: *Quoniam innovando & ampliando*.

glia esenti, le quali o saranno negli Ordini sacri, od averanno ottenuto dignità, personati, offizj, o benefizj ecclesiastici di qualsisia genere, che saranno stati avvisati dal loro Vescovo anche per mezzo d'un pubblico editto, non porteranno un onesto abito chericale confacente al loro ordine, e dignità, e secondo l'ordinazione, ed il comando dello stesso Vescovo, possano, e debbano esser puniti per mezzo della sospensione dagli Ordini, e dall'uffizio, e benefizio, e dai frutti, rendite, e proventi degli stessi benefizj, ed anche se corretti una volta di nuovo in ciò peccheranno, per mezzo della privazione di tali uffizj, e benefizj, secondo la Costituzione di Clemente V. pubblicata nel Concilio di Vienna; la quale incomincia: Quoniam innovando, & ampliando.

CAPUT VII.

Voluntarii homicidæ numquam, casuale quomodo ordinandi.

CUm etiam, qui (b) per industriam occidere proximum suum, & per insidias, ab altari avelli debeat; qui sua voluntate (c) homicidium perpetraverit, (d) etiam si crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ra-

CAPO VII.

Chi a bella posta e con piena avvertenza avrà ucciso un uomo, non mai si dovrà ordinare; chi per accidente, o per necessaria difesa di se stesso, in qual maniera si dovrà ordinare.

DOvendo anche distaccar dall'altare, chi industriosamente, e insidiosamente avrà ucciso un suo prossimo; quegli, il quale di sua volontà avrà commesso un omicidio quantunque il delitto non sia stato nè provato giudiziariamente, nè in al-

(a) Vid. inf. 21.
(b) Exodi 21. cap. 1. de homic.
(c) Extendit illud ad abortum procurantes Bulla Sixti V. *Effrenatam* 1588. quam ad fœtum animatum restrinxit Gregorius XIV. per Bullam *Sedes Apostolica* 1591.
(d) Cap. Inquisitionis de accus. & capit. Cum non ab homine de judic.

tun modo pubblico, ma occulto, non possa in nessun tempo esser promosso negli Ordini sacri, nè sia lecito di conferirgli alcun benefizio ecclesiastico, anche se non avesse cura di anime, ma sia privo in perpetuo di qualunque ordine, e benefizio, ed offizio ecclesiastico: se poi si dicesse, che l' omicidio fu commesso non a posta, ma a caso, o nel rispinger la forza colla forza, per difendersi dalla morte, per lo che in certa maniera con ragione si debba la dispensa pel ministero degli Ordini sacri, e dell' altare, e per qualunque benefizio, e dignità, si commetta all' Ordinario del luogo, o essendovi causa al Metropolitano, od al Vescovo più vicino, il quale non possa dispensare altrimenti se non conosciuta la causa, ed approvate le preghiere, e le cose narrate.

tione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros Ordines promoveri possit: nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferri liceat, sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo careat: si vero homicidium non ex proposito, sed (*a*) casu, vel vim repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur: quam ob causam etiam ad sacrorum Ordinum, & altaris ministerium; & beneficia quæcumque, ac dignitates, jure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci Ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui nonnisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, dispensare possit.

CAPO VIII.

Non sia lecito, nemmeno a chi avesse privilegio, di gastigare Cherici soggetti ad altro Vescovo.

INoltre, perchè taluni, fra i quali vi sono ancora de' veri Pastori, ed hanno le proprie pecore, cercano di presiedere anche alle pecore altrui, e in tal maniera alle volte attendono ai sudditi degli altri, che trascurano la cura dei suoi; niuno anche di Vescovile dignità adorno, il quale abbia avuto il privilegio di punire gli altrui sudditi, possa procedere contro i chierici, che non gli sono sudditi, specialmente costituiti negli

CAPUT VIII.

Nulli alienos Clericos ex privilegio punire liceat.

PRæterea, (*b*) quia nonnulli, quorum etiam aliqui veri sunt Pastores, ac proprias oves habent, alienis etiam ovibus præesse quærunt, & ita alienis subditis quandoque intendunt, ut suorum curam negligant: quicumque, etiam Episcopali præditus dignitate, qui alienos subditos puniendi privilegium habuerit, contra Clericos (*c*) sibi non subditos, præsertim in sacris constitutos, quorumcum-

(*a*) c. Studeat 30. Dist. & c. significasti de homicid.
(*b*) Supra c. 2. & Sess. 6. c. ult. de refor.
(*c*) Conc. Moguntien. sub Arnulpho Imperat. c. 14, & 15.

que etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprii ipsorum Clericorum Episcopi, si apud ecclesiam resederit, aut personæ ab ipso Episcopo deputandæ interventu nequaquam procedere debeat: alias processus, & inde secuta quæcumque viribus omnino careant.

Ordini sacri, anche rei de' più atroci delitti, se non coll' intervento del Vescovo degli stessi cherici, se risiederà appresso la Chiesa, o di persona da deputarsi dallo stesso Vescovo: altrimenti il processo, e le conseguenze tutte del processo sieno affatto prive di forza.

CAPUT IX.

Beneficia unius diœcesis nullo prætextu uniantur beneficiis alterius.

ET quia jure optimo (*a*) distinctæ fuerunt Diœceses, & Parochiæ, ac unicuique gregi proprii attributi Pastores, et inferiorum ecclesiarum Rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant; ut ordo ecclesiasticus non confundatur, aut una, et eadem ecclesia duarum quodammodo diœcesum fiat, non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint: beneficia unius diœcesis, etiam si parochiales Ecclesiæ, vicariæ perpetuæ, aut simplicia beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio perpetuo (*b*) non uniantur, decretum hujus Sanctæ Synodi super hujusmodi unionibus in hoc declarando.

CAPO IX.

I benefizj d' una Diocesi non s' uniscano ai benefizj d' una altra Diocesi.

E Perchè con tutta ragione sono state distinte le Diocesi, e le Parrocchie, ed assegnati a ciaschedun gregge i proprj Pastori, ed i Rettori delle Chiese inferiori, i quali abbiano la cura ciascheduno delle sue pecore; perchè non si confonda l' ordine ecclesiastico, o una stessissima Chiesa non divenga in certa maniera Chiesa di due Diocesi, non senza grave incomodo di quelli, i quali siano a quella soggetti; i benefizj d' una Diocesi, anche se fossero Chiese Parrocchiali, Vicarie perpetue, o benefizj semplici, o prestimonj, o porzioni prestimoniali anche per ragione di accrescere il culto divino, od il numero dei beneficiati, o per qualunque altra causa, non si uniscano al benefizio d' un altra Diocesi, o a Monastero, o Collegio, o luogo anche pio perpetuo: dichiarando in ciò il decreto di questo Santo Sinodo sopra simili unioni.

(*a*) A Dionysio Papa in Can. Ecclesias, 13. qu. 1. can. Pastoral. de his, quæ fiunt a Præl. conc. I. Constantinop. c. 2. infr. Sess. 24. de ref. c. 13. in fin. & c. 17.
(*b*) Supr. Sess. 7. c. 6, & 7, & infr. Sess. 24. de ref. c. 13, & 15.

CAPO X.

I Benefizj regolari si conferiscano a Regolari.

I Benefizj Regolari soliti a darsi in titolo ai Regolari professi, quando avverrà che vachino per morte, o rinuncia, o per altre cause di chi gli ottiene in titolo, si conferiscano solamente ai Religiosi di quell' ordine, o a quelli, i quali siano tenuti del tutto a vestire d'abito, e far la professione, e non ad altri, perchè non vestano una veste intessuta di lino, e di lana.

CAPO XI.

I Regolari dall' uno all' altro ordine trasferiti rimangano nel chiostro sotto l' obbedienza, e sieno incapaci di benefizj secolari.

PErchè poi i Regolari trasferiti dall' uno all' altro Ordine, sogliono facilmente ottenere la licenza dal loro superiore di stare fuori del monastero: dal che si porge occasione di andar vagando, e di apostatare; nessun Prelato, o Superiore di qualsivoglia facoltà possa ammetter alcuno all' abito, e alla professione; se non resti in perpetuo nel chiostro nell' Ordine stesso, al quale viene trasferito, sotto l' obbedienza del suo superiore; e chi è trasferito in questa guisa, anche se fosse dell' Ordine de'

CAPUT X.

Regularia beneficia Regularibus, conferantur.

REgularia (*a*) beneficia, in titulum Regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religiosis tantum illius ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, et professionem emittere teneantur, et non aliis, ne (*b*) vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.

CAPUT XI.

Translati ad alium ordinem in claustro sub obedientia maneant, & beneficiorum sacularium incapaces existant.

QUia vero Regulares, (*c*) de uno ad alium ordinem translati, facile a suo Superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, et apostatandi occasio tribuitur: (*d*) nemo, cujuscumque ordinis Prælatus, vel Superior vigore cujusvis facultatis, aliquem ad habitum, et professionem admittere possit, nisi ut in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui Superioris obedientia in claustro perpetuo maneat; ac taliter

(*a*) c. Cum de beneficio de præb. in 6, & infr. Sess. ult. cap. 31. circa med. de reg. & mod.

(*b*) Deut. 22. cap. Cum causam de elect. & cap. quidam de apost. cap. In nova 16. quæst. 7.

(*c*) Additio ad cap. 77. Concilii Agathensis.

(*d*) Indulta, & privilegia huic cap. adversantia antiq. Sanct. Pius V. Constitution. *Quæcumque* 1569.

translatus, etiamsi Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata, omnino incapax existat.

Canonici Regolari, resti del tutto incapace di benefizj secolari, anche curati.

CAPUT XII.

Nemo nisi ex fundatione, vel dotatione, jus patronatus obtineat.

NEmo etiam cujusvis (*a*) dignitatis ecclesiasticæ, vel sæcularis, quacumque ratione, nisi ecclesiam, beneficium, aut capellam de novo fundaverit, et construxerit, seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, et patrimonialibus bonis competenter dotaverit, (*b*) jus patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem fundationis, aut dotationis, hujusmodi institutio Episcopo, et non alteri inferiori reservetur.

CAPO XII.

Nessuno ottenga il diritto di patronato, se non ha fondato, o dotato la Chiesa.

NEssuno di qualsivoglia dignità ecclesiastica, o secolare, possa, o debba in qualunque maniera impetrare, od ottenere il giuspatronato, se di nuovo non ha fondato, e costruito la Chiesa, Benefizio, o Capella, o la di già eretta, la quale però sia stata senza sufficiente dote, abbia competentemente dotato de' beni suoi proprj, e patrimoniali. In caso poi di fondazione, o dotazione, tale istituzione si riservi al Vescovo, e non ad altro inferiore.

CAPUT XIII.

Præsentatio fiat Ordinario, alias institutio sit nulla.

NOn liceat præterea (*c*) patrono cujusvis privilegii prætextu aliquem ad beneficia sui juris patronatus, nisi Episcopo loci Ordinario, ad quem provisio, seu institutio ipsius beneficii, cessante privilegio, jure pertineret, quoquo modo præsentare: alias præsentatio, ac institutio, forsan secutæ, nullæ sint, et esse intelligantur.

CAPO XIII.

La presentazione si faccia all' Ordinario; altrimenti l' istituzione sia nulla.

NOn sia lecito inoltre al patrono sotto il pretesto di qualsivoglia privilegio, presentare in qualsivoglia maniera alcuno pei benefizj del suo giuspatronato, se non al Vescovo ordinario del luogo, al quale cessando il privilegio, con ragione appartenesse la provisione, o l' istituzione dello stesso benefizio; altrimenti la presentazione, e l' istituzione, forse seguite, siano, e s' intendano esser nulle.

(*a*) Sess. 25. cap. 9. de reform. in princip.
(*b*) c. Piæ mentis cum seq. 16. qu. 7. & cap. Nobis, de jur. patron. & infra Sess. ult. c. 9. de reform. in princ.
(*c*) Infr. Sess. 25. de ref. c. 9. cap. Illud & cap. Relatum de jur. patr. conc. Moguntien. temp. Arnulphi cap. 4. conc. Salegustadiense cap. 13.

CAPO XIV.

Dovrassi quindi trattare della Messa, dell' Ordine e della Riforma.

Dichiara inoltre il Santo Sinodo, che nella futura Sessione, la qual già decretò doversi tenere nel giorno 25. di Gennajo del susseguente anno 1552. insieme col Sacrifizio della Messa si dovrà discorrere e trattare anche del Sacramento dell' Ordine, e proseguire la materia della riforma.

CAPUT XIV.

Tractandum deinceps de Missa, Ordine, & Reformatione.

DEclarat præterea sancta Synodus in futura Sessione, quam ad *xxv.* diem Jan. subsequenti anni *MDLII.* habendam esse jam decrevit, una cum sacrificio Missæ agendum, et tractandum etiam esse de Sacramento Ordinis, et prosequendam esse materiam reformationis.

SESSIONE XV.

Ch' è la quinta sotto Giulio III. Pontefice Massimo.

Celebrata il dì 25. di Gennajo 1552.

Decreto di proroga della Sessione.

A Tenore di quanto fu decretato nelle prossime Sessioni avendo questo santo, ed universal Sinodo trattato in questi giorni accuratissimamente, e diligentissimamente quelle cose, le quali appartengono al Santissimo Sacrifizio della Messa, ed al Sacramento dell' Ordine, per pubblicare nella Sessione d' oggi, come lo Spirito Santo gli avesse suggerito i decreti intorno a queste cose, ed inoltre i quattro articoli appartenenti al Sacramento della Santissima Eucaristia sino a questa Sessione differiti; e avendo stimato, che frattanto fossero per presentarsi a questo Sacrosanto Concilio quelli, i quali si chiamano Protestanti, per motivo dei quali avea differito la pubblicazione di quegli articoli, e aveva loro concesso la fede pubblica, o sia il salvo-condotto, e acciocchè liberamente, e sen-

SESSIO XV.

Quæ est quinta sub Julio III. Pont. Max.

Celebrata die xxv. Mensis Januar. MDLII.

Decretum prorogationis Sessionis.

CUm ex eo quod proximis Sessionibus decretum fuit, sancta hæc, & universalis Synodus per hos dies accuratissime, diligentissimeque tractaverit ea, quæ ad sanctissimum Missæ sacrificium & ad Sacramentum Ordinis spectant, ut hodierna Sessione, quemadmodum Spiritus Sanctus suggessisset, decreta de his rebus, & quatuor præterea articulos ad Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum pertinentes, in hanc tandem Sessionem dilatos publicaret, atque interim affuturos esse putaverit ad hoc sacrosanctum Concilium eos, qui Protestantes se vocant, quorum causa eorum publicationem articulorum distulerat; & ut libere, ac sine cunctatione ulla huc venirent, fidem eis publicam, sive (a) salvum conductum concesserat:

(a) Supra Sess. 13.

tamen, cum illi nondum venerint, & eorum nomine supplicatum huic sanctæ Synodo fuerit; ut publicatio, quæ hodierno die facienda fuerat; in sequentem Sessionem differatur, certa spe allata; affuturos eos esse omnino multo ante illam Sessionem; salvo conductu amplioris formæ interim accepto: eadem sancta Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata; iisdem Legato; & Nunciis præsidentibus, nihil magis optans; quam ex præstantissima natione Germanica omnes de religione dissensiones, & schismata tollere; ac ejus quieti; paci, otioque consulere; parata ipsos, si venerint; & humaniter excipere, & benigne audire, confidensque, eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ; sed veritatis cognoscendæ studio esse venturos; & ut Evangelicæ veritatis studiosos decet; sanctæ matris Ecclesiæ decretis; ac disciplinæ ad extremum esse acquieturos; sequentem Sessionem ad edenda, & publicanda ea; quæ supra commemorata sunt; in diem festum Sancti Joseph, qui erit die XIX. mensis Martii, distulit: ut illi satis temporis, & spatii habeant; non solum ad veniendum, verum etiam ad ea, quæ voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus ut omnem cunctandi diutius causam adimat, fidem publicam; sive salvum conductum, ejus, qui recitabitur, tenoris, & sententiæ libenter dat, & concedit. Interea vero de Matrimonii Sacramento agendum: & de eo, præter superiorum decretorum publicationem; definiendum esse, eadem

za dimora alcuna venissero quà: nonostante non essendo quelli per anche venuti; ed essendosi fatta a loro nome una supplica a questo Santo Sinodo, che la pubblicazione la quale doveva in oggi farsi; si differisca nella seguente Sessione, con certa speranza; che saranno per ritrovarsi sicuramente molto prima di quella Sessione; ricevuto che avranno frattanto un salvo-condotto d' una forma più ampla; il medesimo Santo Sinodo radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo presidenti i medesimi Legato; e Nunzj; niente più desiderando, che di togliere dalla celeberrima nazion Germanica tutte le dissensioni, ed i contrasti intorno la religione; e di provvedere alla di lei quiete, pace, e tranquillità, è disposto, se verranno, e a cortesemente accoglierli; e a benignamente ascoltarli: e confidando che essi sieno per venire col desiderio non di combattere pertinacemente la fede Cattolica, ma di conoscere la verità; e che finalmente sieno per adattarsi ai decreti e alla disciplina di Santa Madre Chiesa; come conviene ai premurosi della verità Evangelica, differì la seguente Sessione per promulgare, e pubblicare quelle cose; che di sopra si sono menzionate, al giorno festivo di S. Giuseppe, che sarà il dì 19. del mese di Marzo, acciocchè i medesimi abbiano tempo e spazio bastante, non solo per venire, ma anche per proporre quelle cose, le quali vorranno, prima che giunga quel giorno. Ai quali per togliere ogni motivo d' indugio, volentieri dà, e concede la pubblica fede; o salvo-condotto di quel tenore; e sentimento, che si dirà. Frattanto poi nella medesima Sessione stabilisce e decreta, che s' abbia a trat-

M 2

tare e definire del Sacramento del Matrimonio, oltre la pubblicazione dei superiori decreti, e che s' abbia a proseguire la materia della riforma.

Sessione statuit, & decernit, & prosequendam esse materiam reformationis.

Salvo-condotto dato ai Protestanti.

Il Sacrosanto, Ecumenico, e general Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi Legato, e Nunzj della Santa Sede Apostolica, inerendo al salvo-condotto dato nella penultima Sessione, ed ampliandolo secondo il tenore infrascritto, fa pienamente fede, che a tutti e ciascheduno dei Sacerdoti, Elettori, Principi, Duchi, Marchesi, Conti, Baroni, Nobili, militari, popolari, ed altri personaggi tutti di qualunque stato, e condizione, o qualità siano, della Provincia, e nazion Germanica, alle Città, e ad altri luoghi della medesima, ed a tutti gli altri ecclesiastici, e secolari, specialmente alle persone della confession Augustana, i quali, o le quali insieme con essi verranno, o saranno mandate, e sono per venire, o sino ad ora vennero a questo Generale Concilio di Trento, con qualunque nome si chiamino o possano chiamarsi, col tenore delle presenti impartisce, e del tutto concede la fede pubblica, e una pienissima, e verissima sicurezza, la quale chiamano salvo-condotto, di venir liberamente a questa Città di Trento, e in essa di fermarsi, di stare, dimorare, proporre, parlare, trattare insieme collo stesso Sinodo di tutti i negozj, di esaminare, discutere, esibire, e propalare liberamente tanto in iscritto, quanto in voce tutto ciò, che loro piacerà,

Salvus conductus datus Protestantibus.

Sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuntiis, inhærendo salvo-conductui, in penultima Sessione dato, & illum juxta tenorem infrascriptum ampliando, Universis fidem facit, quod omnibus, & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuscumque viris, cujuscumque status, & conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ provinciæ, & nationis, civitatibus, & aliis locis ejusdem, & omnibus aliis ecclesiasticis, & sæcularibus, præsertim Augustanæ confessionis personis, qui, aut quæ una cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quocumque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem & plenissimam, verissimamque securitatem, quam salvum conductum appellant, libere ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi, una cum ipsa Synodo de quibuscumque negotiis tractandi, examinan-

di, discutiendi, & omnia, quæcumque ipsis libuerit, ac articulos quoslibet, tam scripto, quam verbo libere offerendi, propalandi, eosque Scripturis sacris, & beatorum Patrum verbis, sententiis, & rationibus declarandi, adstruendi, & persuadendi, & si opus fuerit, etiam ad objecta Concilii generalis respondendi, & cum iis, qui a Concilio delecti fuerint, disputandi christiane, aut charitative absque omni impedimento conferendi, opprobriis, conviciis, ac contumeliis penitus semotis; & signanter quod causæ controversæ, (a) secundum S. Script. & Apostolicas traditiones, probata Concilia, & Catholicæ Ecclesiæ consensum, & Sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur; illo etiam addito, ut religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum, aut committendorum minime puniantur, impertitur, ac omnino concedit: sic etiam, ut propter illorum præsentiam, neque in itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa civitate Tridentina a divinis officiis quovis modo cessetur. Et ut his peractis, vel non peractis, quandocumque ipsis libuerit, aut majorum suorum mandato, & assensu ad propria reverti optabunt, aut aliquis eorum optabit; mox absque ulla renitentia, & occasione, aut mora, salvis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis, viceversa possint juxta beneplacitum libere, & secure redire,

e tutti gli articoli, che vorranno, e di dichiararli, confermarli, e persuaderli, e se d'uopo sarà, anche di rispondere agli obbietti del Concilio Generale, e di disputare cristianamente, e caritatevolmente con quelli, i quali saranno stati scelti dal Concilio, di conferire senza nessun impedimento, allontanare affatto le contumelie, gli strapazzi, e le ingiurie, e segnatamente, perchè si trattino nel predetto Concilio di Trento le cause controverse secondo la Sacra Scrittura, e le tradizioni Apostoliche, gli approvati Concilj, ed il consenso della Chiesa Cattolica, e le autorità dei Santi Padri; aggiuntovi ancora, che col pretesto di religione, o dei delitti circa a quella commessi, o da commettersi non si puniscano: in guisa tale ancora, che per la loro presenza non si desista in verun modo dai divini uffizj nè in viaggio, o in qualunque luogo andando, stando, o ritornando, nè dentro la Città di Trento: e che fatte, o non fatte queste cose ogni qualvolta piacerà loro, o per comando, e consenso de' loro maggiori desidereranno, o alcuno di essi desidererà di ritornarsene a casa, subito senza nessuna renitenza, ed occasione, o tardanza, salve le cose loro, e l'onore parimenti, e le persone, possano per lo contrario, a beneplacito ritornarsene liberamente, e sicuramente; previa però la saputa di quelli, che veranno deputati dallo stesso Sinodo, perchè allora opportunamente sia provveduto alla loro sicurezza, senza inganno, e frode. Vuole ancora il Santo Sinodo, che s'includano, e si contengano in questa pubblica fede, e salvo-condotto, e vi si abbiano per in-

(a) Supra Sess. 5. in princ.

chiuse tutte le clausule, le quali saranno necessarie, ed opportune per la piena, efficace, e sufficiente sicurezza, nell' andare, stare, e ritornare. Esprimendo anche a maggior sicurezza, e a bene della pace, e riconciliazione, che, se qualcheduno, od alcuni di quelli, o nel viaggio, venendo a Trento, o trattenendosi, o ritornando là, avessero fatto, o commesso (che Dio nol voglia) qualche enormità, per la quale si potesse annullare, o cassare il benefizio di questa pubblica fede, e sicurezza loro concesso, vuole, e concede, che trovati in tale delitto tosto siano puniti da essi solamente, e non dagli altri di condegno gastigo, con emenda sufficiente da approvarsi, e lodarsi meritamente per parte dello stesso Sinodo: illibate rimanendo del tutto la forma, le condizioni, ed i modi della loro assicurazione. Similmente ancora vuole, che, se qualcheduno, od alcuni dello stesso Sinodo, o in viaggio, o fermandosi, o ritornando, avessero fatto, o commesso (che Dio nol voglia) qualche enormità, per la quale si potesse violare, o in qualche modo levare il benefizio di questa fede pubblica, e assicurazione; vuole, dico, che trovati in tale delitto tosto si puniscano solamente dallo stesso Sinodo, e non dagli altri con degno castigo, e sufficiente emenda, da lodarsi, ed approvarsi meritamente per parte dei Signori Germani della confession Augustana, allora quivi presenti, restando illibate del tutto la forma presente, le condizioni, ed i modi della assicurazione. Vuole inoltre lo stesso Santo Sinodo, che sia lecito agli stessi Ambasciatori, tutti, e ciascuno, di uscire, qualunque volta sarà loro opportuno, o necessario

de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum; ut tunc opportune eorum securitati, absque dolo, & fraude provideatur. Vult etiam sancta Synodus in hac publica fide, salvoque conductu, omnes quascumque clausulas includi, ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando, & redeundo, necessariæ, & opportunæ fuerint. Illud etiam, ad majorem securitatem, & pacis, ac conciliationis bonum exprimens, quod si quispiam, aut illorum aliqui, sive in itinere, Tridentum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ, & assecurationis beneficium eis concessum annullari, aut cassari: vult, & concedit, ut in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsis dumtaxat, & non ab aliis condigna animadversione, cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniantur: illorum assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut, si quisquam, vel aliqui ex ipsa Synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquid enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quod posset hujus fidei publicæ, & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli; in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum

Germanorum Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium, merito laudanda, & approbanda, mox puniantur, præsenti assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus omnibus, & singulis, toties quotiescumque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam exire de civitate Tridentina, & reverti ad eamdem, necnon nuntium, vel nuntios suos ad quæcumque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere, seu destinare, ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum, & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire: ita quod aliqui, vel aliquis, per deputandos Concilii socientur, qui eorum securitati provideant, vel provideat. Qui quidem salvus conductus, & securitas stare, ac durare debeat a tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum, post sufficientem audientiam habitam spatio viginti dierum præmisso cum ipsi petierint, aut Concilium, habita hujusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, a Tridento usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo favente, restituet, dolo, & fraude prorsus exclusis.

Quæ quidem omnia pro universis, & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus quibuscumque, atque omnibus aliis eccle-

dalla Città di Trento per prender aria, e ritornare alla medesima, e di liberamente mandare, o destinare il loro Nunzio, o Nunzj a qualunque luogo per ordinare i loro necessarj negozj, e di accogliere i medesimi spediti, o destinati, o spedito, e destinato, tante volte, quante loro parerà essere spediente: così che da quelli, che saran deputati dal Concilio, vi si uniscano alcuni od alcuno, i quali, o il quale proveggano, o provegga alla loro sicurezza: il qual salvo-condotto, e sicurezza debba stare, e durare dal tempo, e pel tempo, in cui occorrerà ch' essi sieno ricevuti sotto la protezione dello stesso Sinodo, e de' suoi, e condotti sino a Trento, e per tutto il tempo della loro dimora colà, e di nuovo dopo avuta una sufficiente udienza, premesso lo spazio di venti giorni, quando essi la dimanderanno, od il Concilio, avuta una tale udienza, intimerà loro partire coll' ajuto di Dio, esclusa affatto ogni frode ed inganno, li restituirà da Trento sino a quel luogo, che ciascheduno si avrà scielto per sicuro.

Le quali cose tutte promette, e con buona fede assicura doversi inviolabilmente osservare per tutti, e cadauno de' Cristiani, per tutti i Principi, tanto ecclesiastici,

quanto secolari, e per tutte le altre persone ecclesiastiche, e secolari, di qualsivoglia stato, e condizione siano, e con qualsivoglia nome s' appellino.

Inoltre tolta ogni frode, ed inganno, con vera, e buona fede promette, che lo stesso Sinodo non è per rintracciare nessuna occasione, o manifestamente, od occultamente, o che non è in alcuna maniera per servirsi, o per permettere che alcuno si serva di qualche autorità, potenza, gius, o statuto, privilegio delle Leggi, o Canoni, o di qualsivoglia Concilio, specialmente di Costanza, e di Siena, con qualsivoglia forma di parole espresso, ad alcun pregiudizio di questa pubblica fede, e pienissima assicurazione, e pubblica, e libera udienza, concessa loro per mezzo dello stesso Sinodo; alle quali cose in questa parte per questa volta deroga. Che se il Santo Sinodo, o qualcheduno di esso, o dei suoi di qualsivoglia condizione, o stato, o preminenza egli si sia, violerà la forma, e maniera della prescritta assicurazione, e salvo-condotto, in qualunque punto, o clausula (lochè però l' Onnipotente si degni di tener lontano) e non ne sarà tosto seguita una sufficiente emenda, da approvarsi, e lodarsi meritamente ad arbitrio loro; tengano, e potranno tenere, che lo stesso Sinodo sia caduto in tutte le pene, le quali i violatori di tali salvi-condotti possono incorrere per gius divino, ed umano, o per consuetudine, senza nessuna scusa, o qualsivoglia contraddizione in questa parte.

siasticis, & sæcularibus personis, cujuscumque status, & conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet.

Insuper, omni fraude, & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifeste, vel occulte occasionem quæsituram, aut aliqua auctoritate, potentia, jure, vel statuto, privilegio legum, vel canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præsertim (a) Constantiensis, & Senensis, quacumque forma verborum expressa, in aliquod hujus fidei publicæ, & plenissimæ assecurationis, ac publicæ, & liberæ audientiæ; ipsis per ipsam Synodum concessæ præjudicium quovis modo usuram, aut quemquam uti permissuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si Sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cujuscumque conditionis, vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis & salvi conductus formam, & modum in quocumque puncto vel clausula violaverit (quod tamen avertere dignetur Omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, ipsorum arbitrio merito approbanda, & laudanda; habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas jure divino, & humano, aut consuetudine, hujusmodi salvorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione.

(a) Conc. Constantiensi Sess. 19. in c. *Quod non obstantibus salvis conductibus.*

SESSIO XVI.

Quæ est sexta, & ultima sub Julio III. Pont. Max.

Celebrata die XXVIII. April. MDLII.

Decretum suspensionis Concilii.

Sacrosancta, œcumenica, & Generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea Reverendissimis Dominis, Sebastiano Arciepisc. Sipontino, & Aloysio Episcopo Veronensi, Apostolicis Nunciis, tam eorum proprio, quam Reverendiss. & Illustriss. Domini Marcelli, tit. S. Marcelli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. Crescentii Legati, ob adversam ejus gravissimam valetudinem absentis nomine, non dubitat Christianis omnibus patere, hoc Concilium œcumenicum Tridentinum primo a Paulo III. fel. rec. convocatum, & collectum fuisse, deinde a Sanctissimo Domino nostro Julio III. efflagitante Carolo Quinto, Augustissimo Imperatore, ea præcipue de causa fuisse restitutum, ut religionem in multis orbis partibus, & præsertim in Germania, in diversas opiniones miserabiliter distractam, in statum pristinum revocaret, abusus, & mores Christianorum corruptissimos emendaret; cumque ad hoc agendum quam plurimi Patres, nulla laborum suorum, periculorumque habita ratione, e diversis regionibus alacriter confluxissent; resque strenue, magno fidelium concursu, feliciterque procederet, ac spes esset non

SESSIONE XVI.

Ch' è la sesta ed ultima sotto Giulio III. Pont. Mass.

Celebrata il dì 28. d' Aprile MDLII.

Decreto della sospensione del Concilio.

Il Sacrosanto, Ecumenico, e Generale Concilio di Trento radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i Reverendissimi Signori Sebastiano Arcivescovo di Siponto, e Alvise Vescovo di Verona, Nunzj Apostolici, tanto a loro proprio, quanto a nome del Reverendissimo, ed Illustrissimo Signor Marcello, del titolo di S. Marcello, Crescenzi Cardinal di Santa Romana Chiesa Legato, per gravissima sua malattia, indi lontano, non dubita, esser manifesto a tutti i Cristiani, che questo Concilio Ecumenico Tridentino fu primieramente convocato, e raccolto da Paolo di felice ricordanza, quindi fu ristabilito dal Santissimo Signor nostro Giulio III. ad istanza di Carlo Quinto, Imperator Augustissimo, per questo motivo specialmente cioè di rimettere nello stato primiero la religione in molte parti del mondo, e specialmente nella Germania, divisa miserabilmente in diverse opinioni; di emendare gli abusi, ed i costumi corrottissimi dei Cristiani; ed essendo prontamente concorsi moltissimi Padri da diversi paesi, senza riguardo alcuno a fatiche e pericoli, ed incamminandosi l' affare egregiamente, e felicemente con grande concorso dei fedeli, e con speranza non lieve, che quei Germani, i quali avevano eccitato quelle novità fossero per ve-

nire al Concilio, disposti di adattarsi concordemente alle vere ragioni della Chiesa; sembrando finalmente, che fosse comparsa qualche luce agli affari, e la per lo innanzi abbattuta, ed afflitta Cristiana Repubblica incominciasse già ad innalzare il capo; all'improvviso per astuzia del nemico dell' uman genere divamparono tumulti, e guerre tali, che il Concilio molto inopportunamente fu costretto di restar sospeso, e d' interrompere il suo corso, e se gli tolse ogni speranza d' ulterior progresso in questo tempo; e tanto era lontano, che il Santo Sinodo ponesse rimedio ai mali, ed incomodi dei Cristiani, che anzi, contro la sua intenzione irritava piuttosto, che placare gli animi di molti. Vedendo dunque lo stesso Santo Concilio che tutto, e specialmente la Germania ardeva per l' armi, e per le discordie, che quasi tutti i Vescovi Germani, specialmente i Principi Elettori, erano partiti dal Concilio per provvedere alle loro Chiese: decretò di non opporsi a cotanta necessità, e di rimetterlo a tempi migliori, affinchè i Padri, giacchè adesso non è loro permesso d' operare, potessero ritornare alle loro Chiese per provvedere alle loro pecore, onde più lungamente non sieno nell' uno, e nell' altro luogo da inutil ozio logorati. Ed è perciò, che così esigendo la fatal condizione dei tempi, decreta, che il progresso di questo Ecumenico Concilio di Trento si debba sospendere per due anni, come lo sospende col presente decreto; con patto però, che, se più presto si compongano le cose, e ritorni la primiera tranquillità, lo che spera che per benefizio di Dio Ottimo Massimo forse non istarà lungo tempo a succedere, intenda,

levis illos Germanos, qui eas novitates excitarant, in Concilium venturos, sic animatos, ut veris Ecclesiæ rationibus unanimiter acquiescerent: lux denique quædam rebus affulsisse videretur, caputque attollere inciperet profligata antea, & afflicta Respublica Christiana: ii repente tumultus, ea bella hostis generis humani versutia exarserunt, ut Concilium velut hærere, ac suum cursum interrumpere satis incommodo cogeretur, spesque omnis ulterioris progressus hoc in tempore tolleretur, tantumque aberat, ut Sancta Synodus Christianorum malis, & incommodis mederetur, ut multorum mentes, præter sui animi sententiam, irritaret potius, quam placaret. Cum igitur ipsa Sancta Synodus, omnia, & præcipue Germaniam, armis ardere & discordiis videret, omnes fere Episcopos Germanos, præsertim Principes Electores, suis consultum Ecclesiis e Concilio abiisse; decrevit tantæ necessitati non reluctari, & ad meliora tempora rejicere, ut Patres, quod eis nunc agere non licet, suis ovibus prospectum ad suas Ecclesias regredi valerent, ne diutius utrobique inutili otio conterantur. Atque ita, quoniam sic temporum conditio tulit, hujus œcumenici Conc. Tridentini progressum per biennium suspendendum fore decernit, prout præsenti decreto suspendit; ea tamen lege, ut, si citius pacata res sit, ac tranquillitas pristina revertatur, quod sperat Dei Optimi Maximi beneficio non longo forsan spatio futurum, ipsius Concilii progressus eodemmet tempore suam vim, firmita-

tem, vigoremque habere censeatur. Sin autem (quod Deus avertat) peracto biennio prædicta legitima impedimenta non fuerint submota, cum primum cessaverint, talis suspensio eo ipso sublata esse intelligatur, ac suus vigor, & robur Concilio sit restitutum, & esse intelligatur, sine alia nova Concilii convocatione, accedente ad hoc decretum consensu, & auctoritate Sanctitatis suæ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ.

Interea tamen eadem Sancta Synodus exhortatur omnes Principes Christianos, & omnes Prælatos, ut observent, & respective, quatenus ad eos spectat, observare faciant in suis regnis, dominiis, & Ecclesiis omnia, & singula, quæ per hoc sacrum œcumenicum Concilium fuerunt hactenus statuta, & decreta.

BULLA CELEBRATIONIS

Concilii Tridentini sub Pio IV. Pont. Max.

PIus Episcopus, *servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.*

Ad Ecclesiæ regimen, licet tanto oneri impares, sola Dei dignatione vocati, statim circumferentes mentis oculos per omnes Reipublicæ Christianæ partes, cernentesque non sine magno horrore, quam longe, lateque pestis hæresum, & schismatis pervasisset, & quanta Christiani populi mores correctione indigerent, in eam curam, & cogitationem, pro

che il progresso dello stesso Concilio in quel medesimo tempo riprenda la sua forza, fermezza, e vigore. Se poi (lo che Dio tenga lontano) passati i due anni, i predetti legittimi impedimenti non saranno rimossi; subito che cesseranno, s' intenda, che immantinente sia levata una tale sospensione, e che sia, ed intendasi esser restituito al Concilio il suo vigore, e la sua forza senza altra nuova convocazione, aggiungendosi a questo decreto il consenso, e l' autorità di sua Santità, e della Santa Sede Apostolica.

Intanto però il medesimo S. Concilio esorta tutti i Principi Cristiani, e tutti i Prelati, che osservino, e respettivamente, quanto a loro appartiene, facciano osservare nei loro Regni, Dominj, e Chiese, tutte, e cadauna di quelle cose, le quali furono stabilite, e decretate fino ad ora da questo Sacro Ecumenico Concilio.

BOLLA

Della Celebrazione del Conc. di Trento sotto Pio IV. Pontefice Massimo.

PIO *Vescovo*, Servo de' Servi di Dio, a futura memoria della cosa.

Al governo della Chiesa, sebbene insufficienti ad un tanto peso, chiamati per sola degnazione di Dio; tosto girando intorno gli occhi della mente per tutte le parti della Cristiana Repubblica, e vedendo non senza grande orrore, quanto lungi, e diffusamente siasi introdotta la peste dell' eresie, e dello scisma, e di quanto grande correzione avessero bisogno i costumi del popolo Cristiano;

incominciammo per dovere dell' intrapreso incarico, a diligentemente e premurosamente pensare, come potessimo estirpare le stesse eresie, e levare un sì grande, e sì pernicioso scisma, ed emendare costumi sì fattamente corrotti, o depravati. Intendendo poi, che per sanare questi mali era un rimedio opportunissimo, quello che questa Santa Sede era solita di adoperare, cioè l' Ecumenico, e generale Concilio, ci siamo però appigliati al consiglio di congregarlo, e coll' ajuto di Dio di celebrarlo. Fu quello in vero per lo innanzi intimato da Paolo III. di felice memoria, e da Giulio di lui successore, nostri predecessori; ma per varie cause spesse volte impedito e frastornato, non si è potuto condurre a fine. Imperciocchè Paolo, avendolo intimato prima nella Città di Mantova, di poi in Vicenza, per certe cause espresse nelle di lui Lettere primieramente lo sospese, poi lo trasferì in Trento: poscia essendosi anche colà dilazionato mediante alcuni motivi, il tempo di celebrarlo, finalmente levata la sospensione, fu incominciato nella medesima Città di Trento: ma tenute alcune Sessioni, e fatti alcuni decreti, lo stesso Concilio poi si trasferì in Bologna per alcune cause, concorrendo anche l' autorità della Sede Apostolica. Giulio poi, il quale gli successe, lo richiamò nella medesima Città di Trento: nel qual tempo in vero si sono fatti alcuni altri decreti. Ma essendoci eccitati nuovi tumulti nei vicini luoghi della Germania, ed essendosi accesa una gravissima guerra nell' Italia, e nella Francia: di nuovo è stato sospeso, e differito il Con-

suscepti muneris officio, incumbere cœpimus, quemadmodum ipsas hæreses extirpare, tantumque, & tam perniciosum schisma tollere, moresque adeo corruptos, & depravatos emendare possemus. Cum autem intelligeremus, ad hæc sananda mala aptissimum esse remedium, quod sancta hæc Sedes adhibere consuevisset, œcumenici, generalisque Concilii, ejus congregandi, & Deo juvante, celebrandi Concilium cæpimus. Indictum illud quidem antea fuit a fel. rec. Paulo III. & ejus successore Julio, prædecessoribus nostris; sed variis de causis sæpius impeditum, & interpellatum, perfici non potuit. Si quidem Paulus (*a*) cum id primo in urbem Mantuam, deinde Vincentiam indixisset; quasdam ob causas, in litteris ejus expressas, id primo suspendit, postea Tridentum transtulit, deinde cum quibusdam de causis ibi quoque ejus celebrandi tempus dilatum fuisset, tandem suspensione sublata, in eadem civitate Tridentina inchoatum fuit. Verum Sessionibus aliquot habitis, & nonnullis decretis factis, ipsum se postea Concil., aliquibus de causis, accedente etiam Sedis Apostolicæ auctoritate, (*b*) Bononiam transtulit. Julius autem, qui ei successit, in eamdem civitatem Tridentinam id revocavit: quo quidem tempore facta alia quædam decreta sunt. (*c*) Sed cum novi in propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuissent, & bellum in Italia & Gallia gravissimum exarsisset: rursum Conci-

(*a*) Supra in prima Bulla. (*b*) Supra Sess. 2. (*c*) Sess. 11. cum seq.

lium suspensum, & dilatum fuit, adnitente nimirum humani generis hoste, aliasque ex aliis difficultates, & impedimenta objiciente, ut tantum Ecclesiæ commodum, quod prorsus auferre non poterat, saltem quam diutissime retardaret. Quantopere vero interea auctæ fuerint, & multiplicatæ, ac propagatæ hæreses, quantopere schisma creverit, sine maximo animi dolore, nec meminisse possumus, nec referre. Sed tandem pius, & misericors Dominus, (a) qui numquam ita irascitur, ut misericordiæ obliviscatur, Regibus, & Principibus Christianis pacem, & unanimitatem donare dignatus est. Qua nos occasione oblata, maximam in spem venimus, ipsius misericordia freti, fore, ut his tantis quoque Ecclesiæ malis eadem Concilii via finis imponatur. Nos itaque ad schisma, hæresesque tollendas, ad corrigendos, & reformandos mores, ad pacem inter Christianos Principes conservandam, celebrationem ejus non esse duximus diutius differendam. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, factis etiam consilii nostri certioribus Charissimis in Christo filiis nostris, Ferdinando Romanorum Imperatore electo, & aliis Regibus, atque Principibus, quos quidem, sicut de eorum summa pietate, & sapientia nobis pollicebamur, paratissimos ad ipsius Concilii celebrationem adjuvandam invenimus: ad Dei omnipotentis laudem, honorem, & gloriam, atque universalis Ecclesiæ utilitatem, de eorumdem

(a) Habac. 3.

cilio, attraversandosi appunto l'inimico del genere umano, e opponendo nuove sempre difficoltà, ed impedimenti, per ritardare almeno più che possibil fosse questo sì gran vantaggio della Chiesa, che dissipare onninamente non poteva. Quanto poi frattanto si siano accresciute, e moltiplicate, e propagate le Eresie; quanto sia crescinto lo scisma, nè possiamo rammentarlo, nè riferirlo senza un grandissimo dolore dell' animo. Ma finalmente il pio, e misericordioso Signore, il quale non mai sdegnossi in modo da dimenticare la sua misericordia, si degnò concedere la pace, e la concordia ai Re, e Principi Cristiani. Presentataci la qual occasione, noi appoggiati sulla misericordia dello stesso, abbiamo conceputa speranza grandissima di por fine per la stessa via del Concilio anche a questi sì gravi mali della Chiesa. A fine pertanto di togliere lo scisma, e l' Eresie, di correggere, e riformare i costumi, di conservar la pace fra i Principi Cristiani, abbiamo giudicato non dover più a lungo differire la celebrazione di esso. Tenuta dunque una matura deliberazione coi Venerabili fratelli nostri Cardinali di Santa Romana Chiesa, fatti anche consapevoli del nostro disegno i Carissimi Figliuoli nostri in Cristo, Ferdinando Imperatore eletto dei Romani, e gli altri Re, e Principi, i quali in vero, siccome ci promettevamo dalla loro somma pietà, e sapienza, abbiami trovati dispostissimi a coadjuvare la celebrazione dello stesso Concilio: a lode, onore, e gloria di Dio Onnipotente, ed a vantaggio della Chiesa Universale, di parere, e consensó dei medesimi nostri fratelli, fidati, ed appoggiati sull' autorità del

medesimo Iddio, e dei Beati Apostoli Pietro, e Paolo, la quale noi pure rappresentiamo in terra, intimiamo il sacro Ecumenico, e generale Concilio nella Città di Trento pel sacratissimo giorno prossimo futuro della Resurrezione del Signore, e stabiliamo, e decretiamo; che tolta qualunque sospensione, si abbia a celebrare colà. Per la qual cosa esortiamo grandemente ed avvisiamo nel Signore tutti i Venerabili nostri Fratelli di qualunque luogo, Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, e diletti Figliuoli Abati, e gli altri, ai quali è lecito di stare nel Concilio Generale, e dire il parere, per diritto comune, o privilegio, o per antica consuetudine, anzi rigorosamente comandando commettiamo ai medesimi, in virtù di santa obbedienza, in forza anche del giuramento, che hanno fatto, e sotto le pene, le quali sanno essere dai Canoni stabilite contro coloro, i quali avranno trascurato di venire ai Concilj Generali, che dentro quel giorno là si radunino per celebrarvi il Concilio, se per avventura non fossero trattenuti da legittimo impedimento; il qual impedimento però dovranno provare al Sinodo per mezzo di legittimi Procuratori. Avvisiamo inoltre tutti, e cadauno, ai quali importa, e potrà importare, che non trascurino di ritrovarsi al Concilio. Esortiamo, e preghiamo i Carissimi figliuoli nostri in Cristo, l' Imperatore eletto dei Romani, e gli altri Re, e Principi, i quali devesi desiderare, che possino intervenire al Concilio, che se non potranno essi intervenirvi, spediscano però i loro Ambasciato-

fratrum nostrorum consilio, & assensu sacrum œcumenicum, & generale Concilium, ex auctoritate ejusdem Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, quæ nos quoque (*a*) in terris fungimur, & freti, & subnixi, in civitate Tridentina, ad sacratissimum diem Resurrectionis Dominicæ proxime futurum indicimus, & ibi celebrandum, sublata suspensione quacumque, statuimus, atque decernimus. Quocirca venerabiles fratres nostros, omnibus ex locis, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios Abbates, ceterosque, quibus in Concilio generali sedere, & sententiam dicere, jure communi, vel ex privilegio, vel ex antiqua consuetudine licet; vehementer in Domino hortamur, & monemus, atque etiam districte præcipiendo mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, in vi quoque juramenti, quod præstiterunt, & sub pœnis, quas in eos, qui ad concilia generalia convenire neglexerint, (*b*) sacris sciunt esse Canonibus constitutas, ut ad Concilium ibi celebrandum conveniant intra eam diem, nisi forte impedimento fuerint legitimo præpediti: quod tamen impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt. Monemus præterea omnes, & singulos, quorum interest, interesseve poterit, ut in Concilio adesse non negligant. Charissimos vero in Christo filios nostros, Romanorum Imperatorem electum, cæterosque Reges, & Principes,

(*a*) Matth. 16. cap. Quanto, de trans. Episc. cap. un. de Eccl. benefic. cap. ad apostolic. §. Penult. de re jud. in 6. cap. 1. de hom. eod. Pelagius I. in 1. Epist. circa princ. (*b*) Concil. Carthag. III. can. 45. infra Sess. 24. cap. 2. in fine de reformat.

quos optandum sane esset Concilio interesse posse, hortamur, & rogamus, ut, si ipsi Concilio interesse non potuerint, at Oratores suos prudentes, graves, & pios viros utique mittant, qui ipsorum nomine intersint, curentque diligenter pro sua pietate, ut ex eorum regnis, atque dominiis Prælati sine recusatione, ac mora; tam necessario tempore, Deo, & Ecclesiæ officium suum præstent: eosdem etiam curaturos esse minime dubitantes, ut per ipsorum regna, & dominia tutum, ac liberum iter Prælatis, eorumque familiaribus, comitibus, & aliis omnibus ad Concilium euntibus, & ab illo redeuntibus pateat, benigneque, ac comiter omnibus in locis recipiantur, atque tractentur; sicut quod ad nos attinet, ipsi quoque curabimus; qui nihil omnino prætermittere decrevimus, quod ad tam pium, & salutare opus perficiendum, a nobis in hoc loco constitutis, præstari possit; nihil, ut Deus scit, quærentes aliud, nihil propositum habentes in hoc Concilio celebrando, nisi honorem ipsius Dei, dispersarum ovium reductionem, ac salutem, & perpetuam Christianæ Reipublicæ tranquillitatem, ac quietem. Ut vero hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium, quorum oportet, notitiam perveniant, nec quisquam ea excusatione uti possit, quod illa ignoraverit, præsertim cum non ad omnes, quos de his litteris certiores fieri oporteret, tutus forsitan pateat aditus; volumus, & mandamus, ut in Basilica Vaticana Principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi

ri, personaggi prudenti, gravi, e religiosi, i quali a nome loro v' intervengano, e procurino con tutta la diligenza, secondo che richiede la loro pietà, che i Prelati dei loro regni, e dominj, senza remora ed indugio in tempo così necessario prestino il loro officio a Dio, ed alla Chiesa, non dubitando, che i medesimi non siano anche per procurare, che sicuro e libero sia il viaggio pei loro regni e dominj ai Prelati, e ai loro familiari, compagni, ed a tutti gli altri, che vanno, e vengono dal Concilio; e in qualunque luogo sieno ricevuti e trattati benignamente, e piacevolmente, siccome per quanto a noi appartiene, noi stessi pure procureremo; i quali abbiamo decretato di non lasciare indietro niente affatto di ciò, che da noi in questo posto costituiti prestar si possa pel compimento di così pia e salutevole opera; niente altro cercando, come Dio sa; niente altro avendo noi in vista nel celebrare questo Concilio, se non l' onore dello stesso Dio, la riduzione delle pecorelle sbandate, e la salute, e la perpetua tranquillità, e quiete della Cristiana Repubblica. Perchè poi queste lettere, e le cose, che in esse si contengono, arrivino alla notizia di tutti quelli, a' quali conviene, nè alcuno possa servirsi della scusa, di non averle sapute, specialmente non essendo forse aperto l' adito a tutti, i quali bisognerebbe che di queste lettere fossero fatti consapevoli, vogliamo, e commettiamo, che nella Basilica Vaticana del Principe degli Apostoli, e nella Chiesa Lateranense, allora quando in esse suol radunarsi il popolo per intervenire alle solennità delle Messe, pubblicamente a chiara voce sieno recitate dai Banditori

della Curia, o da alcuni Notaj pubblici; e dopo che saranno state recitate, sieno affisse alle porte di quelle Chiese, e parimenti della Cancellaria Apostolica, e nel luogo solito del Campo Fiore, ed ivi sieno lasciate per qualche tempo, perchè possano esser lette, e note a tutti: quando poi di là si leveranno, gli esemplari delle medesime stiano affissi nei medesimi luoghi. Imperciocchè noi mediante questa lettura, pubblicazione, ed affissione vogliamo che tutti, e cadauno, i quali si comprendono in queste lettere, dopo due mesi dal giorno della pubblicazione, ed affissione di esse, siano astretti ed obbligati come se quelle fossero state pubblicate e lette ad essi medesimi: commettiamo, e ordiniamo, che senza alcuna esitanza si presti fede, anche ai trasunti di esse, i quali saranno scritti, e sottoscritti per mano di qualche pubblico Notajo, e muniti del sigillo, e della sottoscrizione di qualche persona costituita in dignità ecclesiastica. Non sia dunque in alcun modo lecito ad uomo alcuno di lacerare questa carta della nostra intimazione, statuto, decreto, precetto, avviso, ed esortazione, o di contravvenire ad essa con temerario ardimento. Se qualcheduno poi presumerà di tentar ciò, sappia che sarà per incorrere lo sdegno di Dio Onnipotente, e dei Beati di lui Apostoli Pietro, e Paolo.

Data in Roma appresso S. Pietro l'anno dell'Incarnazione del Signore 1560. 29. Novembre. L'anno primo del nostro Pontificato.

Antonio Fiorebello.

Barengo.

tunc, cum in eis populus, ut Missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam clara voce a Curiæ nostræ cursoribus, seu notariis aliquibus publicis recitentur; & postquam recitatæ fuerint, ad vulvas earum Ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur; ibique, quo legi, & omnibus innotescere possint, aliquamdiu relinquantur: cum autem inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa remaneant. Non enim per recitationem hanc, publicationem, & affixionem, omnes, & singulos, qui in his litteris comprehenduntur, post duos menses a die publicationis, & affixionis earum, volumus perinde districtos, & obligatos esse, ac si ipsemet illæ coram editæ, & lectæ fuissent; transumptis quoque earum, quæ manu publici alicujus notarii scripta, subscriptave, & sigillo, & subscriptione alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, ut sine dubitatione ulla fides habeatur, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ indictionis, statuti, decreti, præcepti, admonitionis, & adhortationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLX. III. Kal. Decembris. Pontificatus nostri anno primo.

Antonius Florebellus.

Barengus

SESSIO XVII.

Quæ est prima sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die XVIII. Januar. MDLXII.

Decretum de celebrando Concilio.

PLacet ne vobis ad laudem, et gloriam Sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ad incrementum, et exaltationem fidei, et religionis Christianæ, sacrum, œcumenicum, et generale Concilium Tridentinum, in Spiritu Sancto legitime congregatum ab hodierno die, qui est XVIII. mensis Jan. anni a Nativitate Domini MDLXII. Cathedræ Romanæ B. Petri Apostolorum Principis consecrato, sublata quacumque suspensione, juxta formam, et tenorem litterarum Sanctissimi Domini nostri Pii IV. Pont. Max. celebrari, (a) et in eo ea, debito servato ordine, tractari, quæ proponentibus Legatis, ac Præsidentibus, ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de religione controversias, coercendas linguas dolosas, depravatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram, atque Christianam pacem conciliandam apta, et idonea ipsi Sanctæ Synodo videbuntur? *Responderunt*, Placet.

Indictio futuræ Sessionis.

Placet ne vobis, proximam futuram Sessionem habendam, et celebrandam esse feria quinta post secundam Dominicam Quadragesimæ, quæ erit die XXVI. mensis Februarii? *Responderunt*, Placet.

SESSIONE XVII.

Ch' è la prima sotto Pio IV. Pontef. Massimo.

Celebrata il dì 18. del mese di Gennajo MDLXII.

Decreto sulla celebrazione del Concilio.

VI piace a lode, e gloria della Santa, e individua Trinità, Padre, e Figliuolo, e Spirito Santo, ad accrescimento, ed esaltazione della fede, e della religion Cristiana, che dal giorno d' oggi, ch' è il 18. del mese di Gennajo dell' anno dalla nascita del Signore 1562. consecrato alla Cattedra Romana del Beato Pietro Principe degli Apostoli, tolta qualunque sospensione, giusta la forma, e tenore delle Lettere del Santissimo Signor Nostro Pio IV. Pontefice Massimo, vi piace, dico, che si celebri il Sacro Ecumenico, e generale Concilio di Trento, e che in esso, osservato il dovuto ordine, si trattino quelle cose, le quali proposte dai Legati, e Presidenti sembreranno allo stesso Santo Sinodo atte ed acconcie, per togliere le calamità di questi tempi, sedare le controversie intorno la religione, raffrenare le lingue ingannatrici, correggere gli abusi dei costumi corrotti, procurare una vera, e cristiana pace alla Chiesa? Risposero, *ci piace.*

Intimazione della futura Sessione.

Vi piace, che la prossima futura Sessione si tenga, e si celebri nella feria quinta dopo la seconda Domenica di Quaresima, che sarà il dì 26. del mese di Febbrajo? Risposero, *ci piace.*

(a) Infra Sess. 24, & 25. c. 21. de ref.

SESSIONE XVIII.

Ch' è la seconda sotto Pio IV. Pontefice Massimo.

Celebrata il dì 26. di Febbrajo 1562.

Decreto circa la scelta dei libri, e circa all' invitar tutti al Concilio sotto la fede pubblica.

IL Sacrosanto, Ecumenico, e general Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, non già confidato nelle forze umane, ma appoggiato bensì sulla assistenza ed ajuto di nostro Signor Gesù Cristo, il quale promise di dare la voce, e la sapienza alla sua Chiesa, sopra tutto pensa a restituire una volta nella sua purità, e splendore la dottrina della fede Cattolica, deturpata, ed oscurata in molti luoghi dalle opinioni di molti discordanti fra loro, e a richiamare a miglior sistema di vita i costumi, i quali deviarono dall' antico instituto, e a convertire il cuore dei padri ai figliuoli, ed il cuore dei figliuoli ai padri. Avendo per tanto prima di tutto considerato, che in questo tempo troppo è cresciuto il numero dei libri sospetti, e perniciosi, nei quali si contiene una corrotta dottrina, che ampiamente, e diffusamente si sparge; locchè in vero diede occasione perchè piamente e zelantemente fossero promulgate molte censure in varie Provincie, e specialmente nell' alma Città di Roma; e ciò non pertanto a que-

SESSIO XVIII.

Quæ est secunda sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die XXVI. Feb. MDLXII.

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica invitandis.

SAcrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, non humanis quidem viribus confisa, sed Domini nostri Jesu Christi, (*a*) qui os, & sapientiam Ecclesiæ suæ daturum se promisit, ope & auxilio freta, illud præcipue cogitat, ut Catholicæ fidei doctrinam, multorum inter se dissidentium opinionibus, pluribus locis inquinatam, & obscuratam in suam puritatem, & splendorem aliquando restituat; & mores, qui a veteri instituto deflexerunt, ad meliorem vitæ rationem revocet, corque (*b*) patrum ad filios, & cor filiorum ad patres convertat. (*c*) Cum itaque omnium primum animadverterit, hoc tempore, suspectorum, ac perniciosorum librorum, quibus doctrina impura continetur, & longe, lateque diffunditur, numerum nimis excrevisse: quod quidem in causa fuit, ut multæ censuræ in variis provinciis, & præsertim in alma urbe Roma, pio quodam zelo editæ fuerint; neque

(*a*) Lucæ 21. (*b*) Lucæ 1. (*c*) Infra Sess. ult. circa fin.

tamen huic tam magno, ac perniciosO morbo salutarem ullam profuisse medicinam: (a) censuit, ut delecti ad hanc disquisitionem Patres de censuris, librisque, quid facto opus esset, diligenter considerarent, atque etiam ad eamdem Sanctam Synodum suo tempore referrent; quo facilius ipsa possit varias, & peregrinas doctrinas tamquam (b) zizania, a Christianæ veritatis tritico separare; deque his commodius deliberare, & statuere, quæ ad scrupulum ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum causas, magis opportuna videbuntur. Hæc autem omnia ad notitiam quorumcumque deducta esse vult, prout etiam præsenti decreto deducit: ut, si quis ad se pertinere aliquo modo putaverit, quæ vel de hoc librorum, & censurarum negotio, vel de aliis, quæ in hoc generali Concilio tractanda prædixit, non dubitet a Sancta Synodo se benigne auditum iri.

Quoniam vero eadem Sancta Synodus ex corde optat, Deumque enixe rogat, (c) quæ ad pacem sunt Ecclesiæ, ut universi communem matrem in terris agnoscentes, quæ (d) quos peperit, oblivisci non potest, unanimes, (e) uno ore glorificemus Deum, & Patrem Domini nostri Jesu Christi; per viscera misericordiæ ejusdem Dei, & Domini nostri, omnes, qui nobiscum communionem non habent, ad concordiam

sto sì grande, e pernicioso morbo non ha giovato alcuna salutevole medicina; giudicò bene, che i Padri scielti per siffatta disamina, considerassero diligentemente, cosa fosse d'uopo farsi sopra le censure, ed i libri, ed anche a suo tempo ne dessero parte al medesimo Santo Sinodo, acciocchè esso più facilmente possa separare le varie, e forestiere dottrine, come zizania dal frumento della Cristiana verità, e deliberare intorno a queste più commodamente, e stabilire quelle cose, le quali sembreranno più opportune per levare dagli animi di molti lo scrupolo, e per togliere i motivi di molti lamenti. Queste cose poi tutte vuole che siano recate a notizia di tutti, come anche le reca col presente decreto; cosichè se taluno giudicherà, che in qualche modo se gli appartengano le cose, che ha preconizzato doversi trattare in questo Santo Concilio sull' affare dei libri, delle censure, ed altre, non dubiti di non esser benignamente dal Santo Sinodo ascoltato.

Giacchè poi il medesimo Santo Sinodo di cuore desidera, e dimanda instantemente a Dio quelle cose, le quali fanno per la pace della Chiesa, affinchè tutti riconoscendo in terra la comune madre, la quale non può dimenticarsi di quelli, i quali partorì, concordemente ad una sola voce, lodiamo Dio, ed il Padre del nostro Signor Gesù Cristo; invita, ed esorta per le viscere della misericordia del medesimo Dio, e Signor nostro, tutti quelli, i quali non comu-

(a) Infra Sess. 25. in fin.
(b) Matth. c. 21. c. ita nos in fin. 25. qu.
(c) Psalm. 121.
(d) Isaiæ 49.
(e) Rom. 15.

nicano con noi, alla concordia, e riconciliazione, e a venire a questo Santo Sinodo, e ad abbracciare la carità, ch' è il vincolo della perfezione, e a portare palesemente nei loro cuori in un sol corpo la pace esultante di Cristo, nella quale sono stati chiamati. Ascoltando dunque questa voce, non umana, ma dello Spirito Santo, non indurino i loro cuori, ma camminando non già nel loro sentimento, nè piacendo a se medesimi, si risveglino, e si convertano ad un avviso tanto pio, e salutevole della lor madre. Perciocchè il Santo Concilio, siccome gli invita con tutti gli uffizj della carità, così gli abbraccierà.

Inoltre il medesimo Santo Sinodo decretò, che si possa conceder la pubblica fede nella Congregazion Generale, e che questa sia per avere la medesima forza, e sia per essere del medesimo peso e valore, come se fosse stata data, e decretata in pubblica Sessione.

Intimazione della futura Sessione.

Il medesimo Sacrosanto Concilio di Trento radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, stabilisce, ed ordina, che la prossima futura Sessione si tenga, e si celebri la feria quinta dopo la sacratissima festa dell' Ascensione del Signore, che sarà il dì 14. del mese di Maggio.

& reconciliationem, & ut ad hanc Sanctam Synodum veniant, invitat, atque hortatur; utque charitatem, (a) quod est vinculum perfectionis, amplectantur; pacemque Christi, exultantem in cordibus suis, præseferant, in quam vocati sunt, in uno corpore. Hanc ergo non humanam, sed Spiritus Sancti vocem audientes, (b) ne obdurent corda sua, sed in suo sensu non (c) ambulantes, neque sibi (d) placentes, ad tam piam, & salutarem matris suæ admonitionem excitentur, & convertantur: omnibus enim charitatis officiis Sancta Synodus, eos ut invitat, ita complectetur.

Insuper eadem Sancta Synodus decrevit, fidem publicam in congregatione generali concedi posse, & eamdem vim habituram, ejusdemque roboris, & momenti futuram, ac si in publica Sessione data, & decreta fuisset.

Indictio futuræ Sessionis.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum festum Ascensionis Domini, quæ erit die XIV. Mensis Maji.

(a) Colos. 3.
(b) Psal. 94, & Hebr. 3.
(c) Ephes. 4.
(d) Rom. 15.

(a) *Salvus Conductus, concessus Germanicæ Nationi in Congregatione generali die XIV. Martii MDLXII.*

SAcrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Sedis Apostolicæ Legatis, universis fidem facit; quod omnibus, et singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, et aliis quibuscumque viris, cujuscumque status, et conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ provinciæ, et nationis, civitatibus, ac aliis locis ejusdem, et omnibus aliis ecclesiasticis, et sæcularibus, præsertim Augustanæ confessionis, personis, qui, aut quæ una cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quocumque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem, et plenissimam, verissimamque securitatem, quam salvum conductum appellant, libere ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi, una cum ipsa Synodo de quibuscumque negotiis tractandi, examinandi, discutiendi, et omnia, quæcumque ipsis libuerit, ac articulos quoslibet tam scripto, quam verbo libere offerendi,

Salvo-Condotto concesso alla Nazione Germanica nella Congregazione generale il dì 14. di Marzo 1562.

IL Sacrosanto, Ecumenico, e general Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi Legati della Santa Sede Apostolica, fa fede a tutti, che a tutti, e cadauno de' Sacerdoti, Elettori, Principi, Duchi, Marchesi, Conti, Baroni, Nobili, militari, popolari, ed altri qualsivogliano personaggi della Provincia, e Nazione Germanica, di qualunque stato, e condizione, o qualità essi siano, alle Città, e ad altri luoghi della medesima, e a tutti gli altri Ecclesiastici, e Secolari, specialmente alle persone della Confessione Augustana, i quali, o le quali insieme cogli stessi verranno, o saranno spediti, o sono per venire, o sino ad oggi vennero a questo generale Concilio di Trento, con qualunque nome siano, o possano esser chiamati, col tenore delle presenti impartisce, e del tutto concede una publica fede, e una pienissima sicurezza, la quale chiamano salvo-condotto, di venire liberamente a questa Città di Trento, e di colà fermarsi, di stare, dimorare, proporre, parlare, di trattare, esaminare, ventilare insieme collo stesso Sinodo negozj di qualunque sorta, e di presentare e manifestare liberamente tanto in iscritto, quanto in voce tutto ciò, che loro piacerà, e tutti gli articoli, che vorranno, e di spiegarli, corroborarli, e persuaderli colle Sacre Scrittu-

(a) Hic Salvus conductus, excepta extensione ad alias nationes, habetur supra Sess. 15.

re, e colle parole, sentenze, e ragioni dei Beati Padri, e se occorrerà, di rispondere anche alle obbiezioni del Concilio generale, e di disputare cristianamente, o caritatevolmente, di conferire senza alcun impedimento con quelli, allontanate del tutto le ingiurie, le villanie, e gli strapazzi, e segnatamente, che si trattino nel predetto Concilio Tridentino le cause controverse secondo la Sacra Scrittura, e le Tradizioni Apostoliche, i Concilj approvati, ed il consenso della Chiesa Cattolica, e le autorità dei Santi Padri; aggiuntovi anche, che col pretesto di religione, o di delitti intorno la medesima commessi, o da commettersi non siano puniti: e in guisa tale ancora, che per la loro presenza, nè in viaggio, o nell' andare, restare, o ritornare da qualunque luogo, nè nella stessa Città di Trento si cessi in qualsivoglia maniera dai divini offizj: E che fatte, o non fatte queste cose, ogniqualvolta loro piacerà, o per comando, e consenso de' loro Maggiori desidereranno, o alcuno d'essi desidererà di ritornare ai proprj luoghi, tosto senza alcuna renitenza, ed occasione, o ritardo, salve le cose loro, e l'onore parimenti, e le persone di essi, possano all'incontro a beneplacito liberamente, e sicuramente ritornare; colla cognizione però ed intelligenza di quelli, che dal medesimo Concilio dovranno deputarsi, perchè allora opportunamente sia provveduto, senza inganno, e frode alla loro sicurezza. Vuole anche il Santo Concilio che in questa pubblica fede, e salvo-condotto s'includano, e si contengano, e si abbiano per incluse tutte le clausu-

propalandi, eosque Scripturis Sacris, et Beatorum Patrum verbis sententiis, et rationibus declarandi, astruendi, et persuadendi, et si opus fuerit, etiam ad objecta Concilii generalis respondendi, et cum iis, qui a Concilio delecti fuerint, disputandi christiane aut charitative absque omni impedimento conferendi, opprobriis, convitiis, ac contumeliis penitus semotis et signanter, quod causæ controversæ (*a*) secundum Sacram Scripturam, et Apostolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Ecclesiæ consensum, et Sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur: illo etiam addito, ut religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum aut committendorum, minime puniantur, impartitur, ac omnino concedit: sic etiam, ut propter illorum præsentiam, neque in itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa civitate Tridentina a divinis officiis quovis modo cessetur. Et ut, his peractis, vel non peractis, quandocumque ipsis libuerit, aut majorum suorum mandato, et assensu ad propria reverti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla renitentia, et occasione, aut mora, salvis rebus eorum, et suorum pariter honore, & personis vice versa possint juxta beneplacitum libere, & secure redire; de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, ut tunc opportune eorum securitati, absque dolo, &

(*a*) Supra Sess. 5. in princ.

fraude provideatur. Vult etiam Sancta Synodus in hac publica fide, salvoque conductu, omnes quascumque clausulas includi, ac contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate, in eundo, stando, & redeundo, necessariæ, & opportunæ fuerint. Illud etiam ad majorem securitatem, & pacis, ac conciliationis bonum, exprimens, quod, si quispiam, aut illorum aliqui sive in itinere, Tridentum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme, (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ, & assecurationis beneficium, eis concessum, annullari, aut cassari, vult, & concedit, ut in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsis dumtaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniantur; illorum assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut si quisquam, vel aliqui ex ipsa Synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ, & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli; in hujusmodi facinore deprehensi ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab aliis, condigna animadversione, & emenda sufficienti, per partem Dominorum Germanorum Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium, merito laudanda, & approbanda,

le, le quali saranno, necessarie, ed opportune per la piena, efficace, e sufficiente sicurezza, nell' andare, stare, e ritornare. Esprimendo anche a maggior sicurezza, e bene della pace, e riconciliazione, che se alcuno, od alcuni di quelli, od in viaggio, venendo a Trento, o colà dimorando, o ritornando, avranno fatto, o commesso (che Dio nol voglia) qualche enormità, per la quale si potesse annullare, o cassare il benefizio loro concesso di questa pubblica fede, e assicurazione, vuole, e concede, che scoperti in tale delitto, dopo siano puniti dagli stessi solamente, e non da altri con condegno castigo, con una sufficiente emenda, da approvarsi, e lodarsi meritamente per parte dello stesso Sinodo: restando del tutto intatti la forma, le condizioni, ed i modi della loro assicurazione. Parimente ancora vuole, che se alcuno, od alcuni dello stesso Concilio, od in viaggio, o nel soggiorno, o nel ritorno avranno fatto, o commesso (che Dio nol voglia) qualche enormità, onde si potesse violare o in qualche maniera togliere il benefizio di questa pubblica fede, ed assicurazione, scoperti in tale delitto, dopo siano puniti dallo stesso Santo Sinodo solamente, e non da altri con condegno gastigo, ed emenda sufficiente da lodarsi meritamente, e da approvarsi per parte dei Signori Germani della Confession Augustana, allora quì presenti, restando del tutto intatti la presente forma, le condizioni, ed i modi della assicurazione. Vuole inoltre lo stesso Sinodo, che sia lecito agli stessi Ambasciatori, a tutti, e ciascheduno, qualunque volta sarà opportuno, o necessario, di uscire della Città di Trento

per prender aria, e ritornare alla medesima, come pure di liberamente mandare, o destinare il nunziò, od i loro nunzj, a qualunque luogo per ordinare i loro necessarj negozj, e di ricevere gli stessi mandati, o destinati, o mandato, e destinato, qualunque volta sembrerà loro espediente: cosicchè da quelli, che verran deputati dal Concilio, vi si accompagnino alcuni, od alcuno, i quali provvedano, o provveda alla loro sicurezza. Il qual salvo-condotto, e sicurezza debba stare, e durare dal tempo, e pel tempo, in cui avverrà che i medesimi siano ricevuti sotto la protezione dello stesso Sinodo, e dei suoi, e siano condotti fino a Trento, ed in tutto il tempo della loro dimora colà, e di nuovo dopo avuta una sufficiente udienza, premesso lo spazio di giorni venti, quando gli stessi dimanderanno, od il Concilio, avuta una tale udienza, intimerà loro partire da Trento, col favor di Dio, li restituirà fino a quel luogo che ciascheduno si avrà scelto per sicuro, esclusi del tutto, l'inganno, e la frode.

mox puniantur, præsentis assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus, omnibus, & singulis, toties quotiescumque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam, exire de civitate Tridentina, & reverti ad eamdem, necnon nuntium, vel nuntios suos ad quæcumque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere, seu destinare, ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum, & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos Concilii socientur, qui eorum securitati provideant, vel provideat. Qui quidem salvus conductus, & securitas stare, ac durare debeat a tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum, post sufficientem audientiam habitam spatio viginti dierum præmisso, cum ipsi petierint, aut Concilium habita hujusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, a Tridento usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo favente, restituet, dolo & fraude prorsus exclusis.

Le quali cose tutte promette e di buona fede assicura doversi inviolabilmente osservare per tutti, e ciascheduno de' Cristiani, per tutti i Principi, tanto Ecclesiastici, quanto secolari di qualunque genere, e per tutte le altre persone Ecclesiastiche,

Quæ quidem omnia pro universis, & singulis Christifidelibus, pro omnibus Principibus, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus quibuscumque, atque omnibus aliis ecclesiasticis, ac sæcularibus personis, cujuscumque status, &

conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur, inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet.

Insuper omni fraude, & dolo exclusis, vera, & bona fide promittit, ipsa Synodum nullam vel manifeste, vel occulte occasionem quæsituram, aut aliqua auctoritate, potentia, jure, vel statuto, privilegio legum, vel canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præsertim (a) Constantiensis, & Senensis, quacumque forma verborum expressa, in aliquod hujus fidei publicæ, & plenissimæ assecurationis, ac publicæ, & liberæ audientiæ, ipsis per ipsam Synodum concessæ, præjudicium quovis modo usuram, aut quemquam uti permissuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si Sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cujuscumque conditionis vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis, & salvi conductus formam, & modum in quocunque puncto, vel clausula violaverit, (quod tamen avertere dignetur Omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, ipsorum arbitrio merito approbanda, & laudanda, habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas jure divino, & humano, aut consuetudine, hujusmodi salvorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione.

e secolari, di qualsivoglia stato, e condizione sieno, o con qualsivoglia nome s' appellino.

Di più esclusa ogni frode, ed inganno, con vera, e buona fede promette, che lo stesso Sinodo non sarà per cercare alcuna occasione, o manifestamente, od occultamente, o per servirsi in alcuna maniera, o permettere che alcuno si serva di qualche autorità, potenza, diritto, o statuto, privilegio di leggi, o di Canoni, o di qualsivoglia Concilio, specialmente di Costanza, e di Siena, espresso con qualunque forma di parole, in qualche pregiudizio di questa pubblica fede, e pienissima sicurezza, e pubblica, e libera udienza, concessa loro dallo stesso Sinodo: alle quali cose tutte deroga per questa parte. Che se il Santo Concilio, o qualcheduno di quello, e dei suoi, di qualsivoglia condizione, o stato, o preminenza, violerà in qualsisia punto o clausula la forma, e il modo della preseritta assiturazione, e salvo-condotto, (lochè però si degni l' Onnipotente di tener lontano) e immantinente non ne sia seguita una sufficiente emenda, da approvarsi, e lodarsi con ragione, ad arbitrio degli stessi, tengano, e potranno tenere, che lo stesso Sinodo sia incorso in tutte le pene, le quali i violatori dei salvi-condotti di tal sorta possono incorrere per gius divino, ed umano, o per consuetudine, senza alcuna scusa, o contraddizione di qualunque sorta in questa parte.

(a) Conc. Constant. Sess. 19. in cap. 1. *Quod non obstantibus salvis conductibus.*

Estensione alle altre nazioni.

Il medesimo Sacrosanto Concilio, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legati de Latere *della Sede Apostolica, concede la fede pubblica, o sia il salvo-condotto, sotto la medesima forma, e sotto le medesime parole, colle quali si concede ai Germani, a tutti, e ciascheduno degli altri, i quali non hanno comunicazione con noi, in quelle cose, le quali sono di fede, di qualunque Regno, Nazione, Provincia, Città, e luogo, dove pubblicamente, ed impunemente si predica, o s'insegna, o si crede il contrario di quello, che sente la Santa Romana Chiesa.*

Extensio ad alias nationes.

Eadem Sacrosancta Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis de latere Legatis, omnibus, & singulis aliis, qui nobiscum in iis, quæ sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscumque regnis, nationibus, provinciis, civitatibus, ac locis, in quibus publice, & impune prædicatur, vel docetur, sive creditur contrarium ejus, quod Sancta Romana sentit Ecclesia, dat fidem publicam, sive salvum conductum sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.

SESSIONE XIX.

Ch'è la terza sotto Pio IV. Pontef. Massimo.

Celebrata il dì 14. di Maggio 1562.

Decreto della proroga della Sessione.

Il Sacrosanto, Ecumenico, e general Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, stimò doversi prorogare, e proroga quei Decreti, i quali oggi nella presente Sessione si dovevano stabilire, e decretare, per alcune giuste, ed oneste cause nella feria quinta, dopo la prossima solennità del Corpo di Cristo, che sarà li 4. di Giugno, e intima a tutti, che in detto giorno si ha da tenere e celebrare la Sessione. Intanto si deve pregar Dio, Padre del nostro Signor Gesù Cristo, autor della pace, acciocchè santifichi i cuori di tutti;

SESSIO XIX.

Quæ est tertia sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die XIV. Maji MDLXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, decreta ea, quæ hodie in præsenti Sessione statuenda, ac sancienda erant, justis nonnullis, ac honestis causis, in feriam quintam, post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie nonas Junii, proroganda censuit, ac prorogat, dictaque die Sessionem habendam, ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogandus est Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, auctor pacis, ut

sanctificet corda omnium; quo adjuvante, Sancta Synodus & nunc, & semper meditari, atque peragere valeat, quæ ad ejus laudem, & gloriam pertineant.

SESSIO XX.

Quæ est quarta sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die IV. Junii MDLXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

SAcrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, propter varias difficultates, ex diversis causis exortas, atque etiam, ut congruentius, majorique cum deliberatione omnia procedant, nempe ut dogmata cum iis, quæ ad reformationem spectant, simul tractentur, & sanciantur; ea, quæ statuenda videbuntur tam de reformatione, quam de dogmatibus, in proxima Sessione, quam omnibus indicit, in diem sextam decimam subsequentis mensis Julii, definienda esse decrevit: (a) hoc tamen adjecto, quod dictum terminum ipsa Sancta Synodus pro ejus arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilii putaverit expedire, etiam in generali Congregatione, restringere, & prorogare libere possit, & valeat.

coll' ajuto del quale, il Santo Concilio, ed ora, e sempre possa meditare, e fare quelle cose, le quali appartengano alla di lui lode, e gloria.

SESSIONE XX.

Ch' è la quarta sotto Pio IV. Pontefice Massimo.

Celebrata il dì 4. Giugno 1562.

Decreto della proroga della Sessione.

IL Sacrosanto, Ecumenico, e general Conc. di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, per varie difficoltà insorte da diversi motivi, ed anche, perchè tutte le cose procedano con più congruenza, e con maggior deliberazione, appunto perchè i dogmi insieme si trattino con quelle cose, le quali appartengono alla riforma, e si decretino quelle, le quali pareranno da decretarsi, tanto intorno la riforma, quanto intorno i dogmi, nella prossima Sessione, la quale intima a tutti; decretò doversi definire nel giorno decimo sesto del susseguente mese di Luglio; con questa condizione però, che lo stesso Santo Concilio possa, e voglia liberamente restringere, e prorogare il detto termine, anche nella Congregazion generale a di lui arbitrio, e volontà, siccome stimerà tornar in acconcio agli affari del Concilio.

(a) Idem supra Sess. 6.

SESSIONE XXI.

Ch' è la quinta sotto Pio IV. Pontef. Massimo.

Celebrata il dì 16. Luglio 1562.

Dottrina della Comunione sotto le due specie, e dei fanciulli.

IL Sacrosanto, Ecumenico, e generale Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, avvegnachè per artifizio del maligno demonio in diversi luoghi si spargino intorno il tremendo e SS. Sacramento dell' Eucaristia varj errori, e varie mostruosità per le quali molti in alcune provincie sembrano essersi dipartiti dalla fede, ed obbedienza della Chiesa Cattolica; stimò doversi in questo luogo esporre quelle cose, le quali appartengono alla Comunione sotto le due specie, e dei fanciulli. Per la qual cosa proibisce a tutti i Cristiani, che in avvenire non osino credere, od insegnare, o predicare diversamente da quel che è stato spiegato, e definito in questi decreti.

CAPO I.

Che i Laici, ed i Cherici, che non celebrano, non sono obbligati per gius divino alla Comunione sotto le due specie.

PErtanto lo stesso Santo Concilio, ammaestrato dallo Spirito Santo, il quale è spirito di sapienza, e di intelletto, spirito di consiglio, e di pietà; e seguitando il giudizio, e la

SESSIO XXI.

Quæ est quinta sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die XVI. Julii MDLXII.

Doctrina de Communione sub utraque specie, & parvulorum.

SAcrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, cum de tremendo, & Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento varia diversis in locis errorum monstra nequissimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis provinciis multi a Catholicæ Ecclesiæ fide, atque obedientia videantur discessisse, censuit ea, quæ ad communionem sub utraque specie, & parvulorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christifidelibus interdicit, ne posthac de iis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quam est his decretis explicatum, atque definitum.

CAPUT I.

Laicos, & Clericos non conficientes, non adstringi jure divino ad Communionem sub utraque specie.

ITaque Sancta ipsa Synodus, a Spiritu Sancto, qui spiritus est (*a*) sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ (*b*) ju-

(*a*) Isaiæ 11. (*b*) Conc. Constant. Sess. 13. infra can. 2.

dicium, & consuetudinem secuta, declarat, ac docet, nullo divino præcepto Laicos, & Clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto, salva fide, dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat; nam, (a) etsi Christus Dominus in ultima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis, & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio, & traditio eo tendunt, ut omnes Christifideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam adstringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Joannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei Communionem a Domino præceptam esse, uteumque juxta varias Sanctorum Patrum, & doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: (b) *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; dixit quoque:* (c) *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et qui dixit:* (d) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam; dixit etiam:* (e) *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Is denique, qui dixit:* (f) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: dixit nihilominus:* (g) *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

consuetudine della stessa Chiesa, dichiara, ed insegna, che per nessun precetto divino i Laici, ed i Cherici che non celebrano, sono tenuti a ricevere il Sacramento dell' Eucaristia sotto l' una, e l' altra specie; nè che in alcuna maniera, salva la fede, si può dubitare, che non basti loro per la salute la Comunione dell' una, o dell' altra specie: imperciocchè, sebbene Cristo Signore nell' ultima cena istituì questo venerabile Sacramento nella specie del pane, e del vino, e lo diede agli Apostoli; quella istituzione, e tradizione però non vogliono significare che tutti i Cristiani per decreto del Signore siano tenuti a ricevere l' una, e l' altra specie. Ma neppur da quelle parole presso Giovanni al capo 6. rettamente si raccoglie, che la Comunione dell' una, e dell' altra specie sia stata comandata dal Signore, comunque s' intenda secondo le varie interpretazioni dei Santi Padri, e Dottori. Imperciocchè quegli, il quale disse: Se non mangierete la carne del Figliuol dell' uomo, e berrete il di lui sangue, non avrete la vita in voi; *disse ancora:* Se qualcheduno mangierà di questo pane, viverà in eterno. *E quegli, il quale disse:* Chi mangia la mia carne, e beve il mio sangue, ha la vita eterna; *disse ancora:* Il pane, il quale io darò, è la mia carne per la vita del mondo. *Quegli finalmente, il quale disse:* Chi mangia la mia carne, e beve il mio sangue, resta in me, ed io in quello; *disse parimenti:* Chi mangia questo pane, viverà in eterno.

(a) Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. 1. Cor. 11. (b) Joan. 6. (c) Ibid. (d) Ibidem. (e) Ibid. (f) Ibid. (g) Ibid.

CAPO II.

La potestà della Chiesa circa alla dispensa del Sacramento dell' Eucaristia.

Inoltre dichiara, che la Chiesa ebbe mai sempre questa facoltà, che nella dispensa dei Sacramenti, salva la loro sostanza, stabilì, o cangiò quelle cose, le quali, secondo appunto la varietà delle cose, dei tempi, e dei luoghi, giudicò essere maggiormente espedienti all' utilità di chi li riceve, o alla venerazione degli stessi Sacramenti. L' Apostolo poi sembrò di aver accennato ciò non oscuramente, quando disse: L' uomo stimi noi, come ministri di Cristo, e dispensatori dei misterj di Dio: *ed abbastanza in vero è manifesto che esso siasi servito di questa potestà, sì in molti altri, che in questo stesso Sacramento; quando, ordinate alcune cose intorno il di lui uso:* le altre, *disse, disporrò, quando verrò. Laonde riconoscendo la Santa Madre Chiesa questa sua autorità nell' amministrazione dei Sacramenti, sebbene sul principio della religion Cristiana, non raro sia stato l' uso dell' una e l' altra specie, nonostante col progresso del tempo mutata di già universalmente quella consuetudine, indotta da cause gravi, e giuste, approvò quest' altra consuetudine di comunicarsi sotto l' una o l' altra specie, e decretò doversi tenere per legge, la quale non è lecito di riprovare, o senza l' autorità della stessa Chiesa mutare a piacimento.*

CAPUT II.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiæ.

Præterea declarat, hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire judicaret: id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, cum ait: (a) *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei:* atque ipsum quidem hac potestate usum esse, satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa ejus usum: (b) *Cætera, inquit, cum venero, disponam.* Quare agnoscens Sancta Mater Ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ Religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset, tamen progressu temporis, latissime jam mutata illa consuetudine, gravibus, & justis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi (c) approbavit, & pro lege habendam decrevit: quam reprobare; aut sine ipsius Ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non licet.

(a) 1. Cor. 4. 2. Cor. 6.
(b) 1. Cor. 11. (c) Conc. Constant. Sess. 13.

CAPUT III.

Totum, & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

INsuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, (a) in suprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum, (b) atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi; ac propterea, quod ad fructum attinet nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.

CAPO III.

Che sotto cadauna delle specie si riceve Cristo tutto, ed intiero, e il vero Sacramento.

DI più dichiara, che quantunque il Redentor nostro, come per lo innanzi si è detto, abbia istituito nell' ultima cena questo Sacramento in due specie, e l' abbia dato agli Apostoli, nonostante si dee confessare che anche sotto l' una delle specie soltanto si riceve Cristo tutto ed intiero, e il vero Sacramento; e che perciò, per quanto appartiene al frutto, non vengono defraudati di alcuna grazia necessaria alla salute coloro, i quali ricevono una sola specie.

CAPUT IV.

Parvulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.

DEnique eadem Sancta Synodus docet, (c) parvulos, usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad Sacramentalem Eucharistiæ Communionem, siquidem per (d) Baptismi lavacrum regenerati, & Christo incorporati adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit: ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

CAPO IV.

Che i fanciulli non sono obbligati alla Comunione Sacramentale.

FInalmente il medesimo Santo Concilio insegna, che i fanciulli privi dell' uso di ragione non sono obbligati per alcuna necessità alla Comunione Sacramentale dell' Eucaristia: imperciocchè per mezzo del lavacro del Battesimo rigenerati, ed incorporati a Cristo, non possono in quell' età perdere la grazia già acquistata di figliuoli di Dio. Nè per questo tuttavia si deve condannare l' antichità, se qualche volta osservò quel costume in certi luoghi: imperciocchè siccome que' Padri Santissimi ebbero del loro operato una probabile causa, secondo l' indole di quel tempo, così certamente si deve credere senza alcuna controversia, che non abbiano essi ciò fatto per alcuna necessità della salute.

(a) Matth. 26. Marci 14. 1. Cor. 11. supra cap. 1.
(b) c. Qui manducant, c. Invitat. c. Singuli, de Cons. Dist. 2. sup. Sess. 13. c. 3. & can. 3. de Sacram. Euchar. (c) Infra can. 4. (d) Tit. 3.

Della Comunione sotto l'una e l'altra specie; e dei fanciulli.

CANONE I.

Se qualcheduno dirà, che per precetto di Dio, o per necessità della salute, tutti, e ciascheduno dei Cristiani debbano ricevere l'una e l'altra specie del Santiss. Sacramento dell'Eucaristia; sia scomunicato.

CANONE II.

Se qualcheduno dirà, che la Santa Chiesa Cattolica non sia stata indotta da giuste cause, e ragioni, a comunicare i laici, ed anche i cherici che non celebrano, solamente sotto la specie del pane, o che in ciò abbia errato; sia scomunicato.

CANONE III.

Se qualcheduno negherà, che sotto la sola specie del pane si riceva tutto, ed intiero Cristo fonte, ed autore di tutte le grazie, perchè, come certuni falsamente asseriscono, non si riceva sotto l'una e l'altra specie secondo l'istituzione dello stesso Cristo; sia scomunicato.

CANONE IV.

Se qualcheduno dirà, che ai fanciulli, prima che arrivino agli anni della discrezione, sia necessaria la Comunione dell'Eucaristia; sia scomunicato.

Riserbasi poi il medesimo Santo Sinodo, presentatasegli quanto prima l'occasione, di esaminare, e definire in altro tempo i due articoli, altre volte proposti, non per anco però discussi, cioè: Se le ragioni, dalle quali la

De Communione sub utraque specie, & parvulorum.

CANON I.

Si quis dixerit, (*a*) ex Dei præcepto, vel necessitate salutis omnes, & singulos Christifideles utramque speciem Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti sumere debere; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit Sanctam Ecclesiam (*b*) Catholicam non justis causis, & rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; anathema sit.

CANON III.

Si quis negaverit, totum (*c*) & integrum Christum omnium gratiarum fontem, & auctorem, sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi institutionem sub utraque specie sumatur; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (*d*) parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ Communionem; anathema sit.

Duos vero articulos, (*e*) alias propositos, nondum tamen excussos, videlicet: An rationes, quibus Sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes

(*a*) Supra cap. 1. Concil. Constan. Sess. 13.
(*b*) Supra c. 1, & Conc. Constant. ibid.
(*c*) Supra cap. 3, & Sess. 13. c. 3, & can. 3. Concil. Constant. ibid.
(*d*) Supra in princ. & c. 4.
(*e*) Supra Sess. 13. in fin. Vide etiam infra Sess. 22. in Decreto finali.

Sacerdotes, sub una tantum panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione Calicis usus cuiquam sit permittendus: & an si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui, vel nationi, vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit: & quænam sint illæ, eadem Sancta Synodus (*a*) in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinandos, atque definiendos reservat.

Decretum de Reformatione.

Eadem Sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ad Dei omnipotentis laudem, & Sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea quæ sequuntur, de reformationis negotio in præsenti statuenda esse censuit.

CAPUT I.

Episcopi gratis, tum Ordines conferant, tum dimissorias, & testimoniales dent, pro quibus eorum ministri nihil prorsus Notarii, quod in Decreto præfinitum est, accipiant.

(*b*) QUoniam (*c*) ab Ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis Ton-

S. Chiesa Cattolica fu indotta, a comunicare i laici, ed anche i Sacerdoti non celebranti sotto alla specie soltanto del pane, siano da ritenersi in maniera, che per nessuna ragione s' abbia a permettere a chichessia l' uso del calice: e, se per ragioni oneste, e convenienti alla carità cristiana sembri doversi concedere ad alcuna nazione, o regno l' uso del calice, s' abbia a concedere sotto alcune condizioni, e quali siano quelle.

Decreto sulla riforma:

Il medesimo Sacrosanto, Ecumenico, e general Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, a lode di Dio Onnipotente, e ad ornamento della Santa Chiesa, stimò doversi stabilire nella presente Sessione le cose, che seguono, intorno all' affare della riforma.

CAPO I.

I Vescovi diano gratuitamente sì gli Ordini, come le lettere dimissorie, o testimoniali, per le quali i Notaj loro ministri non ricevano, se non ciò che nel Decreto è stabilito.

POichè dall' Ordine Ecclesiastico deve esser lontano qualunque sospetto d' avarizia, i Vescovi, e gli altri collatori di Ordini, o i loro ministri, per qualsivoglia pretesto non

(*a*) Infra Sess. 21. Ibidem.
(*b*) Vide quæ circa Simoniacos statuit S. Pius V. in Const. *Cum primum* 1566.
(*c*) Conc. 2. Later. c. 1, & Later. 4. c. 63. Chalc. cap. 2. Braccaren. 2. cap. 3. Aurelian. 2. c. 3, & Tolet. & Can. 3. c. Sicut Episc. 1. qu. 2, & cap. 1. de sim.

ricevano cosa alcuna, anche spontaneamente offerta, per la collazione di qualsivoglia Ordine, anche della tonsura chiericale, nè per le lettere dimissorie, o testimoniali, nè per sigillo, nè per qualsivoglia altra causa. I Notaj poi in que' luoghi soltanto, nei quali non fiorisce il lodevole costume di non ricever niente, possano ricever per ciascheduna lettera dimissoriale, a testimoniale, soltanto la decima parte d'un ducato d'oro, purchè loro non sia stato stabilito alcun salario per esercitar l'officio; nè al Vescovo dai vantaggj del Notajo possa o direttamente, o indirettamente provenire alcun emolumento per le medesime collazioni degli Ordini; imperciocchè decreta ch'eglino sieno allora onninamente tenuti a prestar la loro opera gratis, *cassando affatto, o proibendo le contrarie tariffe, e gli statuti, e le consuetudini anche immemorabili di qualsisia luogo, le quali piuttosto abusi, e corruttele si possono chiamare, che danno ansa alla simoniaca malvagità; e quelli, i quali faranno diversamente, tanto quei che danno, quanto quei che ricevono, incorrano* ipso facto *oltre il divino gastigo, le pene minacciate dalla legge.*

CAPO II.

Vengono allontanati dai Sacri Ordini quelli, che non hanno onde poter vivere.

NOn essendo conveniente, che quelli, i quali sono ascritti al divino ministero, mendichino con disonore dell'Ordine, ed esercitino qual-

suræ, nec pro (*a*) litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii Ordinum collatores, aut eorum ministri quovis prætextu accipiant. Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus, decimam tantum unius aurei partem accipere possint; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire possit: tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ, simoniacæ pravitati faventes, nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo: & qui secus fecerint, tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas (*b*) a jure inflictas ipso facto incurrant.

CAPUT II.

Arceantur a sacris Ordinibus, qui non habent, unde vivere possint.

CUm non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore (*c*) mendicare, aut sordidum aliquem

(*a*) De quibus Milevit. Concil. cap. 14.
(*b*) Locis supra citatis. (*c*) Cap. Diaconi sunt. §. Nunc autem, 63. Dist.

quæstum exercere; compertumque sit; complures plerisque in locis ad sacros Ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere; statuit Sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus (a) sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad Sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commode possit: & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, (b) unde vivere possint; antiquorum canonum pœnas super his innovando.

che sordido guadagno; ed essendo manifesto, che molti in varj luoghi sono ammessi ai sacri Ordini quasi senza nessuna scelta, i quali con varie arti, ed inganni fingono di ottenere un benefizio Ecclesiastico, o pure facoltà idonee: stabilisce il Santo Concilio, che nessun Chierico secolare in avvenire, quantunque per altro sia idoneo pei costumi, scienza, ed età, si promuova ai Sacri Ordini, se prima non consti legittimamente, che quegli posseda pacificamente un benefizio Ecclesiastico, che gli basti onestamente pel vitto. Questo benefizio poi non possa egli rinunciare, se non ricordando, d'essere stato promosso a titolo di quel benefizio; nè sia ammessa quella rinuncia, se non constando, che possa altronde comodamente vivere, e la rinuncia diversamente fatta sia nulla. Di quelli poi, i quali hanno il patrimonio, o una pensione, non possano in avvenire esser ordinati, se non coloro, che il Vescovo giudicherà doversi ricevere per la necessità, o vantaggio delle sue Chiese; conosciuto prima ancora, che quel patrimonio o pensione veramente si possieda da essi, e sieno tali, che bastino loro per sostentar la vita; nè quelli si possano poscia da essi in veruna maniera alienare, ed estinguere, senza licenza del Vescovo, finattantochè abbiano conseguito un sufficiente benefizio Ecclesiastico, o altronde abbiano, onde possano vivere, rinnovando sopra di ciò le pene dei canoni antichi.

(a) Bulla S. Pii V. 1568. quæ incipit, *Romanus*, extendit ad clericos regul. non professos, quæ tamen non ligat Religiosos Societatis JESU, licet vota tantum simplicia emiserint, quia vere nihilominus sunt Religiosi professi, uti declararunt Gregorius XIII. Bulla *Ascendente* 1584, & Gregorius XIV. Bulla *Ecclesia*, 1591.

(b) c. Non liceat, c. Episcopus, c. Cum secundum, & c. Tuis de præben. cap. Si Episcopus eodem in 6. Concil. Later. sub Alex. III. part. 1. cap. 9.

CAPO III.

Vien prescritta la maniera di accrescere le giornaliere distribuzioni: commendasi l'uso, in vigor del quale i non residenti nulla ricevono, o meno della terza parte dei frutti: è punita la contumacia degli assenti.

Essendo stati i benefizj costituiti per il culto divino, e per eseguire i doveri Ecclesiastici, perchè il culto divino non si diminuisca in parte alcuna, ma si presti a quello il dovuto ossequio in tutte le cose, il Santo Sinodo stabilisce, che nelle Chiese tanto Cattedrali, quanto Collegiate, nelle quali o non vi sono distribuzioni quotidiane, o sono così scarse, che verisimilmente si trascurano, si debba separare la terza parte dei frutti, e di tutti i proventi, e rendite tanto delle dignità, quanto dei Canonicati, personati, porzioni, ed offizj, e si convertano in quotidiane distribuzioni, le quali giusta la divisione da farsi dal Vescovo, anche come delegato della Sede Apostolica, nella stessa prima deduzione dei frutti, si dividano proporzionabilmente fra quelli che ottengono le dignità, e gli altri che assistono alle cose divine: salve però le consuetudini di quelle Chiese, nelle quali i non residenti, o non servienti, o non ricevono niente, o meno della terza parte, nonostanti le esenzioni, ed altre consuetudini anche immemorabili, e appellazioni di qualunque sorta; e crescendo la contumacia di quei che non servono, sia lecito di proceder contro di essi, giusta la di-

CAPUT III.

Ratio distributiones quotidianas augendi praescribitur: consuetudo, qua non residentes nihil, vel minus tertia parte fructuum percipiunt, laudatur: absentium contumacia punitur.

CUm (a) beneficia ad divinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium praestetur; statuit Sancta Synodus in Ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, (b) in quibus nullae sunt distributiones quotidianae, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum, separari debere, & in distributiones quotidianas converti, quae inter dignitates obtinentes, & caeteros divinis interessentes, proportionabiliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tamquam Apostolicae Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur: salvis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil, vel minus tertia parte, percipiunt: non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscumque. Crescen-

(a) c. fin. de refor. in 6.

(b) Infra Sess. 22. de reform. cap. 3.

teque non servientium contumacia, liceat contra eos procedere, juxta juris, (a) ac sacrorum canonum dispositionem.

CAPUT IV.

Sacramenta per convenientem Sacerdotum numerum exhibeantur. Ratio novas Parochias erigendi traditur.

EPiscopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus Ecclesiis Parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo; (b) cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In iis vero, in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem, Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, et divina officia audienda accedere non possunt; novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam constitutionis Alexandri III. quæ incipit, (c) *Ad audientiam*, constituere possint. Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque

sposizione del diritto, e dei Sacri Canoni.

CAPO IV.

Debbono amministrarsi i Sacramenti da un numero competente di Sacerdoti. Esponesi la maniera di erigere nuove Parrocchie.

I Vescovi, anche come delegati della Sede Apostolica, in tutte le Chiese Parrocchiali, o Battesimali, nelle quali il popolo sia così numeroso, che un solo Rettore non possa bastare per amministrare i Sacramenti Ecclesiastici, e per eseguire il culto divino, obblighino i Rettori, o altri, ai quali appartiene, di provvedersi per quest' offizio tanti Sacerdoti, quanti bastino ad amministrare i Sacramenti, e a celebrare il culto divino. In quelle poi, nelle quali per la distanza o per la difficoltà dei luoghi, i Parrocchiani senza grande incomodo non possono accostarsi a ricevere i Sacramenti, e ad udire i divini offizj, possano costituire nuove Parrocchie, anche contro la volontà dei Rettori, giusta la forma della Costituzione di Alessandro III. che incomincia, Ad audientiam. *A que' Sacerdoti poi, i quali per la prima volta si devranno destinare alle Chiese novellamente erette, si assegni una competente porzione, ad arbitrio del Vescovo, dai frutti in qualsivoglia maniera appartenenti alla Chiesa matrice; e, se sarà necessario, possa costringere*

(a) Infra Sess. 23. de reform. cap. 1. Cum ad hoc, & seq. de cleric. non resid.
(b) Cap. final. de Eccles. ædificat.
(c) Vide Infra XX.

il popolo, a somministrar quelle cose, le quali bastino a sostentare la vita di detti Sacerdoti, nonostante qualunque riserva generale, o speciale, o affezione sopra dette Chiese. Nè tali ordinazioni, ed erezioni possano togliersi, nè impedirsi per qualsivogliano provvisioni, anche in vigore di rinuncia, o per qualunque altra derogazione, o sospensione.

pertinentibus: et, si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam: quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis Ecclesiis, non obstantibus. Neque hujusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

CAPO V.

Possano i Vescovi fare unioni perpetue nei casi permessi dal dritto.

PErchè si conservi con dignità lo stato delle Chiese, dove si amministrano a Dio i Sacri Offizj, possano i Vescovi, anche come delegati della Sede Apostolica, secondo la forma del dritto, senza pregiudizio però de' possessori, fare unioni perpetue di qualsisia Chiesa Parrocchiale, e Battesimale, e d'altri benefizj curati, o non curati, co' curati, per la loro povertà, e negli altri casi permessi dal dritto, ancorchè le dette Chiese o benefizj fossero specialmente, e generalmente riservati, e in qualunque maniera affetti. Le quali unioni non possano rivocarsi, nè in qualunque modo sciogliersi in vigore di qualunque provvisione, anche per causa di rassegnazione, o derogazione, o sospensione.

CAPUT V.

Possint Episcopi facere uniones perpetuas in casibus a jure permissis.

UT etiam Ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur: possint Episcopi etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium, facere (a) uniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris casibus a jure permissis, etiam si dictæ Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta. (b) Quæ uniones etiam non possint revocari, nec quoquo modo infringi vigore cujuscumque provisionis: etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

(a) Cap. sicut unire, de excessib. Prælator. Conc. Later. sub Leone X. Sess. 9. de refor. Curiæ, & infra Sess. 24. de refor. cap. 13. supra Sess. 14. c. 6. de refor.

(c) c. Unio in 6. fin. 17. qu. 3. cap. & temporis, cum seq. 16. qu. 1.

CAPUT VI.

Imperitis Rectoribus Vicarii cum parte fructuum pro tempore deputentur; in scandalo perseverantes privare beneficii possint.

QUia (a) illiterati & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officiis; & alii propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant; Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, Coadjutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint, quacumque appellatione, & exemptione remota. (b) Eos vero, qui turpiter, & scandalose vivunt, postquam præmoniti fuerint, coerceant, ac castigent: & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficiis, juxta sacrorum (c) Canonum constitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.

CAPO VI.

Si deputino Vicarj per un dato tempo ai Rettori d' anime rozzi ed imperiti; quei che persistono nello scandalo possano esser privati dei benefizj.

PErchè i Rettori ignoranti, ed imperiti delle Chiese Parrocchiali sono meno idonei pegli offizj sacri; ed altri per la malvagità della loro vita più tosto distruggono, che edificano: i Vescovi anche come delegati della Sede Apostolica, possano deputare Coadjutori, o Vicari pro tempore *agl' ignoranti, ed imperiti, se per altro sono di onesta vita, e assegnar ai medesimi parte dei frutti per il sufficiente vitto, o altrimenti provvederli, tolta qualunque appellazione, ed esenzione. Castighino, e tengano in dovere poi quelli, i quali vergognosamente, e scandalosamente vivono, dopo che saranno stati ammoniti; e se perseverino tuttora incorriggibili nella loro malvagità, abbiano facoltà di privare i medesimi dei benefizj, giusta le Costituzioni dei Sacri Canoni, tolta qualunque esenzione, ed appellazione.*

CAPUT VII.

Episcopi transferant una cum oneribus Ecclesias, quæ nequeunt instaurari: alias vero reparare procurent.

CUM illud quoque valde curandum sit, ne ea, quæ sacris ministeriis dicata sunt,

CAPO VII.

I Vescovi trasferiscano altrove insieme coi pesi le Chiese, le quali non si possono restaurare; le altre procurino che sieno riparate.

DOvendosi anche grandemente procurare, che quelle cose, le quali sono dedicate ai sacri ministerj,

(a) Cap. Illiteratos, 36. Dist. c. Nisi cum pridem, de renunc. cap. 1. 38. Dist. c. Cum ex eo, de elect. in 6. Conc. Tolet. 8. Can. 8.
(b) c. Quia frater, 7. qu. 1. c. Ut clericorum & seq. de vit. & honest. cleric.
(c) cap. Felicis de pœnis, in 6, & Clem. Multorum, de pœn.

non vadano per ingiuria de' tempi in disuso, ed escano dalla memoria degli uomini, i Vescovi, anche come Delegati della Sede Apostolica, possano trasferire i benefizj semplici, anche di gius patronato dalle Chiese, le quali per antichità, e per altre cause sono cadute, e per la loro povertà non possono ristaurarsi, chiamati coloro, dei quali è interesse, nelle matrici, o in altre Chiese dei medesimi, o dei più vicini luoghi ad arbitrio: e nelle medesime Chiese alzino Altari, o Cappelle sotto le medesime invocazioni, o nella Chiesa già eretta trasferiscano gli Altari, o le Cappelle con tutti gli emolumenti, e pesi alle prime Chiese addossati. Procurino poi che le Chiese Parrocchiali, anche se siano di giuspatronato, in tal guisa cadute, sieno rifatte, e ristaurate dei frutti, e proventi di qualunque sorta, appartenenti in qualsivoglia maniera alle medesime Chiese, i quali se non saranno bastanti, costringano a quanto si è detto con tutti gli opportuni rimedj, tutti i patroni, e gli altri, i quali ricevono alcuni frutti provenienti dalle dette Chiese, o in loro mancanza i Parrocchiani, tolta qualunque appellazione, esenzione, e contraddizione. Che se tutti si trovino in una troppa povertà, siano trasferiti alle Chiese matrici, o più vicine, con facoltà di convertire tanto le dette Parrocchiali, quanto le altre Chiese diroccate in usi profani, non sordidi, innalzata però ivi la Croce.

temporum injuriæ obsolescant, & ex hominum memoria excidant, Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia, etiam juris patronatus, ex Ecclesiis, quæ vetustate, vel alias collapsæ sint, & ob eorum inopiam nequeant instaurari, vocatis iis, quorum interest, in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorumdem, seu viciniorum, arbitrio suo: atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria, vel capellas sub eisdem invocationibus, vel in jam erecta altaria, vel capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus, prioribus Ecclesiis impositis. (a) Parochiales vero Ecclesias, etiam si juris patronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuscumque, ad easdem Ecclesias, quomodocumque pertinentibus: qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut, in illorum defectum, Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant: quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod si nimia egestate omnes laborent, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas Parochiales, quam alias Ecclesias dirutas, in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, convertendi.

(a) Cap. 1, & c. pen. de Eccles. ædific. vel repar. infra c. 8, & supra Sess. 7. cap. 8. de reform.

CAPUT VIII.

Monasteria commendata, in quibus non viget regularis observantia, & beneficia quacumque quotannis ab Ordinario visitentur.

QUæcumque in diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri æquum est: propterea commendata monasteria etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpositurae nuncupatæ, in quibus non viget regularis observantia, necnon beneficia, tam curata, quam non curata, sæcularia, & Regularia qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis (a) visitentur; curentque iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut, quæ renovatione indigent, aut restauratione, reficiantur: & cura animarum si qua illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia recte exerceantur, appellationibus quibuscumque privilegiis consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, conservatoriis judicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus; & (b) si in eis vigeret observantia Regularis, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum Regularium Superiores juxta eorum Regularia instituta debitam vivendi rationem

CAPO VIII.

I Monasterj sotto commenda, ne' quali non fiorisce la Regolare osservanza, e tutti i benefizj ogn' anno sieno visitati dall' Ordinario.

TUtte quelle cose, le quali nella Diocesi spettano al culto di Dio, è cosa doverosa, che dall' Ordinario diligentemente sieno governate, e riparate, dove fa d' uopo. Per la qual cosa i monasterj sotto commenda, anche le Abazie, i Priorati, e quelle che son dette Prepositure, nelle quali l' osservanza regolare non fiorisce, come pure i benefizj tanto curati, quanto non curati, secolari, e regolari, in qualsivoglia maniera raccomandati, anche esenti, sieno visitati ogn' anno dai Vescovi, anche come Delegati della Sede Apostolica: ed i medesimi Vescovi procurino con rimedj congruenti, anche colla sequestrazione dei frutti, che quelle cose che hanno bisogno di rinnovazione, o ristauro, si ristaurino: e rettamente si esercitino la cura dell' anime, se quelli, o gli annessi a quelli ne hanno alcuna, e gli altri debiti ossequj, nonostante qualunque appellazione, privilegio, consuetudine, anche prescritta da tempo immemorabile, colla deputazione conservatoria de' giudici, e loro inibizione; e se in quelli fiorisse l' osservanza regolare, i Vescovi con paterne ammonizioni provveggano, che i Superiori di quei regolari, osservino, e facciano che sia osservato un metodo giusto di vivere,

(a) Supra Sess. 7. de ref. cap. 8, & infr. Sess. 24. cap. 9, & Sess. ult. de regul. cap. 20. Conc. Tarracon. 1. c. 7, & Conc. Braccaren. 2. c. 1.
(b) Infra Sess. ult. d.

secondo i regolari istituti, e tengano in dovere, e moderino quelli che sono loro soggetti. Che se avvisati non li visiteranno, o correggeranno dentro sei mesi, allora i medesimi Vescovi, anche come Delegati della Sede Apostolica, possano visitarli, e correggerli, come potrebbero fare i Superiori stessi, giusta i loro istituti, e tolta affatto, e non ostante qualunque appellazione, privilegio, ed esenzione.

observent, & observari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti, intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint; tunc iidem Episcopi, etiam ut delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores possent, juxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

CAPO IX.

Si toglie il nome, e l'uso dei Cercatori di limosine. Pubblichino i Vescovi le indulgenze, e grazie spirituali; due del Capitolo ricevano gratuitamente l'elemosine.

Essendo che i molti rimedj per lo innanzi da diversi Concilj, tanto Lateranense, e di Lione, quanto di Vienna, allora adoperati contro i pravi abusi dei cercatori di limosine, furono nei tempi posteriori resi inutili, e piuttosto si scorge, che la loro malizia di giorno in giorno con grande scandalo, e lamento di tutti i fedeli cresce in maniera, che nessuna speranza più sembra restata sulla loro emenda; stabilisce, che in avvenire in qualsisia luogo della religion Cristiana si abolisca del tutto il nome, e l'uso di essi, nè si ammettano mai più ad esercitare un simile offizio, nonostanti i privilegj concessi alle chiese, ai monasteri, agli ospedali, ai luoghi pii, e a qualunque altra persona di qualunque grado,

CAPUT IX.

Quæstorum eleemosynarum nomen, & usus tollitur. Indulgentias, & spirituales gratias Ordinarii publicent. Duo de capitulo eleemosynas gratis accipiant.

Cum multa a diversis antea Conciliis, tam (a) Lateranensi, ac Lugdunensi, quam (b) Viennensi, adversus pravos eleemosynarum Quæstorum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiusque eorum malitia, ita quotidie magno fidelium omnium scandalo & querela excrescere deprehendatur, ut de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur: statuit, ut posthac in quibuscumque Christianæ religionis locis, eorum nomen, atque usus penitus aboleatur, nec ad officium hujusmodi exercendum nullatenus admittantur, non obstantibus privilegiis, Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, piis locis, & qui-

(a) Conc. Later. cap. 62. sub Innoc. III. cap. Cum ex eo, de pœnit. & remiss.
(b) Clem. abusionibus, eod. tit. & infr. Sess. ult. in decreto & Indulg. & sup. Sess. 5. cap. 2. de reform.

busvis, cujuscumque gradus, status, & dignitatis personis, concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Indulgentias vero, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christifideles decet privari, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decernit; quibus etiam eleemosynas atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: ut tandem cœlestes hos Ecclesiæ thesauros (a) non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri, omnes vere intelligant.

stato, e dignità, nonostanti le consuetudini anche immemorabili. Ordina poi, che le indulgenze, o altre grazie spirituali, delle quali non perciò conviene che i Cristiani siano privati, si debbano in avvenire nei debiti tempi pubblicare al popolo per mezzo degli Ordinarj de' luoghi, aggiuntivi due del Capitolo, ai quali anche si dà la potestà di raccogliere fedelmente le limosine, e i sussidj di carità loro offerti, senza nessuna mercede affatto, acciocchè finalmente tutti veramente intendano, che questi celesti tesori della Chiesa sono amministrati non per guadagno, ma a fine di pietà.

Indictio futuræ Sessionis.

Sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decrevit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse feria quinta post octavam festi Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit XVII. mensis Septembris proxime futuri; (b) hoc tamen adjecto, quod dictum terminum, ac unicuique Sessioni in posterum præfigendum, ipsa Sancta Synodus pro ejus arbitrio, & voluntate, sicut rebus Concilii putaverit expedire, etiam in generali Congregatione, restringere, & prorogare libere possit, & valeat.

Intimazione della futura Sessione.

Il Sacrosanto, Ecumenico, e generale Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, stabilì, e ordinò, che la prossima futura Sessione si debba tenere, e celebrare nella feria 5. dopo l' ottava della festa della Natività della Beata Maria Vergine, che sarà li 17. del mese di Settembre prossimo futuro: con questa condizione però che lo stesso Santo Concilio possa e vaglia a liberamente restringere, e prorogare a proprio arbitrio e volere, come giudicherà spediente agli affari del Concilio anche nella generale Congregazione, il detto termine, e qualunque altro da prefiggersi in avvenire a ciascheduna Sessione.

(a) Vide Constit. S. Pii V. *Et si Dominici* 1567.
(b) Idem supra Sess. 7.

SESSIONE XXII.

Ch'è la sesta sotto Pio IV. Pontef. Massimo.

Celebrata il dì 17. del mese di Settembre 1562.

Dottrina sopra il Sacrifizio della Messa.

Il Sacrosanto, Ecumenico, e general Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello Presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, perchè nella Santa Cattolica Chiesa si ritenga, e scacciati gli errori, e l'eresie, si conservi nella sua purezza l'antica, intera, e in ogni parte perfetta fede, e dottrina intorno al grande mistero dell'Eucaristia, perciò circa ad essa, in quanto è vero, e singolare sacrifizio, ammaestrata dal lume dello Spirito Santo, insegna, dichiara, e decreta doversi predicare ai popoli fedeli, le cose che seguono.

CAPO I.

Sulla istituzione del Sacrosanto Sacrifizio della Messa.

Poichè sotto l'antico testamento, per testimonianza di Paolo Apostolo, per motivo della debolezza del Sacerdozio Levitico, non v'era consumazione; fu necessario, così disponendo Dio Padre delle misericordie, che un altro Sacerdote risorgesse secondo l'ordine di Melchisedecco, il Signor nostro Gesù Cristo, il quale

SESSIO XXII.

Quæ est sexta sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die XXVII. Septemb. MDLXII.

Doctrina de Sacrificio Missæ.

Sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ut vetus absoluta, atque omni ex parte perfecta, (*a*) de magno Eucharistiæ mysterio in Sancta Catholica Ecclesia fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conservetur, de ea, quatenus verum, & singulare sacrificium est, Spiritus Sancti illustratione edocta, hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

CAPUT I.

De institutione Sacrosancti Missæ Sacrificii.

Quoniam sub priori Testamento, teste Apostolo Paulo, propter (*b*) Levitici Sacerdotii imbecillitatem consummatio non erat: oportuit, Deo Patre misericordiarum ita ordinante, Sacerdotem alium secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum Jesum

(*a*) Supra Sess. 13. in princ.
(*b*) Hebr. 7. d.

Christum, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, consummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noster, etsi (a) semel seipsum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium ejus extinguendum non erat, in cœna novissima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret (b) sacrificium, quo cruentum illud, semel in Cruce peragendum repræsentaretur, ejusque (c) memoria in finem usque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur: (d) Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub earumdem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes constituebat, ut sumerent, tradidit; & eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba. (e) *Hoc facite in meam commemorationem*, uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit: nam celebrato veteri Pascha, quod in memoriam (f) exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituit Pascha, seipsum ab Ecclesia per Sacerdo-

potesse consumare, e alla perfeziona ridurre tutti, quanti mai fossero da santificarsi. Quel Dio dunque, e Signor nostro, sebbene era per offerire a Dio Padre una volta se stesso nell' altar della Croce, col mezzo della morte, acciocchè colà operasse l' eterna redenzione: perchè però non doveva estinguersi il di lui Sacerdozio per mezzo della morte, nell' ultima cena, nella notte, nella quale era tradito, per lasciare alla Chiesa sua diletta sposa, siccome la natura degli uomini ricerca, un sacrifizio, col quale si rappresentasse il sacrifizio cruento da eseguirsi una volta sulla Croce, e la memoria di esso restasse fino alla fine del secolo, e si applicasse la di lui salutar virtù in remissione di quei peccati, che da noi si commettono ogni giorno; dichiarandosi d' esser esso in eterno costituito Sacerdote secondo l' ordine di Melchisedecco, offerì a Dio Padre il suo Corpo, ed il suo Sangue sotto le specie del pane, e del vino, e sotto i simboli delle medesime cose, lo diede, perchè il prendessero, agli Apostoli, i quali allora costituiva Sacerdoti del nuovo Testamento; e per mezzo di queste parole: Fate questo in mia memoria, *comandò ai medesimi, e ai loro successori nel Sacerdozio, che le offerissero: come sempre la Chiesa Cattolica intese, ed insegnò. Imperciocchè celebrata l' antica Pasqua, che la moltitudine dei Figliuoli d' Isdraello sacrificava in memoria dell' uscita dall' Egitto, instituì una nuova Pasqua, se stesso appunto, da sacrificarsi dalla Chiesa sotto segni visibili*

(a) Hebr. 7. 9, & 10. cap. Semel immolatus, cum seq. de cons. Dist. 2.
(b) Conc. Tol. 12. c. 5. (c) 1. Cor. 11.
(d) Psal. 109. c. In calicem, & c. Accipite, de Cons. Dist. 2.
(e) Matth. 26. Luc. 22. (f) Exodi 13.

per mezzo dei Sacerdoti in memoria del di lui passaggio da questo mondo al Padre, quando ci riscattò per mezzo dello spargimento del suo sangue, e ci tolse dalla potestà delle tenebre, e ci trasferì nel suo regno. E questa appunto è quella monda obblazione, la quale non può esser macchiata da alcuna indegnità, e malizia degli offerenti, la quale il Signore per mezzo di Malachia predisse doversi offerire in ogni luogo monda al suo nome, che sarebbe per esser grande nelle genti; e la quale non oscuramente accenna l'Apostolo Paolo, scrivendo ai Corintj, quando disse, che non possono quelli, i quali sono macchiati colla partecipazione della mensa de' demonj, rendersi partecipi della mensa del Signore; intendendo nell'uno e nell'altro luogo per mensa l'Altare. Questa finalmente è quella, la quale era figurata per mezzo di varie similitudini di sacrifizj, nel tempo di natura, e di legge, come quella, la quale abbraccia tutti i beni da quei sacrifizj significati, qual compimento e perfezione di tutti quelli.

tes sub signis visibilibus immolandum, in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, (a) eripuitque de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Et hæc quidem (b) illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest: quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit: & quam non obscure innuit Apostolus Paulus (c) Corinthiis scribens, cum dixit: Non posse eos, qui participatione mensæ dæmoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes fieri; per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ (d) per varias sacrificiorum, naturæ, & legis tempore, similitudines figurabatur; utpote, quæ bona omnia per illa significata, velut illorum omnium consummatio, & perfectio, complectitur.

CAPO II.

Il Sacrifizio della Messa è propiziatorio pei vivi e pei morti.

E Poichè in questo divino sacrifizio, che si celebra nella Messa, quel medesimo Cristo si contiene, e incruentamente si sacrifica, il quale una volta offerì se stesso nell'Altar della Croce cruentamente, insegna il

CAPUT II.

Sacrificium Missæ, est propitiatorium pro vivis, & defunctis.

ET quoniam in divino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum (e) cruente obtulit; docet Sancta Sy-

(a) Col. 1. (b) Malach. 1.
(c) 1. Cor. 10. d. cap. Non satis 35. qu. 1.
(d) Gen. 4, & 22. Lev. 1, 2, & 3. alibi.
(e) Hebr. 9.

modus, sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut, si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reverentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. (a) Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia, dimittit; una enim, eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa. Cujus quidem oblationis cruentæ, inquam, fructus per hanc uberrime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus, sed et pro defunctis in (b) Christo nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apostolorum traditionem, offertur.

Santo Concilio, che questo sacrifizio è veramente propiziatorio, e che per mezzo dello stesso avviene, che se con vero cuore, e retta fede, con timore, e riverenza, contriti, e penitenti ci accostiamo a Dio, conseguiamo la misericordia, e troviamo la grazia in ajuto opportuno. Con l' oblazione appunto di questo placato il Signore, concedendo la grazia, e il dono di penitenza, rimette i delitti, ed i peccati, anche grandi: imperciocchè l' ostia, e chi ora offerisce per mezzo dei Sacerdoti, è quegli stesso, il quale allora offerì se stesso nella Croce, essendo diversa la sola maniera di offerire. I frutti della qual obblazione cruenta, dico, si ricevono abbondevolmente per mezzo di quest' incruenta: tanto è lontano, che si deroghi a quella per mezzo di questa in qualsivoglia maniera. Laonde rettamente, secondo la tradizione degli Apostoli, si offerisce, non solamente pei peccati, pene, soddisfazioni; ed altre necessità dei fedeli vivi, ma anche per i defonti in Cristo non ancora pienamente purgati.

CAPUT III.

De Missis in honorem Sanctorum.

Et quamvis (c) in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit; unde nec sacerdos dicere solet: Offero tibi sacrificium, Petre, vel

CAPO III.

Delle Messe ad onore dei Santi.

E Quantunque alle volte la Chiesa sia solita di celebrare alcune Messe in onore, e memoria de' Santi, non però insegna offerirsi il sacrifizio a quelli, ma al solo Dio, il quale li coronò: onde, nemmeno il Sacerdote suol dire: Ti offerisco, o Pietro, o Paolo, il Sacrifizio, ma

(a) August. 10. de Civ. Dei, cap. 20.
(b) Infra can. 3, & Sess. 25. in princ.
(c) August. de Civ. Dei lib. 8. cap. 27. infra can. 5, & sess. 25. de Invoc. Sanctorum.

rendendo grazie a Dio per le vittorie di quelli, implora i loro patrocinj; acciocchè quelli si degnino d'interceder per noi nel cielo, de' quali noi facciamo memoria in terra.

Paule, sed Deo, de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat; ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

CAPO IV.

Del Canone della Messa.

Essendo conveniente, che le cose sante sieno santamente amministrate, ed essendo questo il sacrifizio più santo di tutti, perchè degnamente e riverentemente fosse offerto, e ricevuto, la Chiesa Cattolica istituì molti secoli innanzi il Sacro Canone, da ogni errore in tal maniera purgato, che niente si contenga in quello, che non tramandi grandissimo odore di santità, e pietà, e non innalzi le menti degli offerenti verso Dio; imperciocchè esso è composto delle parole stesse del Signore, altresì delle tradizioni degli Apostoli, e delle pie istituzioni ancora dei Santi Pontefici.

CAPUT IV.

De Canone Missæ.

Et cum sancta sancte administrari conveniat, (a) sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, ut digne, reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum Canonem (b) multis ante sæculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, ac pietatem quamdam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat: is enim constat cum ex ipsis Domini verbis, tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

CAPO V.

Delle solenni cerimonie del sacrifizio della Messa.

E Tale essendo la natura degli uomini, che difficilmente senza ajuti esteriori può innalzarsi alla meditazione delle cose divine; perciò la Chiesa madre pietosa istituì alcuni riti, pei quali appunto certe cose si pronunciassero nella messa con vo-

CAPUT V.

De solemnibus Missæ sacrificii caremoniis.

Cumque (c) natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli: propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam, ut scilicèt quædam submissa voce, alia vero ela-

(a) c. Nihil de cons. Dist. 2.

(b) Ambros. de Sacr. l. 4. c. 6. Aug. ad Januar. super illis verbis Pauli: *Cætera cum venero disponam*, & serm. de corp. Christi: & Epist. ad Paulin. ex Apostolica vero tradit emanasse, testantur cap. Jacobus cum glos. de cons. Dist. 1. Vigilius PP. epist. ad Euth. & Inn. III. in c. Cum Marthæ de celebr. Miss.

(c) Aug. l. 51. de lib. arbitr. c. 10. *Humana autem anima.*

tiore in Missa pronuntiarentur, instituit. (a) Cæremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, thymiamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina, et traditione, quo et majestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per hæc visibilia religionis, et pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

ce bassa, altre poi con voce più alta. Parimente adoperò le cerimonie, come le mistiche benedizioni, i lumi, i timiami, le vesti, ed altre cose di tal genere, per Apostolica disciplina, e tradizione; onde, e si sostentasse la maestà di un sì gran sagrifizio, e le menti de' fedeli per mezzo di questi visibili segni di religione, e di pietà, si eccitasse alla contemplazione delle cose altissime, le quali si occultano in questo sacrifizio.

CAPUT VI.

De Missa, in qua solus sacerdos communicat.

(b) OPtaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus sacrificii fructus uberior proveniret: nec tamen, si id non semper fiat, (c) propterea Missas illas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat; si quidem illæ quoque Missæ vere communes censeri debent, partim, quod in eis populus spiritualiter communicet: partim vero, quod a publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.

CAPO VI.

Della Messa, nella quale il solo Sacerdote comunica.

DEsidererebbe in vero il Sacrosanto Concilio, che in tutte le Messe i fedeli astanti non solo coll' affetto spirituale, ma anche col ricevimento Sacramentale dell' Eucaristia comunicassero, onde in loro ridondasse più ubertoso il frutto di questo Santissimo Sacrifizio: ma, se ciò non sempre accade, non perciò condanna, come private, ed illecite quelle Messe, nelle quali il solo Sacerdote sacramentalmente comunica, ma anzi le approva, e le loda: imperciocchè quelle Messe parimenti devono stimarsi veramente comuni, parte, perchè in esse il popolo spiritualmente comunica; parte poi, perchè si celebrano dal pubblico ministro della Chiesa non solamente per se stesso, ma per tutti i fedeli, i quali appartengono al corpo di Cristo.

(a) Infra Can. 7.
(b) Sicut in primitiva Ecclesia factum testatur, cap. Omnes fideles de cons. Dist. 2, & cap. Peracta, eodem Dist. 2.
(c) Alioqui nec Fabian. de cons. Dist. 2. cap. Et si non: nec Concil. Eliberit. de cons. Dist. 2. cap. Omnis homo; nec 1. Toletan. cap. 31. probasset certis tantum temporibus communicantes.

CAPO VII.

Dell' acqua da mescolarsi col vino nell' obblazione del Calice.

AVvisa di poi il Santo Concilio, essere stato comandato dalla Chiesa ai Sacerdoti, che mescolassero l' acqua col vino nell' offerire il calice, sì perchè si crede che così ha fatto il Signore, ed altresì ancora, perchè dal di lui costato è scaturita l' acqua insieme col sangue: il qual sacramento si rinnova per questa mescolanza; ed acque chiamandosi i popoli nell' Apocalissi del Beato Giovanni, si rappresenta l' unione dello stesso popolo fedele col capo Cristo.

CAPO VIII.

La Messa non si ha da celebrare comunemente in lingua volgare. Si hanno a spiegare ai fedeli i misterj di essa.

SEbbene la Messa contenga una grande erudizione pel popolo fedele, non perciò parve conveniente ai Padri, che si celebrasse comunemente nella lingua volgare. Laonde, ritenuto dappertutto di ciascheduna Chiesa il rito antico, ed approvato dalla Santa Romana Chiesa madre, e maestra di tutte le Chiese, perchè le pecore di Cristo non abbiano fame, e perchè i fanciulli non dimandino il pane, e non vi sia chi loro lo spezzi, commette il Santo Concilio ai Pa-

CAPUT VII.

De aqua in calice offerendo vino miscenda.

MOnet deinde Sancta Synodus, præceptum esse (*a*) ab Ecclesia sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo miscerent: tum quod Christus Dominus ita fecisse credatur, tum etiam quia (*b*) e latere ejus aqua simul cum sanguine exierit: quod Sacramentum hac mixtione recolitur; et cum (*c*) aquæ in Apocalysi beati Joannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repræsentatur.

CAPUT VIII.

De Missa vulgari lingua passim non celebranda, & mysteriis ejus populo explicandis.

ET si Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem; (*d*) non tamen expedire visum est Patribus, ut vulgari passim lingua celebraretur. Quamobrem, retento ubique cujusque Ecclesiæ antiquo, et a Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre, et magistra, probato ritu, ne oves Christi esuriant, (*e*) neve parvuli panem petant, et non sit, qui frangat eis; mandat Sancta Synodus (*f*) Pastoribus, et sin-

(*a*) Synodus 6. cap. 32. Concil. Carth. 3. c. 24, & Bracaren. 3. c. 1. Ex Cyprian. lib. 2. epist. 3 Tribur. cap. 19, & Florent. de Sacrament. Euchar. cap. In Sacrament. cap. Non oport. c. Cum omne, & cap. In Calicem, de cons. Dist. 2. c. Cum Marthæ, §. Quæsivisti, de celebr.

(*b*) Joan. 19. (*c*) Apoc. 17.

(*d*) Latini Græce, & vicissim Græci Latine celebrare prohibentur, ex constit. S. Pii V. *Providentia*.

(*e*) Thren. 4.

(*f*) Supr. Sess. 5. cap. 2. de reform. & infra Sess. 24. de reform.

gulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem vel per se, vel per alios, ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant; atque inter cætera sanctissimi hujus sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, et festis.

CAPUT IX.

Prolegomenon Canonum sequentium.

QUia vero adversus veterem hanc in Sacrosancto Evangelio, Apostolorum traditionibus, sanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multi disseminati sunt errores, multaque a multis docentur, atque disputantur; Sacrosancta Synodus, post multos, gravesque his de rebus mature habitos tractatus, unanimi Patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræque doctrinæ adversantur, damnare, et a sancta Ecclesia eliminare, per subjectos hos Canones, constituit.

De Sacrificio Missæ.

CANON I.

Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verum, et proprium sacrificium; aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, illis verbis, (a) *Hoc facite in meam commemora-*

stori, e a tutti quei, che hanno cura d'anime, che spesso fra la celebrazione delle Messe, o da loro medesimi, o per altri, espongano qualche cosa di quelle, le quali leggonsi nella Messa, e fra le altre dichiarino qualche mistero di questo santissimo sacrifizio nei giorni di Domenica spezialmente, e festivi.

CAPO IX.

Prolegomeno ai Canoni seguenti.

PErchè poi contro questa antica fede fondata nel Sacrosanto Vangelo, nelle tradizioni degli Apostoli, e nella dottrina de' Santi Padri, molti errori si sono disseminati in questo tempo, e molte cose da molti vengono insegnate, e disputate; il Sacrosanto Concilio, dopo molti, e gravi discorsi tenuti maturamente intorno a queste cose, coll' unanime consentimento di tutti i Padri, stabilì, di condannare, e di bandire dalla Santa Chiesa per mezzo di questi canoni susseguenti, quelle cose, le quali sono contrarie a questa purissima fede, e sacra dottrina.

Sul sacrifizio della Messa.

CANONE I.

Se qualcheduno dirà, che nella Messa non si offerisce a Dio un vero, e proprio Sacrifizio; o che l' offerirsi non sia altro, che dare a noi Cristo da mangiare; sia scomunicato.

CANONE II.

Se qualcheduno dirà, che con quelle parole: Hoc facite in meam com-

(a) Cor. 11.

memorationem, Cristo non abbia istituito gli Apostoli Sacerdoti, o non abbia ordinato, che gli stessi, ed altri Sacerdoti offrissero il suo corpo, ed il suo sangue; sia scomunicato.

tionem, (*a*) Christum non instituisse Apostolos sacerdotes; aut non ordinasse, ut ipsi, aliique sacerdotes offerrent corpus, et sanguinem suum; anathema sit.

CANONE III.

Se qualcheduno dirà, che il sacrifizio della Messa sia solamente un sacrifizio di lode, e di rendimento di grazie, o una nuda commemorazione del sacrifizio fatto nella Croce, e non sia propiziatorio, o che giovi a quel solo che lo riceve, nè che si debba offrire pei vivi, e defonti, pei peccati, pene, soddisfazioni, ed altre necessità; sia scomunicato.

CANON III.

Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantum esse laudis, et gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in Cruce peracti, (*b*) non autem propitiatorium; vel soli prodesse sumenti, neque pro vivis, et defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus, offerri debere; anathema sit.

CANONE IV.

Se qualcheduno dirà, che per mezzo del sacrifizio della Messa si bestemmi il santissimo sacrifizio di Cristo fatto nella Croce, o che per mezzo di questo si deroghi a quello; sia scomunicato.

CANON IV.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in Cruce peracto per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari; anathema sit.

CANONE V.

Se qualcheduno dirà, che sia impostura il celebrare le Messe in onore de' Santi, e per ottenere la loro intercessione appresso Dio, siccome la Chiesa intende; sia scomunicato.

CANON V.

Si quis dixerit, imposturam esse, Missas celebrare (*c*) in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit: anathema sit.

CANONE VI.

Se qualcheduno dirà, che il Canone della Messa contiene errori, e che perciò si debba abrogare; sia scomunicato.

CANON VI.

Si quis dixerit, Canonem Missæ (*d*) errores continere, ideoque abrogandum esse; anathema sit.

CANONE VII.

Se qualcheduno dirà, che le cerimonie, le vesti, ed i segni esterni, dei quali la Chiesa si serve nella celebrazione delle Messe, siano piuttosto provocamenti d' empietà, che offizj di pietà; sia scomunicato.

CANON VII.

Si quis dixerit, (*e*) cæremonias, vestes, et externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse magis, quam officia pietatis; anathema sit.

(*a*) Lucæ 21. sup. c. 1. de hoc sacrif.
(*b*) Sup. c. 2. Ib.
(*c*) Sup. c. 3. ibid.
(*d*) Sup. c. 4. ib.
(*e*) Cap. Sane, de celeb. Miss. supra cap. 5. ib.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Missas (*a*) in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideoque abrogandas; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo submissa voce pars Canonis, et verba consecrationis proferuntur, damnandum esse; (*b*) aut lingua tantum vulgari Missam celebrari debere; (*c*) aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem; anathema sit.

Decretum de observandis, & evitandis in celebratione Missæ.

Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur, quivis facile existimare poterit, qui cogitarit, maledictum in sacris Litteris eum vocari, (*d*) qui facit opus Dei negligenter: Quod si necessario fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum, ac divinum a Christifidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidie immolatur; satis etiam apparet, omnem operam, et diligentiam in eo ponendam esse, (*e*) ut quanta maxime fieri potest interiori cor-

CANONE VIII.

Se qualcheduno dirà, che le Messe, nelle quali il solo Sacerdote comunica sacramentalmente, siano illecite, e perciò da abrogarsi; sia scomunicato.

CANONE IX.

Se qualcheduno dirà, che il rito della Chiesa Romana, onde si proferiscono con voce bassa parte del canone, e le parole della consecrazione, sia da condannare; o che la Messa si debba celebrare solamente in lingua volgare; o che l'acqua non si debba mescolar col vino nell'offerir il calice, perchè sia contro l'istituto di Cristo; sia scomunicato.

Decreto intorno le cose da osservarsi, e da evitarsi nella celebrazione della Messa.

Quanta cura si debba porre, acciocchè il Sacrosanto sacrifizio della Messa si celebri con ogni culto, e venerazione di religione, ognuno lo potrà agevolmente giudicare, il quale penserà, che maledetto si chiama nelle sacre lettere, chi fa l'opera di Dio negligentemente. Che se necessariamente confessiamo, che nessun' altra opera tanto santa, e divina si possa trattare dai Cristiani, quanto quest' istesso tremendo mistero, nel quale si sacrifica quotidianamente sull' altare per mezzo dei Sacerdoti, quella vivificante ostia, per la quale venghiamo riconciliati a Dio Padre; abbastanza anche apparisce, che ogni opera, e diligenza si deve adoprare, perchè si celebri con

(*a*) Supra c. 6. de hoc sacrif.
(*b*) Supr. cap. 8. ib.
(*c*) Cap. In Sacramentor. de cons. Dist. 2.
(*d*) Jer. 48.
(*e*) Supra Sess. 13. cap. 7. de Sacram. Euchar.

quanta mai si può maggior mondezza e purità di cuore, ed esterior compostezza di divozione, e di pietà. Apparendo dunque, che per vizio dei tempi, o per trascuratezza, e malvagità degli uomini, molte cose già si siano introdotte, le quali sono lontane dalla dignità d' un tanto sacrifizio; affinchè gli si restituisca il dovuto onore e culto a gloria di Dio, e ad edificazione del popolo fedele, ordina il Santo Concilio, che i Vescovi Ordinarj dei luoghi procurino, e sieno obbligati di proibire, e sollecitamente levare tutte quelle cose, le quali sono state introdotte o dall' avarizia, serva degli idoli, o dall' empietà, o dalla superstizione, falsa imitatrice della vera pietà. E per comprender molte cose in poche, primieramente per quel che appartiene all' avarizia, proibiscano affatto le condizioni delle mercedi di qualsivoglia genere, i patti, e tutto ciò che si dà per celebrar le Messe, come pure le importune, ed illiberali esazioni di limosine più tosto, che dimande, ed altre cose di tal fatta, le quali non sono molto lontane dalla macchia di simonia, o certamente dal turpe guadagno. Di poi, perchè si eviti l' irriverenza, ognun proibisca nelle loro Diocesi, che non sia lecito a verun Sacerdote vagabondo, e non conosciuto celebrar Messe. Non permettano inoltre, che alcuno, il quale sia pubblicamente, e notoriamente criminoso, o amministri al santo Altare, od assista alle sacre funzioni, e non tollerino che questo santo Sacrifizio si faccia dai Sacerdoti secolari, o regolari di qualunque ge-

dis munditia, et puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis specie peragatur. Cum igitur multa jam sive temporum vitio, sive hominum incuria, et improbitate irrepsisse videantur, quæ a tanti sacrificii dignitate aliena sunt, ut ei debitus honor, et cultus ad Dei gloriam, et fidelis populi ædificationem restituatur, decernit Sancta Synodus, ut Ordinarii locorum Episcopi ea omnia prohibere, atque e medio tollere sedulo curent, ac teneantur, quæ vel avaritia, (a) et idolorum servitus, vel irreverentia, quæ ab impietate vix sejuncta esse potest, vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit. Atque ut multa paucis comprehendantur, in primis quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, et quidquid pro Missis novis celebrandis datur; necnon importunas, atque illiberales eleemosynarum exactiones potius, quam postulationes, aliaque hujusmodi, quæ a Simoniaca labe, vel certe a turpi quæstu non longe absunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreverentia vitetur, singuli in suis diœcesibus interdicant, ne cui vago, et ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminem præterea, qui publice, et notorie criminosus sit, aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittant; neve patiantur (b) privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesiam, et ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem Ordi-

(a) Ephes. 5.
(b) Concil. Laodic. c. 58. Concil Carth. 2. can. 9. c. Sicut, cum seq. c. Hic ergo, cap. Nullus præsbyt. & cap. Cleric. de Cons. Dist. 1. anacletus epist. 1.

nariis designanda, et visitanda, sanctum hoc sacrificium a sæcularibus, (*a*) aut regularibus quibuscumque peragi: ac nisi prius, qui intersint, decenter composito corporis habitu, declaraverint se mente etiam, ac devoto cordis affectu, non solum corpore, adesse. Ab Ecclesiis vero (*b*) musicas eas, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid misceatur; item (*c*) sæculares omnes actiones, vana atque adeo profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant, ut (*d*) domus Dei vere domus orationis esse videatur, ac dici possit. Postremo, ne superstitionis locus aliquis detur edicto, et pœnis propositis caveant, ne sacerdotes aliis quam debitis horis celebrent, neve ritus alios, aut alias cæremonias, et preces in Missarum celebratione adhibeant, præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti, et laudabili usu receptæ fuerint. Quarumdam vero Missarum, et candelarum certum numerum, qui magis a superstitioso cultu, quam a vera religione, inventus est, omnino ab Ecclesia removeant; doceantque populum, qui sit, et a quo potissimum proveniat sanctissimi hujus sacrificii tam pretiosus, ac cœlestis fructus. Moneant etiam eumdem populum, ut frequenter (*e*) ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, et majoribus festis accedant. Hæc igitur omnia, quæ summatim enu-

nere nelle case private, ed affatto fuori di Chiesa, e degli Oratorj soltanto dedicati al culto del Signore da destinarsi, e visitarsi dai medesimi Ordinarj; e se prima quei, i quali sono presenti, colla decente compostezza del corpo non abbiano dimostrato, ch' eglino sono presenti anche colla mente, e col divoto affetto del cuore non solamente col corpo. Tengano poi lontano, dalle Chiese quelle musiche, dove o con l' organo, o col canto si frammischia qualche cosa di lascivo, ed impuro; parimenti tutte le azioni secolari, i vani, ed anche i profani colloquj, le passeggiate, gli strepiti, i susurri, cosicchè la casa di Dio paja essere veramente, e possa dirsi casa d' orazione. Finalmente, acciocchè non si dia qualche occasione alla superstizione, vietino con editto, e pene proposte, che i Sacerdoti non celebrino in altre ore, che nelle dovute, e che non adoperino nella celebrazione delle Messe altri riti, ed altre cerimonie, e preghiere, fuori di quelle, le quali furono dalla Chiesa approvate, e ricevute col frequente, e lodevole uso. Tengano del tutto lontano dalla Chiesa certo numero di Messe, e di candele, il quale è stato ritrovato più dal culto superstizioso, di quello che dalla vera religione; ed ammaestrino il popolo, chi sia, e da chi specialmente provenga il frutto tanto prezioso, e celebre di questo santissimo Sacrifizio. Avvisino ancora il medesimo popolo, che frequentemente si accosti alle loro Parrocchie, almeno ne' giorni di Domeni-

(*a*) Cap. Auctoritate, de priv. in 6.
(*b*) Conc. Autisiod. cap. 9, & Cabill. sub Vitaliano c. 19.
(*c*) Pœnas pecuniarias adjecit S. Pius V. in Bulla, *Cum primum* 1566.
(*d*) Isaiæ 59. Matth. 22.
(*e*) Cap. 4. de Paroch. Concil. Agathen. cap. 11, & 26.

ca, e nelle feste maggiori. Tutte queste cose dunque, le quali compendiosamente si sono numerate, si propongono agli Ordinarj tutti de' luoghi, in tal maniera, che non solamente queste stesse, ma tutte le altre, le quali sembreranno appartenere a questo proposito, essi, secondo la potestà loro concessa dal Sacrosanto Concilio, ed anche come delegati della Sede Apostolica, proibiscano, comandino, correggano, stabiliscano, e costringano il popolo fedele ad osservarle inviolabilmente colle censure Ecclesiastiche, e con altre pene, le quali determineranno a loro arbitrio: nonostanti i privilegj, le esenzioni, appellazioni, e consuetudini di qualsisia sorta.

merata sunt omnibus locorum Ordinariis, ita proponuntur, ut non solum ea ipsa, sed quæcumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi a Sacrosancta Synodo potestate, ac etiam, ut delegati Sedis Apostolicæ, prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque ad ea inviolate servanda censuris Ecclesiasticis, aliisque pœnis, quæ illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant: non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.

Decreto sulla riforma.

Il medesimo Sacrosanto, Ecumenico, e generale Concilio di Trento, radunato legittimamente nello Spirito Santo, essendo in quello presidenti i medesimi Legati della Sede Apostolica, perchè si proseguisca l'affare della riforma, pensò di dovere stabilir queste cose nella presente Sessione.

Decretum de Reformatione.

Eadem sacrosancta, œcumenica, et generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, ut reformationis negotium prosequatur, hæc in præsenti Sessione statuenda censuit.

CAPO I.

Si rinnovano i Canoni sopra la vita, ed onestà de' Cherici.

Niente avvi, che più edifichi continuamente gli altri alla pietà, e al culto di Dio, quanto la vita, e l'esempio di coloro, i quali si dedicarono al divino ministero: perciocchè facendosi vedere costoro dalle cose del secolo in più eminente grado sollevati, in essi, come in uno specchio, fissano il loro sguardo tutti gli

CAPUT I.

Canones de vita, & honestate Clericorum innovantur.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem, et Dei cultum assidue instruat, quam (*a*) eorum vita et (*b*) exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt; cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tamquam (*c*) in speculum, reliqui oculos conjiciunt, ex iisque

(*a*) Infr. Sess. ult. de ref. c. 1.
(*b*) c. His igitur Dist. 23.
(*c*) Matth. 5. tit. 2. c. Qualiter 17. de acc. c. Cleros, 21. Dist.

sumunt; quod imitentur. Quapropter sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, (*a*) ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præseferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo majore in Ecclesia Dei, & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sint observanda; statuit Sancta Synodus, ut quæ alias a Summis Pontificibus, & a sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, ludibus, ac quibuscumque criminibus, necnon sæcularibus negotiis fugiendis copiose, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem pœnis vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse compererint; ea quamprimum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri, studeant; non obstantibus consuetudinibus quibuscumque: ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.

altri, e da essi prendono ciò che hanno ad imitare. Laonde conviene del tutto che i cherici, chiamati nella sorte del Signore, talmente ordinino la vita, e tutti i costumi loro, che nell' abito, nel gesto, nel portamento, nel discorso, ed in tutte le altre cose, niente mostrino, che non sia grave, moderato, e pieno di religione, scansino anche i delitti leggieri, i quali in essi sarebbero grandissimi, acciocchè le loro azioni rechino a tutti venerazione. Dovendosi dunque osservar queste cose con tanto maggior diligenza, quanto sono più utili ed onorifiche nella Chiesa di Dio, stabilisce il Santo Concilio, che quelle cose, le quali copiosamente, e salutevolmente sono state decretate altre volte dai Sommi Pontefici, e dai Sacri Concilj sopra la vita dei cherici, onestà, culto, e dottrina da osservarsi, e nello stesso tempo intorno al lusso, gozzoviglie, danze, carte, giuochi, e delitti di qualsisia genere, come pure intorno ai negozj secolari da fuggirsi, si osservino in avvenire le medesime cose, colle pene medesime, o maggiori da imporsi ad arbitrio dell' Ordinario; nè l' appellazione sospenda quest' esecuzione, la quale appartiene alla correzione dei costumi. Se troveranno poi che alcune di queste siano andate in disuso, procurino che quanto prima siano richiamate in uso, e da tutti vengano accuratamente osservate: nonostanti le consuetudini di qualunque sorta; acciocchè essi non paghino la condegna pena della trascurata emenda dei sudditi, essendone Dio punitore.

(*a*) Sess. 14. in prooemio: & Sess. 24. de reform. c. 12. tot. tit. de vit. & hon. cler. extra in 6, & Clem. c. Non oportet in 2. de cons. Dist. 5. c. Canonum 14. q. 4. c. Credo 21. qu. 3. conc. Carthag. 3. c. 15. conc. Chalced. can. 3. conc. Arelat. 2. c. 15. 2. conc. Matiscon. cap. 5, & 2. Nicæ. cap. 16, & 4. Carthag. cap. 44, & seq.

CAPO II.

Quali abbiansi ad ammettere alle Chiese Cattedrali.

Chiunque in avvenire dovrà esser ammesso alle Chiese Cattedrali, questi non solamente sia pienamente adorno di natali, di età, di costumi, e di vita, e di altre cose, le quali si ricercano dai Sacri Canoni, ma constituito anche in Ordine sacro almeno per lo spazio di sei mesi; avanti l'istruzione delle quali cose, se nessuna, o recente sarà nella Curia la notizia di esso, la si prenda dai Legati della Sede Apostolica, o Nunzj delle provincie, o dal di lui Ordinario, e in mancanza di quello, dagli Ordinarj più vicini. Oltre a queste cose poi sia fornito di tale scienza, che possa soddisfare alla necessità dell' offizio da ingiungersegli, e perciò per lo innanzi nella Università degli studj sia stato meritamente promosso Maestro, e Dottore, e Licenziato in Sacra Teologia, o nel gius Canonico, o si dimostri con pubblica testimonianza di qualche Accademia idoneo e capace per insegnar agli altri. Che se sarà Regolare abbia una simile fede dai Superiori di sua religione. I predetti poi tutti, da' quali si dovrà prendere l'istruzione, o testificazione, siano tenuti a riferire queste cose fedelmente e gratis: altrimenti sappiano, che le loro coscienze restano molto aggravate, ed avranno Dio, ed i lor Superiori per vendicatori.

CAPUT II.

Quinam ad Cathedrales Ecclesias assumendi.

Quicumque post hac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ a sacris (a) Canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro Ordine antea, saltem sex mensium spatio, constitutus; quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla, aut recens in Curia fuerit, a Sedis Apostolicæ Legatis, seu Nuntiis provinciarum, aut ejus Ordinario, eoque deficiente, a vicinioribus Ordinariis sumatur. Scientia vero præter hæc ejusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere, ideoque antea in (b) Universitate Studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel jure Canonico, merito sit promotus, aut publico alicujus Accademiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quod si regularis fuerit, a Superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, unde instructio seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias graviter oneratas esse sciant, ac Deum, & Superiores suos habebunt ultores.

(a) c. Cum in cunctis, & c. Cum nobis, de elect. c. Graves nimis, de præb. & infra Sess. 24. cap. 1. de reformat. concil. Sardicen. cap. 13. concil. Rom. sub Nicol. I. vers. Ut nullus laicus. Concil. Braccar. 1. cap. 20. cap. De Syracusanæ, 28. Distinct. & Distin. 61. per totam, supra Sess. 7. cap. 1. de refor.

(b) Vide constitut. Pii V. *Quamvis* 1568.

CAPUT III.

Creanda distributiones quotidianæ ex tertia parte quorumcumque fructuum; portio absentium, quibus cedat; certi casus excepti.

EPiscopi, etiam tamquam delegati Apostolici, ex fructibus, & proventibus quibuscumque omnium dignitatum, personatuum, & officiorum, in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis existentium, (*a*) tertiam partem in distributiones eorum arbitrio assignandas, dividere possint: ut scilicet, qui eas obtinent, si personaliter competens sibi servitium, juxta formam ab eisdem Episcopis præscribendam, quolibet die statuto non impleverint, illius diei distributionem amittant, nec ejus quoquo modo dominium acquirant, sed fabricæ ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicetur. (*b*) Crescente vero contumacia, contra eos juxta sacrorum Canonum constitutiones procedant. Quod si alicui ex prædictis dignitatibus in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis, de jure, seu consuetudine, jurisdictio, administratio, vel officium non competat: sed extra civitatem in diœcesi (*c*) cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in curata ecclesia resederit, ac ministraverit, tamquam præsens sit,

CAPO III.

Si stabiliscano dal Vescovo le distribuzioni quotidiane dalla terza parte dei frutti di qualunque sorta. La porzione degli assenti a chi vada: alcuni casi eccettuati.

I Vescovi, anche come Delegati Apostolici, possano dei frutti, e proventi qualunque di tutte le dignità, personati, ed offizj esistenti nelle Chiese Cattedrali, o Collegiate, dividere la terza parte in distribuzioni da assegnarsi ad arbitrio loro; cosicchè appunto quelli, i quali le ottengono, se non avranno adempito il servizio che loro personalmente compete, giusta la forma da prescriversi dai medesimi Vescovi, in qualsivoglia giorno stabilito, perdano la distribuzione di quel giorno, nè acquistino in qualsivoglia maniera il dominio di essa, ma si applichi alla fabbrica della Chiesa, in quanto ne ha bisogno, o ad altro pio luogo, ad arbitrio dell' Ordinario. Crescendo poi la contumacia, procedano contro di quelli secondo le costituzioni de' Sacri Canoni. Che se per diritto, o per consuetudine non competa ad alcuna delle predette dignità nelle Chiese Cattedrali, o Collegiate, giurisdizione, amministrazione, od uffizio, ma fuori di Città nella Diocesi incomba cura d' anime, alla quale quegli, che ottiene dignità, voglia attendere: allora per tutto il tempo, che risiederà, ed amministrerà nella Chiesa Curata, s' abbia nelle Chiese Cattedrali e Collegiate, come se fosse presen-

(*a*) Supra Sess. 21. de reform. cap. 3.
(*b*) Toto tit. de cler. non resid. & cap. Cum ex eo, de elect. in 6.
(*c*) Vide Const. 65. S. Pii V, *Cupientes* 1568.

te, e intervenisse ai divini uffizj. Queste cose s' intendano stabilite solamente in quelle Chiese, nelle quali non vi è consuetudine, o statuto alcuno, che le dette dignità non serventi perdano qualche cosa, che ascenda alla terza parte di detti frutti, e proventi: nonostanti le consuetudini, anche immemorabili, le esenzioni, e costituzioni, anche confermate col giuramento, e con qualsivoglia autorità.

ac divinis intersit, in Ecclesiis cathedralibus, ac collegiatis habeatur. Hæc in iis tantum ecclesiis constituta intelligantur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, ut dictæ dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & proventuum ascendat: non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, & constitutionibus, etiam juramento, & quavis auctoritate firmatis.

CAPO IV.

In qualunque Chiesa Cattedrale o Collegiata non abbiano voce in Capitolo quelli che non hanno gli Ordini maggiori. Cosa debbano eseguire i promossi ad esse, o cosa quelli che lo saranno per l' avvenire.

Chiunque obbligato in Chiesa Cattedrale, o Collegiata, o secolare, o regolare ai divini offizj, non sia almeno costituito nell' Ordine del Suddiaconato; non abbia voce nel Capitolo in tali Chiese, quantunque ciò gli sia stato liberamente concesso dagli altri. Quelli poi, i quali ottengono, o in avvenire otterranno nelle dette Chiese dignità, personati, offizj, prebende, porzioni, ed altri benefizj, ai quali sono stati annessi varj pesi, cioè, che altri dicano, o cantino le Messe, altri il Vangelo, altri le Epistole, di qualunque sieno forniti privilegio, esenzione, prerogativa, nobiltà di lignaggio, siano tenuti, cessando un giusto impedimento, di ricevere dentro un anno gli Ordini opportuni altrimenti incorrano

CAPUT IV.

In quacumque cathedrali vel collegiata, majoribus necdum initiati, vocem in Capitulo non habeant; quid præstare teneantur ad eas promoti, quive deinceps promovendi.

Quicumque in cathedrali, vel collegiata, sæculari, vel regulari ecclesia divinis mancipatus officiis, in Subdiaconatus Ordinem saltem constitutus non sit: vocem in hujusmodi ecclesiis in Capitulo non habeat, etiamsi hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum. Ii vero, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent, quocumque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento ces-

sante, (a) infra annum Ordines suscipere requisitos: alioquin pœnas incurrant, juxta constitutionem Concilii Viennensis, (b) quæ incipit: *Ut ii, qui:* quam præsenti decreto innovat; cogantque Episcopi eos diebus statutis dictos Ordines per se ipsos (c) exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu divino præstare, sub eisdem, & aliis, etiam gravioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integre habere dignoscantur; aliter irrita sit provisio.

le pene, giusta la Constituzione del Concilio di Vienna, che incomincia, Ut ii, qui, *la quale col presente decreto rinnova; ed i Vescovi li costringano ad esercitare nei giorni stabiliti da loro stessi i detti Ordini, e tutti gli altri doveri, che devono prestare nel culto del Signore, sotto le medesime, ed altre anche più gravi pene, da imponersi a loro arbitrio. Nè in avvenire si faccia ad altri la provigione, se non a coloro, i quali già si conoscano aver l'età, e l'altre abilità intieramente, altrimenti la provigione sia nulla.*

CAPUT V.

Dispensationes extra Curiam Episcopo committantur, & ab eo examinentur.

DIspensationes, quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur Ordinariis illorum, qui eas impetraverint; eæ vero, quæ gratiose concedentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tamquam delegatis Apostolicis, summarie tantum, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere.

CAPO V.

Le dispense fuori di Curia si commettano al Vescovo, e da esso si esaminino.

LE dispense, da concedersi per qualsivoglia autorità, se si doveranno commettere fuori della Curia Romana, si commettano agli Ordinarj di quelli, i quali le avranno impetrate; quelle poi, le quali si concederanno graziosamente, non abbiano il loro effetto, se prima sommariamente soltanto, ed estragiudicialmente non si esamini dai medesimi, come Delegati Apostolici, che le espresse preghiere non soggiacciono al difetto di subrezione, *od* obrezione.

(a) Juxta cap. Præterea, cum glos. de ætat. & qual. & cap. Si is, de inst. in 6.

(b) Vide infra XXIII.

(c) Infra Sess. 24. cap. 11. de reform.

CAPO VI.

Le permute delle ultime volontà debbono farsi con cautela.

Nelle permute delle ultime volontà, le quali non devono farsi, se non per giusta, e necessaria causa, i Vescovi, come Delegati della Sede Apostolica, sommariamente, ed estragiudicialmente osservino; che niente sia stato esposto nelle suppliche, taciuta la verità, o suggerita la falsità, prima che le predette permute si mandino ad esecuzione.

CAPUT VI.

Circumspecte commutandæ ultimæ voluntates.

In commutationibus ultimarum voluntatum, (*a*) quæ non nisi ex justa, & necessaria causa fieri debent, Episcopi tamquam delegati Sedis Apostolicæ, summarie, & extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutationes prædictæ executioni demandentur.

CAPO VII.

Si rinnóva il cap. *Romana* de Appellationibus in Sexto.

I Legati, e Nunzj Apostolici, i Patriarchi, i Primati, ed i Metropolitani, siano tenuti ad osservare dopo l'appellazione la forma, ed il tenore delle Sacre Costituzioni, e specialmente d'Innocenzo IV. che incomincia, Romana, *nelle appellazioni ad essi interposte, in qualsivogliano cause, tanto nell'ammetter le appellazioni, quanto nel conceder le inibizioni: nonostante qualunque consuetudine, anche immemorabile, o stile, o privilegio in contrario; altrimenti le inibizioni, ed i processi, e tutte le cose che ne saranno indi seguite, siano per diritto istesso nulle.*

CAPUT VII.

Innovatur cap. Romana *de Appellationibus in Sexto.*

Legati, & Nuntii Apostolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani in appellationibus ad eos interpositis, in quibusvis causis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellationem servare teneantur formam, & tenorem sacrarum constitutionum; & præsertim (*b*) Innocentii IV. quæ incipit, *Romana*: quacumque consuetudine, etiam immemorabili, aut stylo, vel privilegio in contrarium non obstantibus: aliter inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcumque sint ipso jure nulla.

(*a*) Infra Sess. ult. de reform. cap. 4.

(*b*) In Concil. Lugduuen. Vide infra.

CAPUT VIII.

Episcopi pias omnium dispositiones exequantur: quæcumque pia loca visitent, dummodo non sub immediata Regum protectione sint.

EPiscopi, (*a*) etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati in casibus a jure concessis omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos sint executores; & habeant jus visitandi hospitalia, collegia quæcumque, ac (*b*) confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocumque alio nomine vocant, non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia: eleemosynas Montis Pietatis, sive charitatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo, (*c*) juxta sacrorum Canonum statuta cognoscant, & exequantur: non obstantibus quacumque consuetudine etiam immemorabili, privilegio, aut statuto.

CAPO VIII.

I Vescovi mandino ad esecuzione le pie disposizioni di tutti. Visitino tutti i luoghi pii, non però quelli, che non sono sotto l'immediata protezione dei Re.

I Vescovi, anche come Delegati della Sede Apostolica, siano esecutori di tutte le pie disposizioni tanto nell'ultima volontà, quanto in vita nei casi concessi dalla Legge: ed abbiano il diritto di visitare gli Spedali, i Collegj di qualunque genere, le Confraternite de' laici, e quelle ancora che chiamano Scuole, o con qualsivoglia altro nome: non però quelle, le quali sono sotto l'immediata protezione dei Re, senza la loro licenza: le limosine del monte di Pietà, o di Carità, e tutti i Luoghi pii, comunque si chiamino, quantunque la cura dei predetti luoghi appartenga ai Laici, ed i medesimi pii Luoghi siano muniti del privilegio di esenzione; ed eglino in adempimento del loro offizio osservino e diano esecuzione a tutte quelle cose, le quali sono state istituite pel culto di Dio, ed a salute dell'anime, o sovvenimento de' poveri, giusta gli statuti de' Sacri Canoni, nonostante qualsivoglia consuetudine anche immemorabile, privilegio o statuto.

(*a*) Clem. Quia contingit, de rel. dom.

(*b*) Vide const. Clem. VIII. *Quacumque* 1604.

(*c*) Nos quidem c. Si hæredes, c. Tua, & c. Joan. de Test.

CAPO IX.

Gli amministratori di qualunque pio luogo rendano conto all' Ordinario, quando diversamente non fosse stato stabilito nella fondazione.

GLi amministratori tanto Ecclesiastici, quanto Laici della fabbrica di qualsivoglia Chiesa, anche Cattedrale, dell' Ospedale di Confraternita, delle limosine, del monte di Pietà, e di qualsivoglia luogo pio, siano tenuti di render conto dell' amministrazione ogni anno all' Ordinario; rimosse le consuetudini, e privilegj di qualunque sorta in contrario: se a caso diversamente non fosse stato espressamente stabilito nell' istituzione, e ordinazione di tale Chiesa, o fabbrica. Che se per consuetudine, o privilegio, o costituzione alcuna del luogo, si dovesse render conto ad altri a ciò destinati, allora insieme con essi si ammetta anche l' Ordinario, e le liberazioni fatte altrimenti non sieno di nessun giovamento ai detti amministratori.

CAPUT IX.

Administratores quorumcumque piorum locorum reddant rationem Ordinario, nisi aliter in fundatione sit cautum.

ADministratores, tam ecclesiastici, quam laici, fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam cathedralis, (a) hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ montis Pietatis, & (b) quorumcumque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario: consuetudinibus, & privilegiis quibuscumque in contrarium sublatis: nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expresse cautum esset. Quod si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius; & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur.

CAPO X.

I Notaj sieno soggetti all' esame e giudizio dei Vescovi.

NAscendo moltissimi danni, ed occasione di molte liti dalla imperizia de' Notaj, possa il Vescovo, anche come delegato della Sede Apostolica, esaminare i Notaj tutti, e indagare la loro sufficienza, anche se fossero stati creati per autorità

CAPUT X.

Notarii Episcoporum examini, & judicio subjaceant.

CUm ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oriatur; possit Episcopus quoscumque Notarios, etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tamquam delegatus Sedis

(a) Supra Sess. 7. cap. ult. de refor.

(b) Clem. quia contingit. §. Ut autem præmissa de relig. domib. Infra Sess. 25. cap. 8. de reformat.

Apostolicæ, examinatione adhibita eorum sufficientiam scrutari. Illisque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & causis ecclesiasticis, ac spiritualibus exercendi usum perpetuo, aut ad tempus prohibere, neque eorum appellatio interdictionem Ordinarii suspendat.

Apostolica, Imperiale, o Regia; e non ritrovati quelli capaci, o in qualunque tempo delinquenti nell' uffizio possa perpetuamente, o per qualche tempo proibire l' uso di esercitar quell' offizio nei negozj, liti, e cause Ecclesiastiche, e spirituali; nè la loro appellazione sospenda la proibizione dell' Ordinario.

CAPUT XI.

Bonorum cujuscumque Ecclesiæ, aut pii loci occupatores puniuntur.

SI (*a*) quem Clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, in tantum malorum (*b*) omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Ecclesiæ, seu cujusvis sæcularis, vel regularis beneficii, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, per-

CAPO XI.

Si stabiliscono pene contro coloro, i quali ardiscono di usurpare i beni della Chiesa, o dei luoghi pii.

SE la cupidigia, radice di tutti i mali, fia che a tal segno occupi qualcheduno de' cherici, o de' laici, di qualsivoglia dignità questi risplenda, anche Imperiale, o Reale, il quale o per se, o per mezzo d' altri, con la forza, o col timore, o anche per mezzo di supposte persone di cherici, o laici, o con qualunque artifizio, o mendicato pretesto, presuma di convertire in proprj usi, e di usurpare, o impedire, che da quelli, a' quali per diritto appartengono, non vengano percette le giurisdizioni, i beni, i censi di qualche Chiesa, o di qualsivoglia benefizio secolare, o regolare dei monti di Pietà, e di altri pii Luoghi, ed i diritti anche feudali, ed enfiteutici, i frutti, gli emolumenti, o entrate di qualunque sorta, le quali devono convertirsi nelle occorrenze dei ministri, e dei poveri; questi sia soggetto alla scomunica si-

(*a*) Conc. 5. Aurel. cap. 13, & seqq. Conc. Tributiens. 1. cap. 6. Conc. Aurel. 3. cap. 17. Conc. Turon. 2. cap. 25. Conc. Moguntien. sub Leone IV. cap. 6, & 11. Conc. Aquisgran. sub Steph. 5. c. 88. Concil. Lateran. sub Leone X. Sess. 9, & 10. cap. Prædia cum seq. 12. qu. 2.

(*b*) 1. Tim. 6.

no a tanto che avrà restituito interamente le giurisdizioni, i beni, le cose, i diritti, i frutti, e l'entrate, le quali avrà occupato, o le quali saranno ad esso pervenute in qualsivoglia maniera, anche per donazione di supposta persona, alla Chiesa, e all' amministratore, o beneficiato di essa; e finchè avrà ottenuto l'assoluzione dal Romano Pontefice. Che se sarà il padrone della medesima Chiesa, sia privato per questo istesso anche del gius-patronato, oltre le predette pene. Il Cherico poi, il quale sarà stato fabbricatore o consenziente di simile nefanda frode, e usurpazione, sia soggetto alle medesime pene; come pure sia privo di qualsivoglia benefizio, e inabile si renda a tutti gli altri benefizj, ed all' esecuzione dei suoi Ordini, anche dopo un' intiera soddisfazione, ed assoluzione, sia sospeso ad arbitrio del suo Ordinario.

cipiantur; is (*a*) anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & reditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, Ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiato integre restituerit; ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit, etiam jure patronatus ultra prædictas pœnas eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit: eisdem pœnis subjaceat, nec non quibuscumque beneficiis privatus sit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur; & a suorum Ordinum executione, etiam post integr[illegible] satisfactionem, & absolutionem, sui Ordinarii arbitrio suspendatur.

Decreto sopra la dimanda della concessione del Calice.

Inoltre lo stesso Santo Concilio nell' antecedente Sessione avendosi in altro tempo, secondo l'occasione, riserbato ad esaminare, e definire due articoli altre volte proposti, e allora non per anche discussi, vale a dire, se le ragioni, per le quali la Santa Cattolica Chiesa fu indotta a comunicare i Laici, e i Sacerdoti non celebranti sotto la sola specie del pane, sieno talmente da ritenersi, che per nessun motivo s'abbia a permettere a chicchesia l'uso del Calice; e

Decretum super petitione concessionis Calicis.

Insuper (*b*) cum eadem Sacrosancta Synodus superiori Sessione duos articulos, alias propositos, & tunc nondum discussos, videlicet: An rationes, quibus Sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, sub una panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione Calicis usus cuiquam sit permittendus: & an, si honestis, & Christianæ charitati consentaneis ra-

(*a*) Vide Bullam Cœnæ clausula 17.

(*b*) Supra Sess. 21. Can. 4, & Sess. 13. in decr. prorog.

tionibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam illæ sint? in aliud tempus, oblata sibi occasione examinandos, atque definiendos reservaverit; nunc eorum, pro quibus petitur, saluti optime consultum volens, decrevit, integrum negotium ad Sanctissimum Dominum nostrum esse referendum, prout præsenti decreto refert; qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod utile Reipublicæ Christianæ, & salutare petentibus usum Calicis, fore judicaverit.

se, quando sembrasse per oneste cause, ed uniformi alla Cristiana carità, doversi concedere ad alcuna nazione, ò regno l' uso del Calice, s' abbia à concedere sotto alcune condizioni, e quali esse siano; volendo ora che sia interamente provveduto alla salute di quelli pei quali s' intercede, decretò, che l' intero affare debba rimettersi al Sommo Pontefice, come col presente decreto lo rimette, il quale con la sua singolare sapienza determini ciò che stimerà vantaggioso alla Cristiana Repubblica, e salutevole a quelli, che chiedono l' uso del Calice.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Tridentina Synodus diem futuræ Sessionis ad feriam quintam post octav. festivitatis omnium Sanctorum, quæ erit dies XII. mensis Novemb. indicit: & in ea decernetur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonii, &c.

Prorogata fuit Sessio usque ad diem xv. Julii MDLXIII.

Intimazione della futura Sessione.

Inoltre il medesimo Sacrosanto Concilio di Trento intima il giorno della futura Sessione nella feria quinta dopo l' ottava della Festa di tutti i Santi, che sarà il dì 12. del mese di Nov., ed in quella si decreterà intorno al Sacramento dell' Ordine, ed al Sacramento del Matrimonio, ec.

Fu prorogata la Sessione fino al giorno 15. Luglio 1563.

SESSIONE XXIII.

Ch' è la settima sotto Pio IV. Pontef. Massimo.

Celebrata il dì 15. del mese di Luglio 1563.

Vera e Cattolica Dottrina intorno il Sacramento dell' Ordine per condannare gli errori de' nostri tempi, decretata dal Santo Concilio di Trento, e pubblicata nella Sessione settima.

CAPO I.

Dell' istituzione del Sacerdozio della nuova Legge.

IL Sacrifizio, ed il Sacerdozio sono per ordinazione di Dio talmente congiunti, che l' uno e l' altro v' è sempre stato in qualunque legge. Avendo dunque la Chiesa Cattolica ricevuto nel nuovo Testamento il santissimo visibile sacrifizio della Eucaristia per istituzione del Signore; bisogna anche confessare, che v' è in essa il nuovo visibile ed esterno Sacerdozio, nel quale è trasferito l' antico. Che questo poi sia stato istituito dal medesimo Signore Salvator nostro, e che sia stata data la potestà di consecrare, di offerire, e di amministrare il suo Corpo, e il suo Sangue agli Apostoli, ed ai loro successori nel sacerdozio, come pure di rimettere i peccati, e di ritenerli, le Sacre Lettere lo dimostrano, e la tradizione della Chiesa Cattolica sempre l' insegnò.

SESSIO XXIII.

Quæ est septima sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die XV. Julii MDLXIII.

Vera, & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis, ad condemnandos errores nostri temporis, a Sancta Synodo Tridentina decreta, & publicata Sessione septima.

CAPUT I.

De institutione Sacerdotii novæ Legis.

SAcrificium, & Sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, (*a*) ut utrumque in omni lege exstiterit. Cum igitur in novo Testamento Sanctiss. Eucharistiæ Sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit; (*b*) fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, (*c*) ministrandi Corpus, & Sanguinem ejus, necnon & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ Litteræ ostendunt, & Catholicæ Ecclesiæ traditio semper docuit.

(*a*) Cyprian. lib. 1. advers. Judæos. (*b*) Hebr. 7.
(*c*) Matth. 16. Marci 14. Luc. 22. Joan. 20.

CAPUT II.

De septem Ordinibus.

CUM autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quo dignius, & majori cum veneratione, exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissima dispositione (*a*) plures, & diversi essent ministrorum ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui jam clericali Tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent: nam non solum de Sacerdotibus, sed (*b*) & de Diaconis sacræ Litteræ apertam mentionem faciunt; quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent; & ab ipso Ecclesiæ initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi, scilicet, Acolythi, Exorcistæ, Lectoris, & Ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu: nam Subdiaconatus ad majores ordines (*c*) a Patribus, & (*d*) a sacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentissime legimus.

CAPO II.

Dei sette Ordini.

ESsendo poi cosa divina il ministero d' un sacerdozio così santo, fu conveniente, onde si potesse esercitare più degnamente, e con maggior venerazione, che nella ordinatissima disposizion della Chiesa vi fossero molti, e diversi ordini di ministri, i quali servissero al Sacerdozio ex officio, *talmente distribuiti, che quelli, i quali già fossero insigniti della tonsura chericale, ascendessero ai maggiori per mezzo dei minori. Imperciocchè non solamente dei Sacerdoti, ma anche dei Diaconi le Sacre Lettere fanno manifesta menzione, e con gravissime parole insegnano le cose, le quali specialmente si devono osservare nella loro ordinazione, e sul principio istesso della Chiesa si conoscono essere stati in uso i nomi dei seguenti Ordini, e i ministerj proprj di ciascheduno di essi, vale a dire, del Suddiacono, dell' Acolito, dell' Esorcista, del Lettore, e dell' Ostiario, quantunque di non egual grado. Imperciocchè il Suddiaconato è annoverato fra gli Ordini maggiori dai Padri, e dai Sacri Concilj, nei quali frequentissimamente leggiamo farsi menzione anche degli altri Ordini inferiori.*

(*a*) Infr. can. 2, & cap. 17. de ref.
(*b*) 1. Tim. 3, & Act. 21.
(*c*) Ignatius epist. ad Antioch. Tertull. de Præscript. lib. 1. cap. 41. Cypr. epist. 55.
(*d*) Conc. Rom. 3. sub Sylv. Eliberit. cap. 33. Carthag. 4. cap. 5, & seqq. cap. Nullus ult. 50. Dist. c. Si quis eorum, c. Erubescant, & c. Nemo Dist. 32. c. A multis, de ætat. & qual. & cap. Miramur de ser. non ord.

CAPO III.

Che l'Ordine è veramente Sacramento.

Essendo manifesto per testimonio della Scrittura, per tradizione Apostolica, e per unanime consenso dei Padri, che per mezzo della sacra Ordinazione, la quale si fa con parole, e con segni esterni si conferisce la grazia; nessuno dee dubitare, che l'Ordine sia veramente, e propriamente uno dei sette Sacramenti della Santa Chiesa: imperciocchè, dice l'Apostolo: Ti avviso, che resusciti la grazia di Dio, la quale è in te, per mezzo della imposizione delle mie mani: imperciocchè non ci diede Dio lo spirito di timore, ma di virtù, e d'amore, e di sobrietà.

CAPUT III.

Ordinem vere esse Sacramentum.

Cum Scripturæ testimonio, Apostolica traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis, & signis exterioribus perficitur gratiam conferri: dubitare nemo debet, Ordinem esse vere, & proprie unum ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis; inquit, enim Apostolus: (a) *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum: (b) non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.*

CAPO IV.

Intorno all'Ecclesiastica Gerarchia, e Ordinazione.

Giacchè poi nel Sacramento dell'Ordine, siccome anche nel Battesimo, e nella Confermazione, s'imprime il carattere, il quale nè può scancellarsi, nè togliersi: con ragione il Santo Concilio condanna la sentenza di coloro, i quali asseriscono, che i Sacerdoti del nuovo Testamento hanno solamente una potestà durabile per qualche tempo, e che quelli, i quali una volta furono legittimamente ordinati, possano di nuovo divenir laici, se non esercitino il ministero della parola di Dio. Che se qualcheduno affermi, che tutti i Cri-

CAPUT IV.

De Ecclesiastica Hierarchia, & Ordinatione.

Quoniam vero in Sacramento (c) Ordinis sicut & in Baptismo & Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest, merito Sancta Synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt, novi Testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere; & semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue novi Testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate

(a) 2. Tim. 1. b. 1. Tim. 4. d.
(b) 2. Timot. 1. b.
(c) Supra Sess. 7. de Sacram. in genere Canon. 9, & infra Canon. 4.

spirituali præditos affirment, nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quæ (*a*) est ut castrorum acies ordinata, confundere; perinde ac si contra beati Pauli (*b*) doctrinam omnes Apostoli, omnes Prophetæ, omnes Evangelistæ, omnes Pastores, omnes sint Doctores. Proinde Sacrosancta Synodus declarat, præter cæteros ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & positos, (*c*) sicut idem Apostolus ait, a Spiritu Sancto, regere Ecclesiam Dei, (*d*) eosque Presbyteris superiores esse; ac (*e*) Sacramentum Confirmationis conferre; ministros Ecclesiæ ordinare; atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet insuper Sacrosancta Synodus, in ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & cæterorum Ordinum, (*f*) nec populi, nec cujusvis sæcularis potestatis, & magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodo a populo, aut sæculari potestate ac magistratu vocati, & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt, & qui ea propria temeritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, (*g*) sed fures, & latrones,

stiani promiscuamente sono sacerdoti del nuovo Testamento, o che tutti sono forniti d' un' eguale potestà spirituale: niente altro sembra fare, che confondere la Gerarchia Ecclesiastica, la quale è ordinata, come gli accampamenti di un esercito: come se tutti siano Apostoli, tutti Profeti, tutti Evangelisti, tutti Pastori, tutti siano Dottori contro la dottrina del Beato Paolo. Perciò il Sacrosanto Concilio dichiara, che oltre agli altri Ecclesiastici gradi, i Vescovi, i quali successero in luogo degli Apostoli, appartengono specialmente a questo Ordine di Gerarchia, e sono posti, siccome il medesimo Apostolo dice, dallo Spirito Santo a reggere la Chiesa di Dio, e sono superiori ai Preti, e conferiscono il Sacramento della Confermazione, ordinano i ministri della Chiesa, e possono essi fare altre cose, delle quali funzioni nessuna potestà hanno gli altri d' Ordine inferiore. Insegna inoltre il Sacrosanto Concilio, che nell' ordinazione de' Vescovi, dei Sacerdoti, e di altri Ordini, non si ricerca il consenso, o vocazione, o autorità nè del popolo, nè di qualunque potestà, e magistrato secolare in maniera, che senza di quella sia nulla l' ordinazione: anzi più tosto decreta, che quelli, i quali solamente chiamati, e istituiti dal popolo, o dalla potestà secolare, e dal magistrato, ascendono ad esercitare questi ministerj, e quelli, i quali se li arrogano di propria temerità, tutti debbano tenersi

(*a*) Can. 6. (*b*) 1. Cor. 12. Ephes. 4. c. Cum ex injucto, de haret.
(*c*) Act. 20.
(*d*) Cœlest. 1. Epist. Gall. cap. 1.
(*e*) Supra Sess. 7. de Confirm. can. 3. Conc. Hispalen. 2. cap. 5. 7, & alibi.
(*f*) Laod. Conc. cap. 13.
(*g*) Joan. 10. c. Ordinationes 1. qu. 1, & c. Relatum de jur. patr.

non per ministri della Chiesa, ma per ladri, ed assassini, non entrati per la porta. Queste sono quelle cose, le quali parve bene al Sacro Concilio di generalmente insegnare ai Cristiani intorno al Sacramento dell' Ordine. Stabilì poi di condannare le cose contrarie a queste con Canoni certi e proprj nel modo, che segue: acciocchè tutti coll' ajuto di Cristo, servendosi della regola di fede, possano più facilmente conoscere, e tenere la verità Cattolica in mezzo a tante tenebre d' errori.

Del Sacramento dell' Ordine.

CANONE I.

Se qualcheduno dirà, che nel nuovo Testamento non v' è il Sacerdozio visibile ed esterno: o che non v' è potestà alcuna di consecrare, e di offerire il vero corpo, e sangue del Signore, e di rimettere, e di ritenere i peccati; ma il solo uffizio, e il nudo ministero di predicare il Vangelo: o che quelli, che non predicano, non sono del tutto Sacerdoti; sia scomunicato.

CANONE II.

Se qualcheduno dirà, che oltre il Sacerdozio non vi sono nella Chiesa Cattolica altri Ordini, e maggiori, e minori, per mezzo dei quali, come per certi gradi, si ascenda al Sacerdozio; sia scomunicato.

CANONE III.

Se qualcheduno dirà, che l' Ordine, o la sacra Ordinazione non sia

per ostium non ingressos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim Sacræ Synodo visum est Christi fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, & propriis Canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit; ut omnes, adjuvante Christo fidei regula utentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoscere, & tenere possint.

De Sacramento Ordinis.

CANON I.

Si quis dixerit, (a) non esse in novo Testamento sacerdotium visibile, & externum; vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus, & sanguinem Domini, (b) & peccata remittendi, & retinendi; sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi Evangelium; vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, præter sacerdotium, (c) non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores, & minores, per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium (d) tendatur; anathema sit.

CANON III.

(e) Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram ordinationem non esse

(a) Sup. cap. 1. de hoc Sacr.
(b) Matth. 16. cap. Manet., cum seq. 24. qu. 1.
(c) Cap. In singulis, cum seq. Dist. 77. Supr. c. 2. de hoc Sacram.
(d) Infra de reform. cap. 13.
(e) Supra cap. 1. de hoc Sacram.

vere; & proprie Sacramentum a Christo Domino institutum; vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis; aut esse tantum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorum; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum; ac proinde *frustra Episcopos* dicere: *Accipite Spiritum Sanctum*; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui sacerdotem semel fuit (a), laicum rursus fieri posse; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, sacram Unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam, & perniciosam esse; similiter & alias Ordinis cæremonias; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam; quæ constat ex Episcopis, & Presbyteris, & ministris; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione, irritos esse; aut eos, qui nec ab ecclesiastica, & canonica

cujuscumque fuerint, etiamsi exempta, etiam si nullius dioecesis, vel aliis ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis quibusvis locis piis, etiam exemptis annexa, & ex fabricis ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscumque aliis ecclesiasticis redditibus, seu proventibus, etiam aliorum collegiorum: in quibus tamen Seminaria discentium, vel docentium (a) ad commune Ecclesiæ bonum promovendum actu non habentur: hæc enim exempta esse voluit: præterquam ratione redituum, qui superflui essent ultra convenientem ipsorum Seminariorum sustentationem, seu corporum, vel confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solvi solent, & milites cujuscumque militiæ, aut ordinis, pertinentibus (fratribus S. Joannis Jerosolymitani duntaxat exceptis) partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem sic detractam, necnon beneficia aliquot simplicia, cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones, etiam ante vacatione nuncupatas, sine cultus divini, & illa obtinentium præjudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt. Quod locum habeat, etiam si beneficia sint reservata, vel affecta, nec per resignationem ipsorum beneficiorum,

patronato, anche se esenti, anche se di niuna Diocesi, od annessi ad altre Chiese, Monasteri, e Spedali, e ad altri luoghi pii di qualsisia genere, anche esenti, e dalle fabbriche delle Chiese, e di altri luoghi, anche da qualisisiano altre ecclesiastiche rendite, o proventi, anche di altri collegj, ne' quali però non vi sono attualmente Seminarj di scolari, o maestri per promuovere il comune bene della Chiesa: imperciocchè volle che questi fossero esenti: fuorchè per riguardo alle rendite, le quali fossero superflue, oltre la conveniente sostentazione degli stessi Seminarj, o dei corpi, o confraternite, le quali in alcuni luoghi si chiamano Scuole, e di tutti i Monasteri, non però dei mendicanti, anche dalle decime in qualunque maniera appartenenti ai laici, dai quali si sogliono pagare sussidj ecclesiastici; e ai soldati di qualunque milizia, od Ordine (eccettuati solamente i Frati di S. Giovanni Gerosolimitano) leveranno una qualche parte o porzione, e quella porzione così levata, come pure alcuni benefizj semplici, di qualsivoglia qualità e dignità saranno, o pure prestimonj, o porzioni prestimoniali, chiamate anche avanti la vacanza, applicheranno, ed incorporeranno a questo collegio senza pregiudizio del culto divino, e di quei, che li ottengono. Lochè abbia luogo, avvegnachè i benefizj siano riservati, o affetti; nè le unioni, e le applicazioni degli stessi benefizj possano sospendersi, o in alcun modo impedirsi per mezzo della rinuncia, ma sortiscano del tutto il loro effetto in qualunque vacan-

(a) Cap. fin. de mag. cap. Cum ex eo, de elect. in 6, & cap. De quibusdam, Distinct. 37.

za, anche nella Curia, e non ostante qualunque costituzione. A pagar poi questa porzione, i possessori dei benefizj, dignità, personati, e di tutti, e di ciascheduno dei sopra memorati, non solamente per se stessi, ma per le pensioni, le quali forse dei detti frutti pagherebbero ad altri, ritenendo però a proporzione tutto ciò, che per le dette pensioni si dovrà loro pagare, siano obbligati dal Vescovo del luogo per mezzo delle censure Ecclesiastiche, e di altri rimedj della Legge, chiamato anche in ciò, se parerà, l'ajuto del braccio secolare: nonostanti in quanto a tutte, e ciascheduna delle sopradette cose, qualisivogliano privilegj, esenzioni, anche se esigessero una deroga particolare, consuetudine, anche immemorabile, e qualsivoglia appellazione, ed allegazione, la quale impedisca l'esecuzione. Succedendo poi il caso, nel quale per mezzo delle unioni, che sortiscono il loro effetto, o altrimenti, il Seminario stesso si ritrovi in tutto, o in parte dotato, allora o in tutto, o in parte, come esigerà la cosa stessa, si rimetta la porzione da ciaschedun benefizio, come sopra, detratta, ed incorporata dal Vescovo. Che se i Prelati delle Cattedrali, e di altre maggiori Chiese saranno negligenti in questa erezione del Seminario, e nella di lui conservazione, e ricuseranno di pagare la loro porzione; l'Arcivescovo debba acremente riprendere il Vescovo, ed il Sinodo Provinciale l'Arcivescovo, ed i Superiori, e costringerli a tutte le sopradette cose, e procurerà con tutto l'impegno di promuovere quanto prima questa santa, e pia opera, dovunque potrà farsi. Il Vescovo poi riceva ogn' anno i registri

uniones, & applicationes suspendi, vel ullo modo impediri possint, sed omnino quacumque vacatione, etiam si in Curia effectum suum sortiantur, & quacumque constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem solvendam, beneficiorum, dignitatum, personatuum, & omnium, & singulorum supra commemoratorum possessores, non modo pro se, sed pro pensionibus, quas aliis forsan ex dictis fructibus solverent, retinendo tamen pro rata, quidquid pro dictis pensionibus illis erit solvendum, ab Episcopo loci per censuras Ecclesiasticas, ac alia juris remedia compellantur; etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachii sæcularis, quibusvis, quoad omnia, et singula supradicta, privilegiis, exemptionibus, etiam si specialem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, & quavis appellatione, et allegatione, quæ executionem impediat, non obstantibus. Succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, vel aliter, Seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur: tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra, detracta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum, vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium, et aliarum majorum ecclesiarum Prælati in hac Seminarii erectione, ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detrectaverint: Episcopum Archiepiscopus, Archiepiscopum, et Superiores Synodus provincialis acriter corripere, eosque ad omnia su-

prædicta cogere debeat; et ut quamprimum hoc sanctum, et pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, studiose curabit. Rationes autem redituum hujus Seminarii Episcopus annis singulis accipiat, præsentibus duobus a Capitulo, & totidem a Clero civitatis deputatis.

(a) Deinde, ut cum minori impensa hujusmodi scholis instituendis provideatur, statuit Sancta Synodus, ut Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & alii locorum Ordinarii scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, & ab Ordinariis approbandos, etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. Quod si judicio Episcopi digni non fuerint; alium, qui dignus sit, nominent, omni appellatione remota; quod si neglexerint, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cætero vero officia, vel dignitates illæ, quæ scholasteriæ dicuntur, nonnisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in Sacra pagina, aut in jure Canonico, & aliis personis idoneis, & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur; & aliter facta provisio nulla sit, & invalida: non obstantibus quibusvis privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

delle rendite di questo Seminario; presenti due del Capitolo, e altrettanti deputati dal Clero della città.

Dipoi, perchè con minor dispendio si provveda alla istituzione di tali scuole, stabilì il Santo Concilio, che i Vescovi, Arcivescovi, Primati, ed altri Ordinarj de' luoghi, anche colla sottrazione dei frutti, costringano ed obblighino quei, che ottengono scolasterie, ed altri, ai quali và annesso il carico della Lezione o dottrina, ad insegnare a que' che si devono ammaestrare nelle stesse scuole da per se stessi, se sieno capaci; altrimenti per mezzo d' idonei sostituti, da eleggersi dai medesimi scolastici, e da approvarsi dagli Ordinarj. Che se per giudizio del Vescovo non saranno degni, nominino un altro che sia degno, tolta ogni appellazione. Lo che se venga trascurato, deputi lo stesso Vescovo. I predetti poi insegneranno quelle cose, che parrano al Vescovo convenienti. Peraltro poi gli uffizj, o quelle dignità, le quali si chiamano scolasterie, non si conferiscano, se non ai Dottori, o Maestri, o Licenziati nella Sacra Scrittura, o nel Gius-Canonico, e ad altre persone idonee, ed a quelli, i quali da per loro stessi possano adempire a questo dovere: e la scelta diversamente fatta sia nulla, ed invalida, nonostanti qualsivogliano privilegj, e consuetudini, anche immemorabili.

(a) Supra Sess. 5. cap. 1. de reform.

Se poi in qualche provincia le Chiese siano tanto povere, che in alcune non possa erigersi un Collegio: il Concilio Provinciale, o Metropolitano con due più vecchj Suffraganei nella Chiesa Metropolitana, o in un' altra Chiesa più comoda della provincia, procurerà che si erigano uno, o più Collegj, come giudicherà opportuno, dei frutti di due, o più Chiese, in ciascheduna delle quali non può comodamente istituirsi il Collegio, dove i fanciulli di quelle Chiese si allevino.

Nelle Chiese poi, che hanno vaste Diocesi, possa il Vescovo, avere uno, o più Seminarj nella Diocesi, come gli parerà opportuno; i quali però dipendano in tutte le cose da quello solo, che nella Città sarà stato eretto, e stabilito.

Finalmente, se accaderà che nasca qualche difficoltà, o per le unioni, o per la tassa delle porzioni, o assegnazione, ed incorporazione, o per qualsivoglia altra ragione, per la quale l' istituzione, o consecrazione di questo Seminario venisse impedita, o disturbata; il Vescovo coi sopradetti deputati, o il Sinodo Provinciale, secondo il costume del paese, e la qualità delle Chiese, e dei benefizj, col moderare, od accrescere, se sarà d' uopo, anche le cose sopradette, possa decretare e provvedere tutte, e cadauna di quelle cose le quali sembreranno necessarie, ed opportune al felice progresso di questo Seminario.

Intimazione della futura Sessione.

Inoltre il medesimo Sacrosanto Concilio di Trento intima la prossima futura Sessione nel giorno XVI. del

Si vero in aliqua provincia ecclesiæ tanta paupertate laborent, ut collegium in aliquibus erigi non possit, Synodus Provincialis, vel Metropolitanus cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel alia Provinciæ Ecclesia commodiori, unum, aut plura collegia, prout opportunum judicabit, ex fructibus duarum, aut plurium Ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum ecclesiarum edoceantur.

In Ecclesiis autem, amplas diœceses habentibus, possit Episcopus unum, vel plura in diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere Seminaria, quæ tamen ab illo uno, quod in civitate erectum, et constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Postremo, si vel pro unionibus, seu pro portionum taxatione, vel assignatione, et incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam hujus Seminarii institutio, vel conservatio impediretur, aut perturbaretur: Episcopus cum supra deputatis, vel Synodus Provincialis, pro regionis more, pro ecclesiarum, et beneficiorum qualitate, etiam suprascripta, si opus fuerit moderando, aut augendo, omnia, et singula, quæ ad felicem hujus Seminarii profectum necessaria, et opportuna videbuntur, decernere, ac providere valeat.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper, eadem Sacrosancta Tridentina Synodus proximam futuram Sessionem in diem decimam

sextam mensis Septembris indicit: in qua agetur de Sacramento Matrimonii, & de aliis, si quæ erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri possint; item de provisionibus Episcopatuum, dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac de diversis Reformationis articulis.

Prorogata fuit Sessio ad diem XI. *Novemb. MDLXIII.*

SESSIO XXIV.

Quæ est octava sub Pio IV. Pont. Max.

Celebrata die XI. Novembr. MDLXIII.

Doctrina de Sacramento Matrimonii.

MAtrimonii perpetuum, indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: (a) *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; quamobrem* (b) *relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.*

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & conjungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tamquam a Deo prolata referens dixit: (c) *Itaque jam non sunt duo, sed una caro:* statimque ejusdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto ante pronunciatam, his verbis con-

mese di Settembre, nella quale si tratterà del Sacramento del Matrimonio, e dell' altre cose, se alcune ve ne saranno, appartenenti alla dottrina della fede, le quali si possano determinare; e parimenti delle provigioni dei Vescovati, dignità, e di altri benefizj Ecclesiastici, e di diversi articoli di riforma.

Fu prorogata la Sessione fino al giorno 11. di Novemb. 1563.

SESSIONE XXIV.

Ch' è la ottava sotto Pio IV. Pontefice Massimo.

Celebrata li 11. Novembre 1563.

Dottrina intorno il Sacramento del Matrimonio.

IL primo padre del genere umano per istinto dello Spirito divino pronunciò il perpetuo, ed indissolubile legame del Matrimonio, allorchè disse: Ora questo osso è delle mie ossa, e la carne della mia carne; perlochè l' uomo abbandonerà suo padre, e sua madre, e starà unito alla sua moglie, e saranno due in una sola carne.

Cristo Signore poi più chiaramente insegnò che con questo vincolo due solamente si uniscono, e congiungono, quando riferendo quelle ultime parole, come proferite da Dio, disse: Pertanto già non sono due, ma una sola carne; *e tosto confermò la fermezza del medesimo legame, tanto innanzi da Adamo pronunciata, con*

(a) Genes. 2. Ephes. 5.
(b) cap. Fraternitas 35. quæst. 10. cap. Debitum, de bigam. cap. 1. in princ. de conjug. lepros. Matth. 19.
(c) Matth. 19. Marci 10. cap. Martinus, de cognat. spirit.

queste parole: Ciò che Dio dunque congiunse, l'uomo non separi.

Lo stesso Cristo poi autore, e perfezionatore dei venerabili Sacramenti, ci meritò colla sua passione la grazia, la quale perfezionasse quel naturale amore, e confermasse l'unione indissolubile, e santificasse i congiugati, lochè Paolo Apostolo accenna, dicendo: Mariti, amate le vostre mogli, come Cristo amò la Chiesa, e diede se stesso per quella: *tosto soggiungendo;* questo Sacramento è grande: dico però in Cristo e nella Chiesa.

Superando dunque il Matrimonio nella Legge Evangelica gli antichi Matrimonj nella grazia per mezzo di Cristo; con ragione i nostri Santi Padri, i Concilj, e la tradizione della Chiesa Universale sempre insegnarono doversi annoverare fra i Sacramenti della Legge nuova; contro la qual dottrina delirando alcuni uomini empj di questo secolo, non solo malamente pensarono intorno a questo venerabile Sacramento; ma alla loro foggia introducendo la libertà di carne, col pretesto dell'Evangelio, asserirono in iscritto ed in voce molte cose lontane dal sentimento della Chiesa Cattolica, e dalla consuetudine approvata sino dal tempo degli Apostoli, non senza gran danno dei Cristiani: alla temerità de' quali desiderando il santo, ed universal Concilio far argine, pensò di esterminare l'eresie, e gli errori più notabili dei predetti Scismatici, acciocchè la perniciosa loro infezione non ne tiri die-

firmavit; (a) *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor, atque perfector, sua nobis passione promeruit, quod (b) Paulus Apostolus innuit, dicens: *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea:* mox subjungens: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.*

Cum igitur Matrimonium in Lege Evangelica veteribus connubiis per Christum gratia præstet; merito inter novæ legis Sacramenta annumerandum, Sancti Patres nostri, (c) Concilia, & (d) universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt: adversus quam impii homines hujus sæculi insanientes, non solum perperam de hoc venerabili Sacramento senserunt; sed de more suo, prætextu Evangelii, libertatem carnis introducentes, multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto, & verbo asseruerunt, non sine magna Christifidelium jactura: quorum temeritati sancta, & universalis Synodus cupiens occurrere, insigniores prædictorum schismaticorum hæreses, & errores, ne plures ad se trahat perniciosa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipsos hæreticos, eo-

(a) cap. Sunt qui 27 quæst. 2. cap. De infidelibus, de consang. & affin.
(b) Ephes. 5. in fin. cap. Nemo, in fin. 33. qu. 4. cap. Debitum, de bigam.
(c) Concil. Florent. sub Eugenio IV.
(d) c. Ad abolendam, de hæret.

rumque errores decernens anathematismos.

De Sacramento Matrimonii.

CANON I.

Si quis dixerit, Matrimonium non esse vere, & proprie unum ex septem legis Evangelicæ Sacramentis (*a*) a Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inventum neque gratiam conferre; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, (*b*) licere Christianos plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, (*c*) eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Levitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant, & dirimant; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (*d*) Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, (*e*) propter hæresim, aut molestam cohabita-

tro molti più, decretando queste scomuniche contro gli stessi Eretici, ed i loro errori.

Del Sacramento del Matrimonio.

CANONE I.

Se qualcheduno dirà, che il Matrimonio non è veramente, e propriamente uno fra i sette Sacramenti della Legge Evangelica istituito da Cristo Signore, ma ritrovato dagli uomini nella Chiesa, nè che conferisca la grazia; sia scomunicato.

CANONE II.

Se qualcheduno dirà, che è lecito ai Cristiani di aver nello stesso tempo più mogli, e che questo non è proibito da nessuna Legge divina; sia scomunicato.

CANONE III.

Se qualcheduno dirà, che quei gradi soltanto di consanguinità, e di affinità, che si esprimono nel Levitico, possano impedire il Matrimonio da contrarsi, e sciogliere il già contratto; nè che possa la Chiesa dispensare in alcuni di essi, o determinare, che molti altri ancora impediscano, ed annullino; sia scomunicato.

CANONE IV.

Se qualcheduno dirà, che la Chiesa non abbia potuto costituire gli impedimenti dirimenti il matrimonio, o nel costituirli abbia errato; sia scomunicato.

CANONE V.

Se qualcheduno dirà, che il vincolo del matrimonio si possa sciogliere,

(*a*) Matth. 19. Marci 10. Ephes. 5. cap. Ad abolendam, de hæret.

(*b*) Matth. 19. cap. Si quis 32. quæst. 7. Toto tit. de spons. duor. cap. Gaudemus, de divor.

(*c*) Lev. 18. cap. Pittacium 30. quæst. 3, 35. quæst. 2, & 3. per totam c. Non debet de cons. & affin.

(*d*) Matth. 16, 1. Cor. 4. Sup. Sess. 21. cap. 2.

(*e*) c. Lege, Dist. 10, c. De illa, cum seq. de divort. cap. De infidelibus, de consanguin. & affinit.

per l' eresia, o molesta coabitazione, o per affettata lontananza dal conjugato; sia scomunicato.

CANONE VI.

Se qualcheduno dirà, che il matrimonio rato, non consumato, non si sciolga per mezzo della solenne professione di Religione d' uno degli sposi; sia scomunicato.

CANONE VII.

Se qualcheduno dirà, che la Chiesa erra, quando insegnò, ed insegna, giusta l' Evangelica, ed Apostolica dottrina, che per l' adulterio d' uno degli sposi non possa sciogliersi il vincolo del matrimonio, e che l' uno e l' altro, ed anche l' innocente, il quale non diede causa all' adulterio, non possa vivente l' altro sposo, contrarre altro matrimonio; e che sia infedele colui, il quale abbandonata l' adultera, un' altra ne prenderà, e quella, la quale abbandonato l' adultero, si sposerà con un altro; sia scomunicato.

CANONE VIII.

Se qualcheduno dirà, che la Chiesa erra, quando stabilisce potersi fare per molte cause la separazione fra i Conjugati, riguardo al letto, o alla coabitazione, per un certo, od incerto tempo; sia scomunicato.

CANONE IX.

Se qualcheduno dirà, che i cherici costituiti negli Ordini sacri; ed i Regolari che hanno professato solennemente la castità, possano contrarre matrimonio, e che contratto sia valido, non ostante la Legge Ecclesia-

tionem, aut affectatam absentiam a conjuge, dissolvi posse matrimonii vinculum; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, (*a*) matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem Religionis professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit, & docet, (*b*) juxta Evangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero, alii nupserit; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad thorum, seu quoad cohabitationem, ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, (*c*) Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesia-

(*a*) cap. Commissum, de spons.

(*b*) Matth. 19. Luc. 10, 1 Cor. 7. c. Placuit, cum multis seq. 32. quæst. 7. cap. Gaudemus, de divort.

(*c*) Dist. 27. c. Presbyt. & seq. 7. quæst. 1. per totam Extr. Qui cler. per totum, Conc. Carth. 4. cap. 104, & Matiscon. 1. cap. 12.

ætica, vel voto: & oppositum nil aliud esse, quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiamsi eam voverint, habere donum; anathema sit; cum Deus id recte petentibus non deneget, nec (a) patiatur nos supra id, quod possumus tentari.

stita, o il voto; e che il tener l'opposto non è altro, che condannare il matrimonio: e che possono contrarre il matrimonio tutti quelli, i quali non sentono di avere il dono della castità, avvegnachè abbiano fatto voto di quella: sia scomunicato; non negando Dio ciò a que' che rettamente lo dimandano, nè permettendo, che noi siamo tentati sopra ciò, che possiamo.

CANON X.

Si quis dixerit, (b) statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cælibatus; & non esse melius, (c) ac beatius manere in virginitate, aut cælibatu, quam jungi matrimonio; anathema sit.

CANONE X.

Se qualcheduno dirà, che lo stato conjugale si debba anteporre allo stato della verginità, o del celibato; e che non sia cosa migliore e più beata il restare nella verginità, o celibato, di quello che il congiungersi in matrimonio; sia scomunicato.

CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum (d) certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam; aut benedictiones, & alias cæremonias, quibus Ecclesia in illis utitur, damnaverit; anathema sit.

CANONE XI.

Se qualcheduno dirà, che la proibizione della solennità delle nozze in certi tempi dell'anno sia una tirannica superstizione degli Ethnici; o condannerà le benedizioni, e le altre cerimonie, delle quali la Chiesa si serve in quelle; sia scomunicato.

CANON XII.

Si quis dixerit, (e) causas matrimoniales non spectare ad judices ecclesiasticos; anathema sit.

CANONE XII.

Se qualcheduno dirà, che le cause matrimoniali non appartengono ai giudici Ecclesiastici; sia scomunicato.

(a) 1 Cor. 10.
(b) Matth. 19, 1 Cor. 7. in fin. cap. Nupt. 32. quæst. 1. Qui sint 33. quæst. 5. cap. Commissum de sponsal.
(c) cap. Nupt. 27. quæst. 1.
(d) Infra cap. 10. de ref. matr.
(e) c. Multorum, 35. quæst. 6. cap. 1. in fin. de cons. & affinit. cap. Accedentibus de exces. Prelat.

Decreto intorno la riforma del Matrimonio.

CAPO I.

Si rinnova la forma di contrarre solennemente il Matrimonio prescritta nel Concilio Lateranense. In quanto alle pubblicazioni il Vescovo possa dispensare. Quegli, il quale contrae in altra maniera, che alla presenza del Parroco, e di due, o tre testimonj, non contrae validamente.

Quantunque non vi sia dubbio, che i matrimonj clandestini, fatti col libero consenso dei contraenti, siano matrimonj rati, e veri, finattantochè la Chiesa non li annullò; e per conseguenza con ragione sieno da condannar quelli, siccome li condanna con la scomunica il santo Concilio, i quali dicono che non siano veri e rati, e quelli, i quali affermano falsamente, che i matrimonj contratti dai figli di famiglia senza il consenso de' genitori siano nulli, e che i genitori possano renderli rati, od annullarli: nulladimeno la S. Chiesa di Dio sempre li detestò, e proibì per cause giustissime. Ma, considerando il Santo Concilio, che quelle proibizioni già non giovano per la disobbedienza degli uomini, ed esaminando i peccati gravi, i quali hanno origine dai medesimi matrimonj clandestini, specialmente poi di quelli, i quali continuano in istato di dannazione, mentre abbandonata la prima moglie, colla quale avevano

Decretum de reformatione Matrimonii.

CAPUT I.

Matrimonii solemniter contrahendi forma in Conc. Lateranens. praescripta innovatur. Quoad proclamationes dispensare possint Episcopi. Qui aliter, quam praesentibus Parocho, & duobus, vel tribus testibus contrahit, nihil agit.

Tametsi dubitandum non est, clandestina matrimonia, libero contrahentium consensu facta, (a) rata, & vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit; & proinde jure damnandi sint illi, ut eos Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata esse negant, quique falso affirmant, matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse: nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper (b) detestata est, atque prohibuit. Verum, cum Sancta Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse; & gravia peccata perpendat, quae ex eisdem clandestinis conjugiis ortum habent, praesertim vero eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta,

(a) c. 2. de cland. despons.
(b) c. Non omnis, cap. Honorantur, & cap. fin. 32. quaest. 2. cap. Aliter, & cap. Nostrates, 30. quaest. 5. cap. Videtur, qui matrim. acc. pos. Conc. Toletanum 3. c. 10 Conc. Bisontin. an. 1559. art. 6. de spous. & matrim. Conc. Camerac. ann. 1550. tit. de Matr.

cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt: cui malo cum ab Ecclesia (*a*) quæ de occultis non judicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur: (*b*) idcirco sacri Lateranensis Concilii, sub Innocentio III. celebrati, vestigiis inhærendo præcipit, ut imposterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter Missarum solemnia publice denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum; quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie ecclesiæ procedatur, ubi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat: *Ego vos in matrimonium conjungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant, ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur: nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittan-

nascostamente contratto, contraggono palesemente con un' altra, e con essa vivono in perpetuo adulterio; al qual male non potendosi recar soccorso dalla Chiesa, la quale non giudica delle cose occulte, se non si adoperi qualche rimedio più efficace; perciò dietro le traccie del Sacro Concilio Lateranese, celebrato sotto Innocenzo III. comanda, che in avvenire prima che si contragga il matrimonio, si proclami tre volte dal proprio Parroco de' contraenti nella Chiesa pubblicamente fra le solennità delle Messe per tre giorni continui festivi, da quali persone si voglia contrarre il matrimonio: fatte le quali pubblicazioni, se non si opponga nessun legittimo impedimento, si proceda alla celebrazione del matrimonio in faccia della Chiesa; dove il Parroco, interrogati l' uomo, e la donna, ed inteso il loro mutuo consenso, o dica: Io vi congiungo in matrimonio, nel nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo: *o si serva di altre parole, conforme il ricevuto rito di ciascheduna provincia. Che se talvolta vi sarà probabile sospetto, che il matrimonio possa maliziosamente impedirsi, se precederanno tante pubblicazioni, allora o una pubblicazione soltanto si faccia, o almeno presenti il Parroco, e due o tre testimonj, si celebri il matrimonio: di poi prima della di lui consumazione si facciano le pubblicazioni nella Chiesa, acciocchè, se vi sono nascosti alcuni impedimenti, con più facilità si scoprano, se l' Ordinando stesso non giudicherà tornar conto, che si rimettano le predette*

(*a*) c. Consuluisti, 2. quæst. 4. c. Ut nostrum, ut Ecclesiastica bona sine diminutione conferantur.

(*b*) Conc. Later. 4. cap. 51, & cap. Cum inhibitio, de cland. desp.

pubblicazioni; lochè il Santo Concilio lascia alla di lui prudenza, e giudizio. Quelli, i quali tenteranno di contrarre il Matrimonio in altra maniera, che presente il Parroco, od altro Sacerdote, di permissione dello stesso Parroco, o dell' Ordinario, e due, o tre testimonj, il Santo Concilio li rende affatto inabili a contrarre in tal maniera; e stabilisce che siano vani, e nulli tali contratti, come col presente decreto li rende vani, e li annulla. Inoltre comanda, che gravemente siano puniti ad arbitrio dell' Ordinario, il Parroco, od altro Sacerdote, il quale con minor numero di testimonj, ed i testimonj, i quali senza il Parroco, od il Sacerdote, sieno intervenuti a questo contratto, come pure gli stessi contraenti. Inoltre il medesimo Santo Concilio esorta, che gli sposi innanzi la benedizione Sacerdotale, da riceversi nella Chiesa, non abitino nella medesima casa; e stabilisce, che la benedizione si faccia dal proprio Parroco; nè da qualsivoglia altro, se non dallo stesso Parroco, o dall' Ordinario si possa ad altro Sacerdote concedere la licenza di fare la predetta benedizione; nonostante qualsivoglia consuetudine o privilegio anche immemorabile, la quale più tosto si deve dire corruttela.

Che se qualche Parroco, od altro Sacerdote, o sia egli regolare, o secolare, anche se sostenga, ciò essergli lecito per privilegio, od immemorabile consuetudine, avrà coraggio di congiungere in matrimonio, o di benedire sposi d' un' altra Parrocchia, senza la licenza del loro Parroco, ri-

tur: quod illius prudentiæ, & judicio Sancta Synodus relinquit. Qui aliter quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: & (*a*) hujusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat. Insuper Parochum, vel alium Sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine Parocho, vel Sacerdote, hujusmodi contractui interfuerint, nec non ipsos contrahentes graviter arbitrio Ordinarii puniri præcipit. (*b*) Præterea eadem Sancta Synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent: statuitque benedictionem a proprio Parocho fieri, neque a quopiam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario, licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi posse: quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstantibus.

Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive regularis, sive sæcularis sit, etiam si id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit,

(*a*) cap. Videtur, 35. quæst. 6.
(*b*) cap. 1. cum multis seq. 30. quæst. 5. & cap. Nulli, 35. quæst. 2.

Ipso Jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. Habeat Parochus librum, in quo conjugum, & testium nomina, diemque, & locum contracti matrimonii describat; quem diligenter apud se custodiat. Postremo Sancta Synodus conjuges hortatur, ut, antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pie accedant. Si quæ provinciæ aliis, ultra prædictas, laudabilibus consuetudinibus, & cæremoniis hac in re utuntur, eas omnino retineri Sancta Synodus vehementer optat. Ne vero hæc tam salubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit, ut, cum primum potuerint, curent, hoc decretum populo publicari, ac explicari in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesiis, idque in primo anno, quam sæpiissime fiat; deinde vero quoties expedire viderint. Decernit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, a die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

manga sospeso per diritto istesso sinò a tanto che venga assolto dall' Ordinario di quel Parroco, il quale doveva esser presente al matrimonio, o dal quale si doveva ricevere la benedizione. Il Parroco abbia un libro, in cui registri i nomi degli sposi, e dei testimonj, ed il giorno, e luogo del contratto matrimonio, il qual libro diligentemente custodisca appresso di se. Finalmente il Santo Concilio esorta gli sposi, che, prima di contrarre il matrimonio, od almeno tre giorni innanzi la consumazione del matrimonio, confessino diligentemente i loro peccati, e piamente si accostino al Santissimo Sacramento dell' Eucaristia. Se alcune provincie si servono in questa cosa d' altre lodevolì consuetudini, e cerimonie, oltre le predette, il Santo Concilio esorta grandemente che queste onninamente si ritengano. Perchè poi ognuno sappia questi precetti tanto salutevoli, comanda a tutti gli Ordinarj, che al più presto che potranno, procurino, che questo decreto si pubblichi, e si spieghi al popolo in tutte le Chiese Parrocchiali delle loro Diocesi; e questo si faccia spessissimo nel primo anno, di poi quante volte vedranno esser utile. Inoltre ordina, che tale decreto incominci ad avere la sua forza in ciascheduna Parrocchia dopo trenta giorni, da numerarsi dal giorno della prima pubblicazione fatta nella medesima Parrocchia.

CAPUT II.

Inter quos cognatio spiritualis contrahatur.

(*a*) DOcet experientia, propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus

CAPO II.

Fra quali persone si contragga cognazione spirituale.

INsegna l' esperienza, che per la moltitudine delle proibizioni molte volte in casi proibiti ignorantemente

(*a*) Declaratur hoc Bulla S. Pii V. *Cum illius vicem* 1566.

si contraggono matrimonj, nei quali o si persevera non senza grande peccato, o essi si disciolgono non senza grande scandalo. Volendo pertanto il Santo Concilio provvedere a quest' inconveniente, ed incominciando dall' impedimento della cognazione spirituale, stabilisce che uno solamente, o sia uomo, o sia donna giusta gl' istituti dei sacri canoni, o al più uno ed una tengano il battezzato al sacro fonte, fra i quali, e il battezzato stesso, e fra il padre, e madre di lui, come pure fra il battezzante, ed il battezzato, ed il padre, e la madre del battezzato si contragga solamente parentela spirituale. Il Parroco, prima che si accosti a conferire il battesimo, ricerchi diligentemente da quelli, ai quali apparterà, quale, o quali abbiano eletto per tenere il battezzato al sacro fonte, ed ammetta quello, o quelli solamente per tenerlo, e nel libro descriva i loro nomi; ed insegni loro, quale cognazione abbiano contratto, acciocchè non possano scusarsi per alcuna ignoranza. Che se altri, oltre i destinati, tocchino il battezzato, non contraggono in verun modo la cognazione spirituale, nonostanti le costituzioni che fanno in contrario. Se per colpa del Parroco, o per trascuraggine si sarà diversamente fatto, sia punito ad arbitrio dell' Ordinario.

prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non sine magno peccato perseveratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque Sancta Synodus huic incommodo providere, & a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit, ut unus tantum, sive vir, sive mulier juxta sacrorum (*a*) Canonum instituta, vel ad summum unus, & una baptizatum de Baptismo suscipiant; inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantum (*b*) spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos spectabit, sciscitetur; quem, vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia ulla excusari valeant. Quod si alii, ultra designatos, baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant: (*c*) constitutionibus, in contrarium facientibus non obstantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio Ordinarii puniatur. (*d*)

(*a*) cap. Non plures de Cons. Dist. 4. c. Veniens, & fere per tot. de cogn. spirit. c. Quamvis, eod. in 6.

(*b*) c. Super quibus cap. Pittacium, & cap. fin. 30. quæst. 3. cap. Super eo, & fere per totum, de cogn. spirit. cap. 1. eod. tit. in 6.

(*c*) cap. Quamvis de cogn. spirit. in 6.

(*d*) c. 2. 30. quæst. 1. c. 1. de cogn. spirit. in 6.

Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egrediatur; omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis inpedimentis omnino sublatis.

Quella cognazione pure, che si contrae dalla Confermazione, non oltrepassi il confermante, ed il confermato, ed il padre, e la madre di lui, e chi lo tiene; tolti di mezzo affatto tutti gl' impedimenti di questa cognazione spirituale fra le altre persone.

CAPUT III.

Publicæ honestatis impedimentum certis limitibus coarctatur.

(a) JUstitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, Sancta Synodus prorsus tollit; ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant: quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari.

CAPO III.

Si ristringe dentro certi confini l' impedimento della pubblica onestà.

L' impedimento di giustizia di pubblica onestà, dove gli sponsali non saranno per qualsivoglia ragione validi, il Santo Concilio del tutto toglie; dove poi saranno validi, non passino il primo grado: poichè negli ulteriori gradi già non può osservarsi tale proibizione senza dispendio.

CAPUT IV.

Affinitas ex fornicatione ad secundum gradum restringitur.

PRæterea Sancta Synodus, eisdem, & aliis gravissimis de causis adducta, (b) impedimentum, quod (c) propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restringit: in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.

CAPO IV.

L' affinità proveniente dalla fornicazione si ristringe al secondo grado.

INoltre il Santo Conciilo indotto dalle medesime, ed altre gravissime cause ristringe l' impedimento, il quale s' induce per l' affinità contratta dalla fornicazione; e discioglie di poi il matrimonio fatto in tal maniera, a quelli solamente i quali si congiungono nel primo, e secondo grado: ne' gradi più ulteriori stabilisce, che tale affinità non isciolga il matrimonio contratto dopo.

(a) Declaratur hoc Bulla S. Pii V. *ad Romanum Pontif. spectat* 1568. cap. 1. de Spons. in 6.

(b) cap. Quædam cum multis seq. 32. quæst. 7, & toto tit. de eo qui cogn. cons. uxor. suæ.

(c) Declaratur Bulla S. Pii V. *Ad Romanum Pontificem* 1568.

CAPO V.

Che alcuno non contragga dentro i gradi proibiti; o per qual ragione si debba dispensare in quelli.

Se qualcheduno presumerà di contrarre scientemente il matrimonio dentro i gradi proibiti, si separi, e sia privo della speranza di conseguir la dispensa; e ciò molto più abbia luogo in quello, il quale avrà avuto l' ardire non solo di contrarre il matrimonio, ma eziandio di consumarlo. Che se ciò avrà fatto ignorantemente, quando abbia trascurato le solennità ricercate nel contrarre il matrimonio, sia soggetto alle medesime pene. Imperciocchè non è degno di sperimentar facilmente la benignità della Chiesa, della quale trascurò imprudentemente i salutevoli precetti. Se poi usate le solennità, si conosca di poi esservi nascosto qualche impedimento, del quale quegli ebbe una probabile ignoranza; allora con più facilità, e gratis *si potrà dispensare con esso. Nel contrarre i matrimonj, o non si dia affatto nessuna dispensa, o di rado, e ciò si conceda per qualche causa, e* gratis. *Nel secondo grado non si dispensi mai, se non fra i gran Principi, e per qualche pubblica causa.*

CAPUT V.

Ne quis intra gradus prohibitos contrahat: quave ratione in illis dispensandum.

SI quis intra (*a*) gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur & spe dispensationis consequendæ careat; idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subjiciatur pœnis. (*b*) Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temere contempsit. Si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cujus ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimoniis vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

CAPO VI.

Si gastigano i rattori.

ORdina il Santo Concilio, che fra il rattore, *e la* rapita, *finchè la stessa si troverà in potere del ratto-*

CAPUT VI.

Inter raptores animadvertitur.

DEcernit Sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdium ipsa in potestate raptoris

(*a*) c. fin. §. penul. de cland. desp. Clem. un. de cons. & affinit.
(*b*) Cap. fin. de immunit. eccl. cap. Quia frustra, de usur.

manserit, nullum posse consistere matrimonium. (*a*) Quod si rapta a raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat: & nihilominus raptor ipse, (*b*) ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac (*c*) perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint de proprio gradu decidant. (*d*) Teneatur præterea raptor mulierem raptam, sive eam in uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio judicis dotare.

re, non possa sussistere alcun matrimonio. Che se la rapita separata dal rattore, e posta in luogo sicuro, e libera, consentirà di averlo per marito, il rattore l' abbia per moglie; e nulladimeno il rattore stesso, e tutti coloro i quali gli porgono consiglio, ajuto, e favore siano per diritto istesso scomunicati, e perpetuamente infami, e incapaci di tutte le dignità; e se siano cherici decadano dal proprio grado. Sia tenuto inoltre il rattore di dotare decentemente ad arbitrio del giudice la donna rapita, ossia che la prenda per moglie o non la prenda.

CAPUT VII.

Vagi matrimonii caute jungendi.

MUlti sunt, (*e*) qui vagantur, & incertas habent sedes: & ut improbi sunt ingenii, prima uxore relicta, aliam, & plerumque plures, illa vivente, diversis in locis ducunt; cui morbo cupiens Sancta Synodus occurrere, omnes, ad quos spectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant; magistratus etiam sæculares hortatur, ut eos severe coerceant; Parochis autem præcipit, ne illorum matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

CAPO VII.

I vagabondi cautamente si devono unire in matrimonio.

SOnvi molti, i quali vanno vagando, ed hanno permanenze incerte, e come sono di natura malvaggia, abbandonata la prima moglie, ne prendono un' altra, e alle volte molte in diversi luoghi, vivente quella; al qual disordine desiderando il Santo Concilio di por argine, avvisa tutti paternamente, ai quali appartiene, che non ammettano facilmente questa sorta d' uomini vagabondi al matrimonio; esorta anche i magistrati secolari, che severamente li gastighino: comanda poi ai Parrochi, che non assistano ai loro matrimonj, se prima non abbiano fatto una diligente ricerca, e riportata la cosa all' Ordinario, non abbiano ottenuta dal medesimo la licenza di farlo.

(*a*) cap. final. de rapt.
(*b*) Conc. Chalced. cap. 26. c. Eos & cap. De puellis, 36. quæst. 2.
(*c*) c. Consanguineorum, 3. quæst. 4, & cap. Constituimus, 3. quæst. 6.
(*d*) Exod. 22. 16, cap. 21, de adult. (*e*) Conc. Agath. cap. 25.

CAPO VIII.

Si gastiga il concubinato con pene gravissime.

È Grave peccato, che uomini liberi abbiano concubine; gravissimo poi, e commesso in singolar disprezzo di questo gran Sacramento, che gli ammogliati pure vivano in questo stato di dannazione, ed abbiano l'ardire di mantenerle, e ritenerle alle volte anche in casa colle mogli. Laonde il Santo Concilio, per provvedere ad un male di tal fatta con opportuni rimedj, stabilisce contali concubinarj tanto liberi, quanto ammogliati, di qualsivoglia stato, dignità, e condizione siano, se dopo che tre volte siano stati sopra di ciò avvisati dall' Ordinario, anche ex offizio, *non avranno scacciato le concubine, e non si saranno disgiunti dalla loro pratica, si debbano fulminare colla scomunica; dalla quale non si assolvano, finattantochè in realtà non abbiano ubbidito all' ammonizione. Che se rimarranno nel concubinato per un anno, dispregiate le censure, si proceda contro di essi dall' Ordinario severamente, secondo la qualità del delitto. Le donne o conjugate, o libere, le quali vivono pubblicamente cogli adulteri, o concubinarj, se tre volte avvisate non ubbidiscano, siano gravemente punite dagli Ordinarj dei luoghi, anche senza che alcun lo ricerchi,* ex offizio *a misura della colpa, e sieno scacciate fuori di Città, o Diocesi, se parrà*

CAPUT VIII.

Concubinatus pœnis gravissimis punitur.

GRave peccatum est, homines solutos concubinas habere; gravissimum vero, & in hujus magni Sacramenti singularem contemptum admissum, uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, ac audere eas quandoque domi etiam cum uxoribus alere, & retinere. Quare, ut huic tanto malo Sancta Synodus opportunis remediis provideat, statuit hujusmodi concubinarios, tam solutos, quam uxoratos, (*a*) cujuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si, postquam ab Ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, seque ab eorum consuetudine non sejunxerint, excommunicatione feriendos esse, a qua non absolvantur, donec reipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si in concubinatu per annum, censuris neglectis, permanserint; contra eos ab Ordinario severe pro qualitate criminis procedatur. Mulieres, (*b*) sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publice vivunt, (*c*) si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ puniantur; & extra oppidum, vel diœcesim, si id eisdem Ordinariis videbitur, invocato, si

(*a*) Infra Sess. 25. cap. 14. de reform. Concil. Rom. sub Nic. II. in fin. conc. Later. sub Leone X. Sess. 9. de reform. curiæ, & aliorum vers. Concubinarii: Concil. Toletan. 1. cap. 17. cap. Is qui, 34. Distinct.

(*b*) Conc. Arelat. 2. cap. 2. c. Fraternitatis 34. Dist. cap. Si concubinæ, de sentent. excomm. (*c*) Cap. 2. de cohabit. cleric. & mult.

opus fuerit, brachio sæculari, ejiciantur: (a) aliis pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis, in suo robore permanentibus.

CAPUT IX.

Ne domini temporales, aut magistratus quidpiam libertati matrimonii contrarium moliantur.

ITA plerumque temporalium dominorum, ac magistratuum mentis oculos terreni affectus atque cupiditates excæcant, ut viros, & mulieres, sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis adigant cum iis matrimonium invitos contrahere, quos ipsi domini, vel magistratus illis præscripserint. (b) Quare cum maxime nefarium sit, matrimonii libertatem violare, & ab eis injuria nasci, a quibus jura expectantur, præcipit Sancta Synodus omnibus, cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub (c) anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quovis modo directe, vel indirecte subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus libere matrimonia contrahant.

ai medesimi Ordinarj, chiamato in ajuto, se fia d'uopo il braccio secolare; restando nella lor forza le altre pene fulminate contro gli adulteri, e concubinarj.

CAPO IX.

me, se non quegli, il quale abbia toccato almeno l' anno vigesimo quinto di sua età, e sia stato nell' Ordine chericale, commendabile per la dottrina necessaria ad esercitare il suo uffizio, e per l' integrità de' costumi, giusta la Costituzione di Alessandro III. promulgata nel Concilio Lateranese, che incomincia: Cum in cunctis. *Gli Arcidiaconi pure, i quali si dicono gli occhi del Vescovo, siano in tutte le Chiese, dove potrà farsi, Maestri in Theologia, o Dottori, o Licenziati nel gius-Canonico. Per le altre dignità poi, o personati, i quali non hanno alcuna cura d' anime, si eleggano Cherici per altro idonei, e di anni ventidue. I provveduti anche di qualsivogliano benefizj che hanno cura d' anime, siano tenuti dal giorno del possesso preso, almen dentro due mesi, di fare una pubblica professione della loro fede Ortodossa nelle mani dello stesso Vescovo, oppure essendo quello impedito, alla presenza del di lui Vicario Generale, od ufficiale, e promettano, e giurino che rimarranno nell' obbedienza della Chiesa Romana. I provveduti poi di Canonicati, e dignità nelle Chiese Cattedrali, siano tenuti di far lo stesso, non solamente alla presenza del Vescovo, o del di lui uffiziale, ma anche nel Capitolo: altrimenti tutti i predetti provveduti, come sopra, non facciano suoi i frutti, nè loro sia di giovamento il possesso. Non ricevano pure in avvenire nes-*

(*a*) Vide infra pag. x. in §. Inf.
(*b*) Clem. I. epist. 1. ad Jacobum. Anacletus epist. 1. c. Diaconi. 93. Dist. & cap. Ad hæc, de off. Arch.
(*c*) Conc. 4. Tolet. c. 26.
(*d*) Qui præterea ad professionem fidei teneantur, vide in Const. Pii IV. *In sacrosancta* 1564. inf. pag. 40.

suno alla dignità, Canonicato, o porzione, se non quello, il quale o sia insignito dell'Ordine sacro, che quella dignità, prebenda, o porzione ricerca; o sia in tale età, che possa esser ordinato di quà dal tempo stabilito dalla Legge, e da questo Santo Concilio. In tutte le Chiese poi Cattedrali tutti i Canonicati, e porzioni abbiano annesso l'Ordine del Presbiterio, Diaconato, o Suddiaconato. Il Vescovo poi disegni, e distribuisca col Consiglio del Capitolo, come vedrà essere espediente, a quali ciaschedun Ordine de' Sacri debba in avvenire esser annesso; in tal maniera però, che almeno la metà siano Preti, gli altri poi Diaconi, o Suddiaconi. Dove poi v'è la costumanza più lodevole che i più, o tutti siano Preti, del tutto si osservi. Esorta ancora il Santo Sinodo, che nelle provincie, dove ciò comodamente può farsi, tutte le dignità, e la metà almeno dei Canonicati nelle Chiese Cattedrali, o Collegiate insigni si conferiscano soltanto ai maestri, o Dottori, ed anche Licenziati nella Teologia, o gius-Canonico. Inoltre a que' che ottengono dignità, canonicati, prebende, o porzioni nelle medesime Cattedrali, o Collegiate, non sia lecito in virtù di qualsivoglia statuto, o consuetudine star lontani in ciaschedun anno dalle medesime Chiese più di tre mesi: salve nonostante le costituzioni di quelle Chiese, le quali ricercano un più lungo tempo di servigio: altrimenti nel primo anno ognuno resti privo della mezza parte dei frutti, i quali fece suoi an-

tur. (*a*) Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui eo Ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit; aut in tali ætate, ut infra tempus a jure, & ab hac Sancta Synodo statutum, initiari valeat. In omnibus vero Ecclesiis cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum Ordinem Presbyterii, Diaconatus, vel Subdiaconatus. Episcopus autem cum concilio Capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque Ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat; ita tamen, ut dimidia saltem pars Presbyteri sint, ceteri vero Diaconi, aut Subdiaconi: ubi vero consuetudo laudabilior habet, ut plures, vel omnes sint Presbyteri, omnino observetur. Hortatur etiam Sancta Synodus, ut in provinciis, ubi id commode fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatuum in cathedralibus Ecclesiis, & collegiatis insignibus conferantur tantum Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel jure Canonico. Præterea obtinentibus in eisdem cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, (*b*) non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses, ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse: (*c*) salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius

(*a*) c. 1, & seqq. de ætat. & qual. c. Licet. canon. & cap. Cum ex eo, de elect. in 6. Supra Sess. 7. de refor. cap. 12.
(*b*) Supra Sess. 13. de ref. cap. 1.
(*c*) cap. Ad audientiam, de cleric. non resid.

servitii tempus requirunt, alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentiæ fecit suos: quod si iterum eadem fuerit usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit; crescente vero contumacia, contra eos, (*a*) juxta sacrorum Canonum constitutiones procedatur. (*b*) Distributiones vero, qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quavis collusione, aut remissione exclusa, his careant, juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit: (*c*) *Consuetudinem*: quod Sancta Synodus in usum revocat; non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus. (*d*) Omnes vero divina per se, & non per substitutos, compellantur obire officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, adsistere, & inservire, atque in choro, ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare.

che per ragione della prebenda, è residenza: che se di nuovo avrà usata la medesima trascuratezza, sia privo di tutti i frutti, i quali avrà guadagnati nel medesimo anno. Crescendo poi la contumacia, si proceda contro essi, giusta la costituzione dei Sacri Canoni. Que' poi, i quali interverranno alle ore stabilite, ricevano le distribuzioni: gli altri, esclusa qualsivoglia collusione, o remissione, siano privi di queste, conforme il Decreto di Bonifazio VIII. che incomincia: Consuetudinem; *che il Santo Sinodo richiama in uso; nonostanti qualsivogliano statuti, e consuetudini. Tutti poi siano costretti ad esercitare gli uffizj divini da per se stessi, e non per mezzo de' sostituti, ed assistere e sentire il Vescovo che celebra, o fa altri Pontificali, e nel coro destinato per salmeggiare, a lodare il nome di Dio riverentemente, distintamente, e divotamente con Inni, e Cantici.*

Vestitu insuper decenti, tam in Ecclesia, quam extra assidue utantur; (*e*) ab illicitisque venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, lusibusque abstineant; atque ea morum integritate polleant, ut merito Ecclesiæ Senatus dici possit.

Usino in oltre un abito decente, tanto nella Chiesa, quanto fuori continuamente: si astengano dalle caccie, dall' uccellare, dalle danze, osterie, e giuochi; e siano adorni di quell' integrità de' costumi, che possano ragionevolmente dirsi il Senato della Chiesa.

(*a*) Cap. fin. eod.
(*b*) c. Licet de præb.
(*c*) Vide infr. XXXII.
(*d*) Supra Sess. 22. cap. 4. de ref. cap. Licet, & cap. Extirpandæ. §. Qui vero, de præb. cap. Quia nonnulli, de cler. non resid.
(*e*) Concil. Turon. 3. cap. 8. Conc. Agath. cap. 55. cap. Episcopum, 34. Distin. toto tit. de vit. & hon. cler. extra in 6, & in Clem. cap. 1. de cler. ven. & Clem. Gravi, de celebr. Missæ.

Le altre cose, le quali appartengono al dovuto regolamento negli uffizj divini, e circa al conveniente modo di cantare, o di modulare in essi, e ad una certa legge di radunarsi, e di stare in coro, e nello stesso tempo circa a tutti i ministri della Chiesa, e s' altre ve ne saranno di simil sorta, che sieno necessarie, il Sinodo Provinciale prescriverà a ciascheduna una certa formula, secondo l' utilità, e i costumi di ciascheduna Provincia. Intanto il Vescovo con non meno di due Canonici, l' uno de' quali si elegga dal Vescovo, l' altro dal Capitolo, potrà provvedere in quelle cose, le quali sembreranno essere espedienti.

Cætera, quæ ad debitum in divinis officiis regimen spectant, deque congrua in his canendi, seu modulandi ratione, de certa lege in choro conveniendi, & permanendi, simulque de omnibus Ecclesiæ ministris, quæ necessaria erunt, & si qua hujusmodi, Synodus provincialis, pro cujusque provinciæ utilitate, & moribus, certam cuique formulam præscribet. Interea vero Episcopus non minus, quam cum duobus Canonicis, quorum unus ab Episcopo, alter a Capitulo eligatur, in iis, quæ expedire videbuntur, poterit providere.

CAPO XIII.

In qual maniera s' abbia a provvedere alle povere Chiese Cattedrali, e alle Parrocchie: le Parrocchie si devono distinguere con determinati confini.

Poichè molte Chiese Cattedrali sono d' una rendita così tenue, e povere, che in nessuna maniera corrispondono alla dignità Vescovile, nè bastano alla necessità delle Chiese; il Concilio Provinciale esamini, chiamati quelli, a' quali importa, e diligentemente consideri, quali sia espediente che per le ristrettezze, e per la povertà s' uniscano alle vicine, o s' accrescano di nuove rendite; e gli instrumenti fatti intorno le predette gli spedisca al Sommo Pontefice Romano; dai quali instrutto il Sommo Pontefice secondo la sua prudenza, come giudicherà essere il meglio, od unisca

CAPUT XIII.

Quomodo tenuioribus Cathedralibus Ecclesiis, & Parochiis consulendum; Parochiæ certis finibus distinguendæ.

Quoniam (*a*) pleræque cathedrales Ecclesiæ tam tenues reditus habeant, & angustos, ut Episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque Ecclesiarum necessitati sufficiant: examinet Concilium provinciale, vocatis iis, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatemque invicem unire, vel novis proventibus augere expediat; (*b*) confectaque de præmissis instrumenta ad Summum Romanum Pontificem mittat; quibus instructus Summus Pontifex, ex prudentia sua, prout expedire judi-

(*a*) Supra Sess. 7. de ref. cap. 6, 7. Sess. 14. de refor. cap. 9, & infra c. 15.
(*b*) cap. Unio, 10. qu. 3. c. Et temporis, cum seq. 16. quæst. 1.

caverit, aut tenues invicem uniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim vero donec prædicta effectum sortiantur, hujusmodi Episcopis, qui fructuum subventione pro diœcesis suæ tenuitate indigent, poterit de beneficiis aliquibus, dum tamen curata non sint, nec dignitates, seu canonicatus, & præbendæ, nec monasteria, in quibus viget Regularis observantia, vel quæ Capitulis generalibus, & certis visitatoribus subduntur, a Summo Romano Pontifice provideri. In Parochialibus etiam Ecclesiis, quarum fructus æque adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere; curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem, non tamen regularium, id fieri non possit, ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, ac Parochiæ necessitate decenter sufficiat. In unionibus vero quibuslibet, seu ex supradictis, seu aliis causis faciendis, Ecclesiæ Parochiales monasteriis quibuscumque, aut Abbatiis, seu dignitatibus, sive præbendis Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, sive aliis beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, militiisve non uniantur; & quæ unitæ sunt, revideantur ab Ordinariis (*a*) juxta alias decretum in eadem Synodo sub fel. rec. Paulo III. quod etiam in unitis ab eo tempore citra æque observetur: non obstantibus in iis quibuscumque verborum formis,

insieme le povere, o le accresca con qualche aggiunta di frutti. Intanto poi, sino a che le predette cose abbiano effetto, a tali Vescovi, i quali hanno bisogno di un sovvenimento di frutti per la scarsezza della loro Diocesi, dal Sommo Romano Pontefice si potrà provvedere con alcuni benefizj, purchè però non siano curati, nè dignità, o Canonicati, e prebende, nè monasterj, ne' quali fiorisce la regolar osservanza, o quelli, i quali sono soggetti ai Capitoli generali, e a determinati visitatori. Nelle Chiese Parrocchiali ancora, i frutti delle quali sono egualmente tanto scarsi, che non possono soddisfare ai dovuti pesi, il Vescovo procurerà, se ciò non possa farsi con l'unione de' benefizj, non però regolari, che coll' assegnamento delle primizie, o decime, o per mezzo delle quote, e collette de' Parrocchiani, o nel modo che gli parrà più acconcio, che tanto si ritragga, quanto decentemente basti pel bisogno del Rettore, e della Parrocchia. Nelle unioni poi di qualunque sorta da farsi, o per le sopraddette o per altre cause, le Chiese Parrocchiali non s' uniscano a qualisisiano monasterj, o abbazie, o dignità, o prebende della Chiesa Cattedrale, o Collegiata, oppure ad altri benefizj semplici, o spedali, o milizie; e quelle che sono unite, si rivedano dagli Ordinarj, giusta il decreto emanato altre volte nel medesimo Sinodo, sotto Paolo III. di felice memoria, lochè anche egualmente si osservi nelle unite da quel tempo in quà, nonostante in esse qualsivogliano formule di parole, le quali quì si abbiano per sufficientemente espresse. Inoltre tutte queste Chiese

(*a*) Supra Sess. 7. de ref. cap. 6.

Cattedrali, le rendite delle quali non passano la somma di ducati mille, e le Parrocchiali che non eccedono la somma di ducati cento, secondo il vero annuo valore, non sieno aggravate di pensioni, o riserve de' frutti. In quelle città pure, e luoghi, dove le Chiese Parrocchiali non hanno certi confini, nè i Rettori di esse un proprio popolo, cui reggano, ma indifferentemente amministrano i Sacramenti a que' che li dimandano, commette il Santo Concilio ai Vescovi, per la più sicura salute delle anime loro commesse, che diviso il popolo in certe, e proprie Parrocchie, assegnino a ciascheduno il suo perpetuo e particolar Parroco, il quale possa conoscerle, e dal quale solo ricevano lecitamente i Sacramenti; o in altra maniera più utile provvedano, come la qualità del luogo richiederà. E lo stesso procurino, che quanto prima si faccia in quelle città, e luoghi, dove non vi sono Parrocchie, ad onta di qualsivogliano privilegj, e consuetudini, anche immemorabili.

quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. Ad hæc in posterum, omnes hæ cathedrales Ecclesiæ, quarum reditus summam ducatorum mille, & Parochiales, quæ summam ducatorum centum, secundum verum annuum valorem, non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur. In iis quoque civitatibus, ac locis, ubi Parochiales Ecclesiæ certos non habent fines, nec earum Rectores proprium populum, quem regant, sed promiscue petentibus Sacramenta administrant; mandat Sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut, distincto populo in certas, propriasque Parochias, unicuique suum perpetuum, (a) peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & a quo solo licite Sacramenta suscipiant: aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque in iis civitatibus, ac locis, ubi nullæ sunt Parochiales, quamprimum fieri curent: non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

CAPO XIV.

Che alcuno non sia ammesso al possesso del benefizio, o della distribuzione, colla distribuzione de' frutti da convertirsi in usi non pii.

IN molte Chiese, tanto Cattedrali, quanto Collegiate, e Parrocchiali, per le costituzioni, o per pravo costume si rileva osservarsi, che nell'

CAPUT XIV.

Ne quis admittatur ad possessionem beneficii, aut distributionem, cum fructuum distributione in usus non pios convertenda.

IN pluribus Ecclesiis, tam Cathedralibus, quam Collegiatis, & Parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex prava con-

(a) c. 1, 13. qu. 1. c. plures 16. qu. 1. c. 1. de paroch. & supra Sess. 24. de ref. c. 9.

suetudine observari intelligitur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus cathedralis Ecclesiæ, vel beneficii canonicatuum, aut præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ constitutiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum lucra, interponantur: hæc cum Sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, ut (a) quæcumque hujusmodi in usus pios non convertuntur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant; ipsique diligenter de eorum constitutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscant; & illis tantum, quas ut laudabiles probaverint, exceptis, reliquas, ut pravas, ac scandalosas, rejiciant, & aboleant. Eos vero, qui adversus hæc, in præsenti decreto comprehensa, quavis ratione commiserint, pœnis (b) contra simoniacos editis, sacris Canonibus, & variis summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes innovat, teneri decernit: non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, consuetudinibus,

elezione, presentazione, nomina, istituto, conferma, collazione, od altra provvigione, o introduzione al possesso di qualche Chiesa Cattedrale, o benefizio di Canonicati, o prebende, o a parte delle rendite, o alle distribuzioni quotidiane, si frammettano certe condizioni, o deduzioni dei frutti, pagamenti, promesse, o compensazioni illecite, od anche quei guadagni, i quali in alcune Chiese si chiamano guadagni de' Turni; *il Santo Sinodo ciò detestando, commette ai Vescovi, di non permettere che succedano cose di simil fatta, le quali non si convertono in usi pii, nè quegli ingressi, i quali hanno sospetto di macchia simoniaca, o di sordida avarizia; e gli stessi osservino diligentemente sopra le loro costituzioni, o consuetudini circa le predette cose; eccettuate solamente quelle, le quali avranno approvate come lodevoli, le altre come cattive e scandalose, rigettino, ed aboliscano. Ordina poi, che quelli, i quali in qualsivoglia maniera avranno mancato contro queste cose comprese nel presente decreto, siano soggetti alle pene fulminate contro i Simoniaci, ai sacri Canoni, e alle varie costituzioni de' Sommi Pontefici, le quali tutte rinnova; ad onta di qualsivogliano statuti, costituzioni, e consuetudini, anche immemorabili, confermate pure dall' autorità Apostolica; sulla falsità e fallacia delle quali, e difetto d' intenzione, il Vescovo, come delegato*

(a) Confirmatur Bulla Sancti Pii V. *Durum*. 1570. novis pœnis adjectis.
(b) 1. quæst. 1. fere per totam Concil. Tolet. 8. can. 3. c. Cum super, de cons. Toto titul. Extrav. de simon. & c. Sicuti, 1. extra de simon.

della Sede Apostolica, possa esaminare.

etiam immemorabilibus; etiam Apostolica auctoritate confirmatis, (*a*) de quarum subreptione, obreptione, & intentionis defectu Episcopus, tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, cognoscere possit.

CAPO XV.

Maniera di accrescere le tenui prebende delle Chiese Cattedrali, e delle Collegiate insigni.

Nelle Chiese Cattedrali, e Collegiate insigni, nelle quali sono frequenti, e perciò tenui le prebende insieme colle quotidiane distribuzioni, cosicchè non bastino a sostenere il grado decente di Canonici, secondo la qualità del luogo, e delle persone; sia lecito ai Vescovi, col consenso del capitolo, o di unire a quelle alcuni benefizj semplici, non però regolari; o se non si possa in questa maniera provvedervi, ridurle ad un numero più piccolo soppresse col consenso de' patroni, se sieno di gius patronato de' laici, alcune di quelle, i frutti e le rendite delle quali si applichino alle quotidiane distribuzioni delle altre prebende; in maniera però che tante sopravanzino, che possano comodamente corrispondere a celebrare il culto divino, e alla dignità della Chiesa, non ostanti qualsivogliano costituzioni, e privilegj, o qualsivoglia riserva generale, o speziale, o affetto: nè le predette unioni, o soppressioni possano togliersi, o impedirsi per qualsivoglia provigione, anche in vir-

CAPUT XV.

Ratio augendi tenues prabendas Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum insignium.

In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, (*b*) liceat Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, iis unire, vel, si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu, si de jure patronatus laicorum sint, quarum fructus, & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere; ita tamen, ut tot supersint, quæ divino cultui celebrando, ac dignitati ecclesiæ (*c*) commode valeant respondere; non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & privilegiis, aut quacumque reservatione generali, vel speciali, aut affectione: neque prædictæ

(*a*) Supra cap. 13.
(*b*) Supra Sess. 5. de ref. cap. 1.
(*c*) cap. in Ecclesia, de Inst.

uniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

tù di rinunzia, o per qualsivoglia altra delegazione, o sospensione.

CAPUT XVI.

Quid muneris incumbat Capitulo, Sede vacante.

CApitulum, (a) Sede vacante, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Œconomum unum, vel plures fideles, ac diligentes decernat, qui rerum ecclesiasticarum, & proventuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. Item officialem, seu vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in jure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus: si secus factum fuerit, (b) ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur. Et, si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta Œconomum, & Vicarium idoneos possit constituere. Episcopus vero ad eamdem Ecclesiam vacantem promotus ex iis, quæ ad eum spectant, ab eisdem Œconomo, Vicario, & aliis quibuscumque officialibus, & administratoribus, qui, Sede vacante,

CAPO XVI.

Qual debito incomba al Capitolo, in tempo di Sede vacante.

IL Capitolo, in tempo di Sede vacante, dove gli incombe l' uffizio di raccogliere i frutti, stabilisca uno, o più Economi, fedeli e diligenti, i quali abbiano la cura delle cose Ecclesiastiche, e dei proventi, il conto dei quali siano per rendere a quello, al quale apparterrà. Parimenti sia tenuto fra otto giorni dopo la morte del Vescovo di creare un Uffiziale, o Vicario, o confermarlo, se esiste, il quale almeno sia Dottore, o Licenziato nel gius-Canonico, o in altra maniera, per quanto sarà possibile idoneo: se diversamente verrà fatto, tale deputazione sia devoluta al Metropolitano: e se la Chiesa stessa sarà la Metropolitana, o esente, e il Capitolo, come di sopra si disse, sarà trascurato, allora il Vescovo più vecchio fra i Suffraganei nella Metropolitana, ed il Vescovo più prossimo nella Chiesa esente possa creare un Economo, ed un Vicario idonei. Il Vescovo poi promosso alla medesima Chiesa vacante per le cose, le quali ad esso appartengono, dimandi conto ai medesimi Economo, Vicario, ed altri uffiziali, e amministratori, i quali, essendo Sede vacante, furono creati dal Capitolo, o da altri in di

(a) Conc. Chalced. Actione 16. c. 25. in fin. Conc. Vormatien. c. 76.
(b) c. Non liceat, in 3. 12. qu. 2, & c. fin. de sup. negl. Præl. in 6.

tui luogo, anche se siano del medesimo Capitolo; dimandi conto, dico, dei loro uffizj, giurisdizione, amministrazione, o incombenza di qualunque sorta, e possa castigar quelli, i quali avranno mancato nel loro uffizio, o amministrazione; avvegnachè i predetti uffiziali, resi i conti, abbiano ottenuto l'assoluzione, o liberazione dal Capitolo, o dai deputati dal medesimo. Il Capitolo pure sia tenuto di render conto al medesimo Vescovo intorno le Scritture appartenenti alla Chiesa, se ne pervennero al Capitolo.

fuerunt a Capitulo, vel ab aliis in ejus locum constitutis, etiam si fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, jurisdictionis, administrationis, aut cujuscumque eorum muneris; possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint: etiamsi prædicti officiales redditis rationibus, a Capitulo, vel a deputatis ab eodem absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis ad Ecclesiam pertinentibus, si quæ ad Capitulum pervenerunt, rationem reddere.

CAPO XVII.

Si stabilisce un termine alla collazione de' benefizj, e al ritenerne parecchi.

SConvolgendosi l'Ordine Ecclesiastico, allorchè uno solo occupa gli uffizj di molti cherici; fu da' Sacri Canoni santamente ordinato che nessuno si debba ascrivere in due Chiese. Ma poichè molti per affetto di malvagia cupidigia ingannando se stessi, non Dio, non si vergognano di deludere con varie arti le cose, le quali sono state bene stabilite, e nello stesso tempo di ottenere molti benefizj; il Santo Concilio desiderando di restituire la disciplina che si ricerca nel regger le Chiese, col presente decreto, il quale vuole che sia osservato da qualsisiano persone, di qualsivoglia titolo, anche se siano insigni-

CAPUT XVII.

Beneficiorum collationi, & plurium retentioni modus statuitur.

CUm Ecclesiasticus Ordo pervertatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum; sancte (a) sacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus ecclesiis conscribi; verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu se ipsos, non Deum, decipientes, ea, quæ bene constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt; Sancta Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibuscumque personis, quocumque titulo, etiam si Cardinalatus honore fulgeant,

(a) Conc. 1. Nic. c. 15, & 16. Antioch. c. 3. Arelat. 1. cap. 2, & 22, & Milev. cap. 15. c. Quia in tantum, c. Ad hæc, c. Cum non ignores, cap. Referente, & cap. De multa, de præb. c. Unio, §. Sed & hoc, 10. quæst. 3, 21. qu. 1. per totam, cap. Quia nonnulli, de cler. non resid. cum allegat. Supra Sess. 7. de refor. cap. 2.

mandat observari; statuit, ut in posterum unum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur. Quod quidem, si ad vitam ejus, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam sæcularia, quam regularia quæcumque, etiam commendata, pertineant, cujuscumque tituli, ac qualitatis existant. Illi vero, qui in præsenti plures Parochiales Ecclesias, aut unam Cathedralem, & aliam Parochialem obtinent, (*a*) cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus, ac unionibus ad vitam non obstantibus, una tantum Parochiali, vel sola Cathedrali retenta, alias Parochiales infra spatium sex mensium dimittere: alioquin tam Parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, (*b*) ipso jure vacare censeantur, ac tanquam vacantia libere aliis idoneis conferantur; nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia, fructus post dictum tempus retineant. Optat autem Sancta Synodus, ut resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione, prout Summo Pontifici vedebitur, provideatur.

te dell' onore del Cardinalato; stabilì che in avvenire si conferisca a ciascheduno soltanto un benefizio Ecclesiastico, il quale poi se non basti per sostentar la vita di quello, al quale si conferisce, sia nulladimeno lecito di conferirsi al medesimo un altro benefizio semplice sufficiente, purchè l' uno, e l' altro non ricerchi una personale residenza. E queste cose non solo appartengono alle Chiese Cattedrali, ma eziandio a tutti gli altri benefizj tanto secolari, quanto regolari di qualunque sorta anche in commenda, di qualsivoglia titolo, e qualità siano. Quelli poi, i quali presentemente ottengono più Chiese Parrocchiali, o una Cattedrale, ed altra Parrocchiale, siano costretti del tutto, ritenuta una Parrocchiale solamente, o una sola Cattedrale, a rilasciare le altre Parrocchiali fra lo spazio di sei mesi, ad onta di tutte le dispense, ed unioni in vita: altrimenti tanto le Parrocchiali, quanto tutti i benefizj, i quali ottengono, siano stimati vacanti per diritto istesso, e come vacanti si conferiscano liberamente ad altri idonei; nè gli stessi, che per lo innanzi ottenevano tali benefizj, ritengano i frutti dopo il detto tempo in buona coscienza. Desidera poi il Santo Sinodo, che si provveda ai bisogni dei rinunzianti, in qualche vantaggiosa maniera, come parrà al Sommo Pontefice.

(*a*) Supra Sess. 7. de refor. cap. 4. c. de multa, de præb.

(*b*) cap. Execrabilis, §. Qui vero, in extr. comm. de præb.

CAPO XVIII.

Vacando una Chiesa Parrocchiale, si ha da deputare dal Vescovo un Vicario, sino a tanto che sia provveduta di Parroco. I nominati alle Parrocchiali, in qual forma, e da chi debbano essere esaminati.

Importa sommamente alla salute dell' anime, l' esser diretti da Parrochi degni, e idonei; e perchè ciò con più diligenza e rettitudine si eseguisca, stabilì il Santo Sinodo, che succedendo la vacanza d' una Chiesa Parrocchiale, anche se la cura della Chiesa dicasi appartenere al Vescovo, e venga amministrata da un solo, o dappiù anche nelle Chiese patrimoniali, o quelle che si chiamano ricettive, *nelle quali il Vescovo è stato solito di dar la cura dell' anime ad uno, o a molti, i quali tutti vuole che siano obbligati all' infrascritto esame, succedendo, dissi, questa vacanza per morte, o per rinunzia, anche in Curia, o in qualunque altra maniera, quantunque la stessa Chiesa Parrocchiale sia stata o condizionata generalmente, o specialmente, anche in virtù d' indulto, o privilegio a favore dei Cardinali della Santa Romana Chiesa, o degli Abati, o dei Capitoli, debba il Vescovo subito avuta la notizia della vacanza della Chiesa (se occorrerà) mettere in essa, con un congruo assegnamento di porzione dei frutti ad arbitrio suo, un Vicario idoneo, il quale sostenga i pesi della stessa Chiesa, finattantochè sia provveduta di Rettore. Di poi il Vescovo, e quello il quale ha il gius-*

CAPUT XVIII.

Ecclesia Parochiali vacante, deputandus ab Episcopo Vicarius, donec illi provideatur de Parocho: nominati ad Parochiales, qua forma, & a quibus examinari debeant.

Expedit maxime animarum saluti, a dignis, atque idoneis Parochis gubernari: id (*a*) ut diligentius, ac rectius perficiatur, statuit sancta Synodus, ut cum Parochialis Ecclesiæ vacatio, etiamsi cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infrascriptum (*b*) examen teneri mandat, per obitum, vel resignationem, etiam in Curia, seu aliter quomodocumque contigerit, etiam si ipsa Parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu privilegii in favorem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum: debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat donec ei de Rectore provideatur. Porro Episcopus, & qui jus patronatus habet, intra decem dies, vel aliud

(*a*) Lege Bullam Sancti Pii Quinti, *In conferendis*, 1566.
(*b*) Supra Sess. 7. de reform. cap. 13.

tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum sit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Transacto constituto tempore, omnes, qui descripti fuerint, (a) examinentur ab Episcopo, sive, eo impedito, ab ejus Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus non paucioribus quam tribus; quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinatores autem singulis annis in diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario, ad minus sex proponantur; qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Advenienteque vacatione cujuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant: indeque, succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint vero hi examinatores Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut jure Canonico, vel alii Clerici, seu regulares, etiam ex Ordine mendicantium, aut etiam sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei; jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia,

patronato, nomini fra dieci giorni, o altro tempo da prescriversi dal Vescovo alcuni cherici idonei per governar la Chiesa alla presenza di esaminatori da deputarsi. Sia però libero anche ad altri i quali conoscessero alcuni atti a ciò, di riferire i loro nomi, acciocchè poi si possa fare una diligente ricerca dell' età, dei costumi, e dell' abilità di ciascheduno. E se parrà più espediente al Vescovo, o al Sinodo Provinciale, secondo il costume del paese, siano chiamati anche per mezzo d' un editto pubblico, quelli i quali vorranno essere esaminati. Passato il tempo stabilito, tutti quelli, i quali vi saranno descritti, si esaminino dal Vescovo, o, essendo quello impedito, dal di lui Vicario generale, e dagli altri esaminatori, che sieno almeno tre; pei voti dei quali se sia che sieno pari, o singolari, il Vescovo, od il Vicario possa unirsi a chi più gli piacerà. Gli esaminatori poi ogn' anno si propongano dal Vescovo, o dal di lui Vicario, almeno al numero di sei, i quali soddisfacciano al Sinodo, e sieno da esso approvati; e succedendo la vacanza di qualche Chiesa, il Vescovo ne elegga tre di quelli, i quali con lui facciano l' esame; e di poi succedendo altra vacanza, elegga o i medesimi, o altri tre, che vorrà piuttosto da quei sei predetti. Siano poi questi esaminatori Maestri, o Dottori, o Licenziati in Teologia, o in gius-Canonico, od altri Cherici ossia Regolari, anche dell' Ordine de' mendicanti, o anche secolari, quali parranno a ciò più capaci; e tutti giurino sui Santi Vangelj di Dio, ch' eglino, posposto qualunque umano affetto saranno per ese-

(a) Infr. Sess. ult. de ref. cap. 9.

guire fedelmente il loro dovere. E si guardino, di non ricevere cosa alcuna affatto per occasione di questo esame, nè innanzi, nè dopo: altrimenti tanto gli stessi, quanto gli altri che danno, incorrano, il peccato di Simonia, dalla quale non possano esser assolti, se non lasciati i benefizj, i quali in qualsivoglia maniera anche per lo innanzi ottenevano, e si rendano in avvenire inabili a riceverne altri. E siano tenuti di render conto di tutte queste cose non solamente alla presenza di Dio, ma ancora nel Sinodo Provinciale (se sarà d'uopo), dal quale se sarà trovato, che essi abbiano operato contro il dovere in qualche conto, possano esser puniti gravemente a di lui beneplacito. Fatto dipoi l'esame, si pubblichino quanti da quelli saranno giudicati capaci per età, per costumi, dottrina, prudenza, e per altre opportune cose per governare la Chiesa vacante, e fra questi il Vescovo elegga quello, il quale avrà giudicato più idoneo degli altri, e a quello, e non ad altro, si faccia la collazione della Chiesa da colui, al quale apparterrà il conferirla. Se poi sarà di gius-patronato Ecclesiastico e l'istituzione appartenga al Vescovo, e non ad un altro, il patrono sia tenuto a presentare al Vescovo, per essere da esso istituito, colui, il quale lo stesso patrono giudicherà il più degno fra gli approvati dagli esaminatori. Quando poi l'istituzione si dovrà fare da altri fuorchè dal Vescovo, egli solo elegga fra i degni il più degno, che il patrono

se quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. (*a*) Caveantque, ne quidquam prorsus occasione hujus examinis nec ante, nec post accipiant: alioquin simoniæ vitium, tam ipsi, quam alii dantes incurrant; a qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in Synodo provinciali (si opus erit) rationem reddere teneantur, a quo si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint. Peracto deinde examine renuntientur quotcumque ab iis (*b*) idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis; (*c*) ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit; atque illi, & non alteri, collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. Si vero juspatronatus ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, (*d*) Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur. Cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo, erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præsentet, ad quem

(*a*) cap. Quando, 24. Distinct.
(*b*) c. Eam te, de ætat. & qualit.
(*c*) Inf. Sess. 25. cap. 9. de ref.
(*d*) Sup. Sess. 14. de ref. cap. 13.

institutio spectat. (a) Quod si jurispatronatus laicorum fuerit, debeat, qui a patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examinari, & non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibusque supradictis casibus non cuiquam alteri, quam uni ex prædictis examinatis, & ab examinatoribus approbatis, juxta supradictam regulam, de Ecclesia provideatur; nec prædictorum examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, sive ejusdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios, seu Episcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interposita, impediat, aut suspendat; alioquin Vicarius, quem Ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit, vel forsan postea deputabit, ab ejus Ecclesiæ custodia, & administratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri, qui probatus, & electus fuerit, ut supra, sit provisum: alias provisiones omnes, seu institutiones, præter supradictam formam factæ, subreptitiæ esse censeantur; non obstantibus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, præventionibus, affectionibus, novis provisionibus, indultis concessis quibuscumque (b) Universitatibus, etiam ad certam summam, & aliis impedimentis quibuscumque. Si tamen adeo exigui reditus dictæ parochiales fuerint, ut totius hujus examinationis operam non ferant; aut nemo sit, qui se

presenti a quello, al quale l'istituzione appartiene. Che se sarà di giuspatronato di laici, quegli, il quale sarà presentato dal patrono, debba essere esaminato dai medesimi deputati, come sopra, nè si debba ammettere se sarà stato ritrovato incapace. Ed in tutti i sopraddetti casi non di alcun altro si provveda la Chiesa, che di uno de' predetti esaminati, e dagli esaminatori approvati, conforme la sopraddetta regola, nè la relazione dei predetti esaminatori dall' avere la sua esecuzione venga impedita, o sospesa da alcuna devoluzione, o appellazione interposta anche appresso alla Sede Apostolica o Vicelegati dalla medesima, o Nunzj, e Vescovi, o Metropolitani, Primati, o Patriarchi; altrimenti il Vicario che il Vescovo deputò ad tempus *per lo innanzi a suo beneplacito alla Chiesa vacante, o forse dipoi deputerà, non si rimuova dalla custodia, e amministrazione di quella Chiesa, finattantochè sia provveduta del medesimo, o d'un altro, il quale sarà stato approvato, ed eletto, come sopra: altrimenti tutte le provigioni, o istituzioni fatte fuori della sopraddetta forma, siano giudicate surretizie; nonostanti a questo decreto, esenzioni, indulti, privilegj, prevenzioni, affezioni, nuove provigioni, indulti concessi a qualsiveglia università, anche ad una certa somma, ed altri impedimenti di qualunque sorta. Se però le dette Parrocchie sieno d'una rendita così scarsa che non portino l'opera di tutto questo esame, o non vi sia alcuno il quale cerchi di soggettarsi all'esame; o per manifeste fazioni, o discordie, le quali si ri-*

(a) c. Illud & cap. Relatum de jurepat. (b) Supr. Sess. 7. cap. 13. de ref.

trovano in alcuni luoghi, possano facilmente accendersi più gravi contrasti, e tumulti: potrà l'Ordinario, se a tenore della propria coscienza col consiglio dei deputati giudicherà così essere espediente, tralasciata questa formula, servirsi d'un altro esame privato, osservate però le altre cose, come sopra. Sarà lecito anche al Concilio provinciale di provvedere, se giudicherà che s'abbiano ad aggiungere, o rimettere alcune cose nelle sopradette intorno la forma dell'esame.

examini quærat subjicere; aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facile graviores rixæ, ac tumultus possint excitari, poterit Ordinarius, si pro sua conscientia cum deputatorum consilio ita expedire arbitrabitur, hac forma omissa, privatum aliud examen, cæteris tamen, ut supra, servatis, adhibere. Licebit etiam Synodo provinciali, si qua in supradictis circa examinationis formam addenda, remittendave esse censuerit, providere.

CAPO XIX.

Si aboliscono i Mandati *de providendo*, le Aspettative, e cose simili.

O*Rdina il Santo Concilio, che i Mandati* de providendo, *e le grazie, le quali si dicono aspettative, non si concedano più ad alcuno, neppure ai Collegj, Università, Senati, ed altre singolari persone, anche sotto il nome d'indulto, o per una certa somma, o con qualsivoglia altro pretesto, nè sia lecito ad alcuno servirsi delle fin qui concesse. Ma neppure le riserve mentali, nè altre qualisivogliano grazie per i vacabili, nè gli indulti per le Chiese altrui, o monasteri si concedano ad alcuno, neppure ai Cardinali della Santa Romana Chiesa, e i fin quì concessi s'intendano essere annullati.*

CAPUT XIX.

Mandata de providendo, *Expectativa, & alia id genus antiquantur.*

DEcernit Sancta Synodus, Mandata *de providendo*, & gratias, quæ expectativæ dicuntur, nemini amplius etiam Collegiis, (*a*) Universitatibus, Senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quovis colore concedi, nec hactenus concessis cuiquam uti licere. (*b*) Sed nec reservationes mentales, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel monasteria alicui, etiam ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, concedantur, & hactenus concessa, abrogata esse censeantur.

(*a*) Infr. Sess. 25. cap. 9. de ref.
(*b*) c. 2. de conces. præb. & c. Detestanda eod. tit. 6.

CAPUT XX.

Ratio tractandi causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes praescribitur.

(a) CAusæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, atque omnino saltem infra biennium a die motæ litis, (b) terminentur; alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, judices Superiores, alias tamen competentes, adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quam primum terminari curent; nec antea aliis committantur, nec avocentur; neque appellationes ab eisdem interpositæ per Superiores quoscumque recipiantur: eorumve commissio aut inhibitio fiat, nisi a definitiva, vel a definitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat. Ab his excipiantur causæ, quæ (c) juxta canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandæ; vel quas ex urgenti rationabilique causa judicaverit Summus Rom. Pontif. per speciale rescriptum Signaturæ Sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, committere, aut avocare.

CAPO XX.

Si prescrive la maniera di trattar le cause, che appartengono al foro ecclesiastico.

TUtte le cause in qualsivoglia maniera appartenenti al foro Ecclesiastico, anche se sieno beneficiali, si esaminino solamente alla presenza degli Ordinarj de' luoghi nella prima instanza, e affatto si terminino almeno fra due anni dal giorno della lite mossa: altrimenti dopo questo spazio sia libero alle parti, o ad una di quelle, di presentarsi a' giudici superiori, peraltro competenti, i quali assumano la causa in quello stato, nel quale sarà, e quanto prima procurino che sia terminata; nè innanzi si commettano, nè si richiamino ad altri; nè le appellazioni interposte da' medesimi si ricevano da qualunque Superiore, nè la loro commissione, o proibizione facciasi, se non dalla definitiva, o da quella che ha forza di definitiva, e il di cui gravame non possa ripararsi dalla definitiva per mezzo dell' appellazione. Da queste si eccettuino le cause, le quali si devono trattare appresso la Sede Apostolica, giusta i canonici decreti, o quelle, le quali per urgente e ragionevole causa giudicherà il Sommo Romano Pontefice per mezzo d' un particolar rescritto della Segnatura di Sua Santità, da sottoscriversi di proprio pugno, di commettere, o richiamare.

(a) Declaratur Bulla Greg. XIII. *Ad Romani* 1574. Quid porro ad causarum expeditionem statuerit Clem. VIII. vide in ejus Const. *Litium* 1592.

(b) Inf. Sess. ult. de refor. cap. 19. in fin.

(c) cap. Præceptis, 12. Dist. cap. Nec licuit 17. Dist. cap. Majores, de Bapt. Vigilius Papa in Epist. ad Eleutherium in fin. & Pelagius II. in 1. Epist. circa fin. Conc. Sardic. cap. 3, & 4.

Oltre di ciò le cause matrimoniali, e criminali si lascino solamente all' esame e giurisdizione non del Decano, Arcidiacono, o al giudizio degli altri inferiori, anche da visitarsi, ma del Vescovo; avvegnachè in presente penda qualche lite in qualsivoglia instanza fra il Vescovo, e il Decano, o Arcidiacono, ed altri inferiori sopra la cognizione di queste cause: alla presenza del quale, se la parte approverà veramente la povertà, non sia costretto fuori di provincia, nè in seconda, nè in terza instanza litigare nella medesima causa matrimoniale; se l' altra parte non voglia somministrare e gli alimenti, e le spese della lite. I Legati pur anche a Latere, *i Nunzj, i Governatori Ecclesiastici, o altri in virtù della facoltà di qualunque sorta non presumano non solamente d' impedire i Vescovi nelle predette cause, o in qualche modo loro togliere, o disturbare la giurisdizione; ma neppure procedano contro i cherici, ed altre persone Ecclesiastiche, se prima non si è richiesto il Vescovo, ed esso sia trascurato; in caso diverso il loro processo, o le loro ordinazioni sieno di nessuna forza, e siano tenuti alla soddisfazione del danno recato alle parti.*

Inoltre se qualcheduno si appellerà ne' casi permessi dalla Legge, o si lamenterà di qualche gravame, o in altra maniera ricorrerà ad un altro giudice, essendo scaduto il biennio, di cui si ragionò di sopra, sia tenuto di trasferire tutti gli atti fatti alla presenza del Vescovo al giudice di appellazione a sue spese, avvisato però prima il medesimo Vescovo,

Ad hæc causæ matrimoniales, & criminales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni reliquantur; etiamsi in præsenti inter Episcopum, & Decanum, seu Archidiaconum, aut alios inferiores super causarum istarum cognitione lis aliqua in quacumque instantia pendeat: coram quo, si pars vere paupertatem probaverit, non cogatur extra provinciam, nec in secunda, nec in tertia instantia in eadem causa matrimoniali litigare; nisi pars altera, & alimenta, & expensas litis velit subministrare. Legati quoque, etiam de latere, Nuntii, Gubernatores ecclesiastici, aut alii, quarumcumque facultatum vigore non solum Episcopos in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem iis præripere, aut turbare non præsumant; sed nec etiam contra Clericos, aliasve personas ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, procedant: alias eorum processus ordinationesve nullius momenti sint, atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur. (*a*)

Præterea, si quis in casibus a jure permissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit: seu alias ob lapsum biennii, de quo supra, ad alium judicem recurrerit; teneatur acta omnia, coram Episcopo gesta, ad judicem appellationis expensis suis transferre, eodem tamen Episcopo prius admonito, ut, si quid ei

(*a*) Placuit 2. quæst. 6, & de appell. fere per totum.

pro causæ instructione videbitur, possit judici appellationis significare. Quod si appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ translata sunt, expensas pro portione sua, si illis uti voluerit, subire; nisi aliter ex loci consuetudine servetur, ut scilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porro ipsam actorum copiam teneatur notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citius, & ad minus intra mensem, exhibere. Qui notarius si in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officii administratione arbitrio Ordinarii suspendatur; & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit inter appellantem, & pauperes loci distribuendam, compellatur. Judex vero, si & ipse impedimenti hujus conscius, particepsve fuerit, aliterve obstiterit ne appellanti integre acta intra tempus traderentur, ad eamdem dupli pœnam, prout supra teneatur: non obstantibus, quoad omnia suprascripta, privilegiis, indultis, concordiis, quæ suos tantum teneant auctores, & aliis quibuscumque consuetudinibus.

affinchè se gli parrà di aver qualche cosa per l' istruzione della causa, possa significarla al giudice dell' appellazione. Che se comparisca l' appellato, sia allora anch' egli costretto a subire secondo la sua proporzione le spese degli atti, che si sono trasferiti, se di quelli vorrà servirsi: se non venga osservato diversamente secondo la consuetudine del luogo, che tutto questo appartenga all' appellante. Poscia il notajo sia tenuto di esibire la copia degli atti, ricevutane la congrua mercede, quanto più presto può all' appellante, e almeno dentro un mese. Il qual notajo, se nel differir l' esibizione sarà qualche inganno, sia sospeso dalla amministrazione dell' uffizio, a beneplacito dell' Ordinario; e sia sottommesso alla pena del doppio di quanto sarà stata quella lite, da distribuirsi, fra l' appellante, e i poveri del luogo. Il giudice poi, se anche esso sarà stato consapevole, e partecipe di quest' impedimento, o in altra guisa si sarà opposto, perchè dentro il tempo non venissero consegnati interamente gli atti all' appellante, sia tenuto alla medesima pena del doppio, come sopra: ad onta, per rapporto a tutte le sopraddette cose, de' privilegj, indulti, concordati, i quali obblighino solamente i loro autori, e di altre qualsivogliano consuetudini.

CAPO XXI.

Si dichiara, che per certe parole poste di sopra non si cangia la solita maniera di trattare gli affari nei Concilj generali.

DEsiderando il Santo Concilio, che dai decreti medesimi emanati non nasca in alcun tempo occasione alcuna di dubitare spiegando quelle parole poste nel decreto pubblicato nella Sessione I. sotto il Beatissimo Signor nostro Pio IV. cioè: Quelle cose le quali proponendo i Legati, e Presidenti, sembreranno atte ed idonee allo stesso Santo Sinodo per togliere le disgrazie di questi tempi, sedare le controversie intorno la religione, raffrenare le lingue ingannatrici, correggere gli abusi dei depravati costumi, conciliare la vera e cristiana pace della Chiesa, spiegando, dissi, quelle parole dichiara, non essere stata sua intenzione, che per le predette parole non si mutasse in alcuna parte la solita maniera di trattare i negozj ne' Concilj generali; nè si aggiungesse, o levasse ad alcuno veruna cosa di nuovo, fuorchè ciò, che fin quì è stato stabilito dai Sacri Canoni, o dalla forma dei Concilj generali.

Intimazione della futura Sessione.

Inoltre il medesimo Sacros. Concilio stabilisce e determina, con facoltà anche di abbreviarla, che la prossima futura Sessione si tenga nella feria V. dopo la Concezione della Beata Vergine Maria, che sarà il giorno nono

CAPUT XXI.

Declaratur ex certis verbis supra positis non immutari solitam rationem tractandi negotia in generalibus Conciliis.

CUpiens Sancta Synodus, ut ex decretis ab ea editis nulla unquam futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa, posita in decreto publicato Sessione prima, sub Beatissimo Domino nostro Pio IV. (*a*) videlicet: Quæ proponentibus Legatis, ac Præsidentibus, ad horum temporum levandas calamitates, sedandas de religione controversias, coercendas linguas dolosas, depravatorum morum abusus corrigendos, Ecclesiæ veram, & Christianam pacem conciliandam, apta, & idonea ipsi Sanctæ Synodo videbuntur: explicando declarat, mentis suæ non fuisse, ut ex prædictis verbis (*b*) solita ratio tractandi negotia in generalibus Conciliis ulla ex parte immutaretur: neque novi quidquam, præter id, quod a sacris Canonibus, vel generalium Synodorum forma hactenus statutum est, cuiquam adderetur, vel detraheretur.

Indictio futuræ Sessionis.

Insuper eadem Sacrosancta Synodus proximam futuram Sessionem feria quinta post Conceptionem Beatæ Mariæ Virginis, quæ erit dies nona mensis Decembris proxime venturi, habendam esse

(*a*) Supra Sess. 17.

(*b*) Cap. fin. Dist. 24. Cap. De quibus Dist. 20.

statuit, & decernit; cum potestate etiam abbreviandi: in qua Sessione tractabitur de sexto nunc in eam dilato capite, & de reliquis reformationis capitibus jam exhibitis, deque aliis ad eam pertinentibus. Si vero opportunum videbitur, & tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari, prout suo tempore in Congregationibus proponentur.

Abbreviata est dies Sessionis.

del mese di Decembre prossimo venturo; nella quale Sessione si tratterà del sesto capo, ora a quella differito, e degli altri capi di già esibiti della riforma, e di altre cose ad essa appartenenti. Se poi sembrerà cosa opportuna, ed il tempo lo permetterà si potrà anche trattare di alcuni dogmi, secondo che si proporanno a suo tempo nelle Congregazioni.

Si anticipò il giorno della Sessione.

SESSIO XXV.

Quæ est Nona, & ultima sub Pio IV. Pont. Max.

Cœpta Die III. absoluta Die IV. Decembr. MDLXIII.

Decretum de Purgatorio.

CUm Catholica Ecclesia, Spiritu Sancto edocta, ex sacris litteris, & antiqua Patrum traditione, in sacris Conciliis, & novissime in hac œcumenica Synodo docuerit, (a) Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari; præcipit Sancta Synodus Episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam, (b) a sanctis Patribus, (c) & sacris Conciliis traditam, a Christifidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædicari diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliores, ac sublimiores quæstiones, (d) quæque ad ædifica-

SESSIONE XXV.

Ch' è la nona, ed ultima sotto Pio IV. Pontefice Massimo.

Incominciata il giorno 3. terminata il giorno 4. di Decembre 1563.

Decreto intorno il Purgatorio.

LA Chiesa Cattolica, ammaestrata dallo Spirito Santo, dalle sacre Lettere, e dall' antica tradizione de' Padri, avendo ne' sacri Concilj, e ultimamente in questo Ecumenico Concilio insegnato che v' è il Purgatorio; e che le anima colà rinchiuse vengono ajutate dai suffragj de' fedeli, e spezialmente dal Sacrifizio accettevole dell' Altare: comanda il Santo Sinodo ai Vescovi, che procurino, con ogni diligenza che dai Cristiani venga creduta, tenuta, insegnata, e predicata dappertutto la sana dottrina intorno al Purgatorio tramandataci dai Santi Padri, e dai Sacri Concilj. In faccia poi alla rozza plebe le questioni più difficili, e più sot-

(a) Sup. Sess. 6. Can. 30, & Sess. 22. cap. 2, & can. 3.
(b) cap. Qualis, & seq. Dist. 25.
(c) Conc. Florent. Sess. ult. in fin.
(d) 1 Tim. 2.

Sanctorum intercessione, invocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginum usu, fideles diligenter instruant, docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre; bonum, atque utile esse suppliciter eos invocare: (a) & ob beneficia imperranda a Deo per Filium ejus Jesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor, & Salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere: illos vero qui negant, Sanctos, æterna felicitate in cœlo fruentes, invocandos esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare; vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, invocationem esse idololatriam, vel pugnare cum verbo Dei, adversarique honori (b) unius meditatoris Dei, & hominum Jesu Christi: vel stultum esse, in cœlo regnantibus voce, vel mente supplicare, impie sentire. Sanctorum quoque martyrum, & aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quæ viva membra fuerunt Christi, (c) & templum Spiritus Sancti, al ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificanda a fidelibus (d) veneranda esse: per quæ multa beneficia a Deo hominibus præstantur: ita ut affirmantes, Sanctorum Reliquiis venerationem, atque honorem non deberi; vel eas, aliasque sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari; atque eorum opis impetrandæ causa Sanctorum memorias frustra frequentari; omnino damnandos esse, (e)

luogo sull' intercessione, e invocazione dei Santi, l' onore delle reliquie, e l' uso legittimo delle immagini: insegnando loro che i Santi, che regnano insieme con Cristo, offeriscono le loro orazioni a Dio pegli uomini; che è cosa buona, ed utile l' invocarli supplichevolmente, e ricorrere alle loro orazioni, assistenza, e ajuto per impetrare benefizj da Dio per mezzo del di lui Figliuolo Gesù Cristo Signor nostro, il quale è il nostro solo Redentore, e Salvatore; che pensano poi empiamente quelli, i quali dicono, che non si hanno ad invocare i Santi che godono d' un' eterna felicità nel Cielo, o i quali asseriscono, che o quelli non pregano pegli uomini, o che la invocazione di essi perchè preghino anche per ciascheduno di noi, è un' idolatria, o che contrasta colla parola di Dio, ed è contraria all' onore del solo mediatore di Dio e degli uomini, Gesù Cristo; o che è cosa stolta supplicare con la voce, o con la mente quelli, i quali regnan nel Cielo. Che si devono venerare dai fedeli anche i corpi santi de' Martiri, e di altri che vivono con Cristo, i quali furono vivi membri di Cristo, e tempio dello Spirito Santo, da risuscitarsi, e glorificarsi dallo stesso per l' eterna vita, per mezzo de' quali molti benefizj si conferiscono da Dio agli uomini: cosicchè quelli, i quali affermano, che non si deve venerazione, ed onore alle Reliquie de' Santi; o che quelle, ed altre sacre memorie inutilmente s' onorano dai fedeli, e che indarno si frequentano le memorie de' Santi per impetrare il loro soccorso; si devono del

(a) Sup. Sess. 22. c. 3. de Sacr. Missæ. (b) 1 Tim. 2. (c) 1 Cor. 3, & 6.
(d) Hieron. adversus Vigilantium. (e) Conc. Nicæn. 2. can. 7.

tutto condannare, come già da gran tempo li condannò, ed ora pure li condanna la Chiesa. Che inoltre sono da aversi, e da ritenersi spezialmente nei templi le immagini di Cristo, della Madre di Dio, e di altri Santi, e che si deve impartir loro il dovuto onore, e venerazione; non perchè si creda ritrovarsi in essi, o qualche divinità, o virtù, per la quale sieno da coltivarsi, o perchè si debba chieder da loro qualche cosa, o perchè s' abbia da metter fiducia in immagini, come una volta si faceva dai Gentili, i quali riponevano la loro speranza negli idoli; ma perchè l' onore, che loro si presta, si riferisce ai prototipi, che quelle rappresentano, cosicchè per mezzo delle immagini, che baciamo, e alla presenza delle quali ci scopriamo il capo, e pieghiamo le ginocchia, adoriamo Cristo, e veneriamo i Santi, de' quali essi rappresentano la sembianza: ciò che fu stabilito dai decreti de' Concilj, spezialmente poi del secondo Concilio Niceno contro gli oppugnatori delle immagini.

Diligentemente poi insegnino i Vescovi, che per mezzo dell' istorie dei misteri della redenzione, espresse colle pitture, o con altre similitudini, si ammaestra, e si conferma il popolo negli articoli della Fede, che si devono rammemorare, e ripetere assiduamente: che inoltre si ricava un gran frutto da tutte le sacre immagini, non solamente, perchè si avverte il popolo dei benefizj, e dei doni che da Cristo gli sono stati conferiti; ma anche perchè le maraviglie di Dio operate per mezzo de' Santi, e i salutevoli loro esempj si pongano

prout jampridem eos damnavit, & nunc etiam damnat Ecclesia. Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impertiendam, non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ; vel quod ab eis sit aliquid petendum; vel quod fiducia in imaginibus sit figenda; veluti olim fiebat a Gentibus, quæ in idolis (*a*) spem suam collocabant: sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant; itaut per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur: id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ (*b*) Nicænæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum nostræ redemptionis, picturis vel aliis similitudinibus expressas, erudiri, & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & assidue recolendis: tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ a Christo sibi collata sunt; sed etiam quia Dei per Sanctos miracula, & salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur: ut pro iis Deo gratias agant,

(*a*) Psalm. 134. (*b*) Concil. Nicæn. 2. Act. 3, 4, & 6.

ad Sanctorum imitationem, vitam, moresque suos componant, excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut senserit; anathema sit. In has autem sanctas, & salutares observationes si qui abusus irrepserint, eos prorsus aboleri sancta Synodus vehementer cupit; ita ut nullæ falsi dogmatis imagines, & rudibus periculosi erroris occasionem præbentes statuantur. Quod si aliquando historias, & narrationes Sacræ Scripturæ, cum id indoctæ plebi expediet exprimi, & figurari contigerit; doceatur populus, non propterea divinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus, aut figuris exprimi possit. (*a*) Omnis porro superstitio in Sanctorum invocatione, & Reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur; omnis turpis quæstus eliminetur; omnis denique lascivia vitetur; ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur; & Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum visitatione homines ad comessationes, atque ebrietates (*b*) non abutantur: quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum, ac lasciviam agantur. Postremo, tanta circa hæc diligentia, & cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, aut præpostere, & tumultuarie accomodatum, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat; (*c*) cum domum Dei

innanzi agli occhi de' fedeli, acciocchè ne rendano grazie a Dio, e uniformino la vita, e i costumi loro all' imitazione de' Santi e siano eccitati ad adorare, ed amare Dio, e a coltivare la pietà. Se qualcheduno poi insegnerà, o terrà cose contrarie a questi decreti, sia scomunicato. Se alcuni abusi poi s' introduranno contro queste sante, e salutevoli osservazioni, il Santo Concilio desidera grandemente che si aboliscano affatto; cosicchè non si stabiliscano immagini alcune di falso dogma, e le quali porgano occasione di pericoloso errore agl' ignoranti. Che se talvolta accaderà di doversi esprimere, e figurare storie, e racconti della Sacra Scrittura, quando ciò gioverà per la rozza plebe, si ammaestri il popolo; che non per questo si figura la divinità, quasichè possa essa riguardarsi cogli occhi del corpo, od esprimersi con colori, o figure. Si allontani poscia ogni superstizione nell' invocazione de' Santi, nella venerazione delle reliquie, e nel sacro uso delle immagini; ogni sordido guadagno si bandisca; si fugga finalmente ogni lascivia: cosicchè le immagini non si dipingano, nè si adornino con petulante venustà; e gli uomini non si abusino della celebrazione dei Santi, e della visita delle reliquie per fomentare le gozzoviglie, ed ubbriachezze, quasichè celebrino i giorni festivi in onore de' Santi col lusso, e colla lascivia. Finalmente s' adoperi dai Vescovi una sì grande diligenza e cura intorno a queste cose, che niente apparisca di disordinato, o fatto disor-

(*a*) cap. ult. de reliq. & ven. Sanct.
(*b*) c. 1. Dist. 44, & cap. Irreligiosa, de Const. Dist. 3.
(*c*) Psalm. 92. a. cap. Decret. de immun. eccl. in 6.

dinatamente ed in fretta, niente di profano, e di disonesto; convenendo alla Casa di Dio la santità. Perchè queste cose sieno più fedelmente osservate, stabilisce il Santo Concilio, che non sia lecito ad alcuno di porre, o procurare che venga posta alcuna insolita immagine in alcun luogo, o Chiesa, anche in qualsivoglia modo esente, se non bene stata approvata dal Vescovo; che non s' abbiano ad ammettere miracoli nuovi, nè riceversi nuove reliquie, se non sieno state riconosciute, ed approvate dal medesimo Vescovo: il quale tostochè avrà scoperto qualche cosa sopra di esse, col consiglio di Teologi, ed altri personaggj dabbene; faccia quelle cose, le quali giudicherà convenevoli alla verità, e pietà. Che se vi sia da estirpare qualche dubbio, o difficile abuso, o accada qualche grave questione intorno a quelle cose; il Vescovo prima di sciogliere la controversia, aspetti il parere del Metropolitano, e dei Vescovi Comprovinciali nel Concilio Provinciale: in maniera però che niente di nuovo, e sino ad ora nella Chiesa non usitato si stabilisca, senza aver consultato il Santissimo Romano Pontefice.

decceat sanctitudo. Hæc ut fidelius observentur, statuit Sancta Synodus, nemini licere ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, (*a*) nisi ab Episcopo approbata fuerit; (*b*) nulla etiam admittenda esse nova miracula, (*c*) nec novas Reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo, qui simul atque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati, & pietati consentanea judicaverit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus, vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæstio incidat: Episcopus, antequam controversiam dirimat, Metropolitani, & comprovincialium Episcoporum in Concilio provinciali sententiam expectet: ita tamen, ut nihil, inconsulto Sanctissimo Romano Pontifice, novum, aut in Ecclesia hactenus inusitatum decernatur.

Intorno ai Regolari, ed alle Monache.

Il medesimo Sacrosanto Concilio proseguendo la riforma, stimò doversi stabilire le cose, le quali seguono.

De Regularibus, & Monialibus.

Eadem sacrosancta Synodus (*d*) reformationem prosequens, ea, quæ sequuntur, statuenda esse censuit.

(*a*) Epitome Const. Caroli Magni tit. de pace, cap. 17.
(*b*) cap. Audivimus, de rel. & ven. Sanctor.
(*c*) cap. fin. eod.
(*d*) Consule Bullam Greg. XV. *Inscrutabili* 1622.

CAPUT I.

Regulares omnes ad regulam, quam professi sunt, praescriptum vitam constituant: id ut fiat, Superiores sedulo curent.

QUoniam non ignorat Sancta Synodus, quantum ex monasteriis pie institutis, & recte administratis, in Ecclesia Dei splendoris atque utilitatis oriatur; necessarium esse censuit, quo facilius, ac maturius, ubi collapsa est vetus, & Regularis disciplina instauretur, & constantius, ubi conservata est, perseveret, praecipere, prout hoc decreto praecipit, ut omnes Regulares, tam viri, quam mulieres, ad Regulae, quam professi sunt, praescriptum, vitam instituant, & componant; atque in primis, quae ad suae professionis perfectionem, (*a*) ut obedientiae, paupertatis, & castitatis, ac si quae alia sunt alicujus Regulae, & Ordinis peculiaria vota, & praecepta, ad eorum respective essentiam, nec non ad communem vitam, victum, & vestitum conservanda pertinentia, fideliter observent. Omnisque cura, & diligentia a Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis generalibus, & provincialibus, quam in eorum visitationibus, quae suis temporibus facere non praetermittant, ut ab illis non recedatur: (*b*) cum compertum sit, ab eis non posse ea, quae ad substantiam Regularis vitae pertinent, relaxari: si enim illa, quae bases sunt, &

CAPO I.

Tutti i Regolari vivano secondo le prescrizioni della regola, che han professata. I Superiori diligentemente procurino, che ciò succeda.

POichè sa il Santo Concilio, quanto splendore, ed utilità ridondi nella Chiesa di Dio dai monasteri piamente istituiti, e rettamente amministrati; stimò esser necessario, onde più facilmente e prestamente l'antica e regolar disciplina si ristauri, dove è decaduta, e più costantemente continui, dove si è conservata, di comandare, come con questo decreto comanda, che tutti i Regolari tanto uomini, quanto donne istituiscano, e conformino la loro vita alla prescrizione della regola, che hanno professato; ed in primo luogo osservino fedelmente quelle cose, le quali sono appartenenti alla perfezione della loro professione, come dell' obbedienza, della povertà, e castità, e se altri voti e precetti vi sono proprj di qualche regola, ed ordine, appartenenti a conservare la loro essenza rispettivamente, e la vita comune, vitto, e vestito. Dai Superiori tanto ne' Capitoli generali, e provinciali, quanto nelle loro visite, le quali non tralascino di fare a' loro tempi, si usi tutta la premura e diligenza, che da ciò non si allontanino: essendo manifesto, non potersi da loro rilassare quelle cose, le quali appartengono alla sostanza della vita Regolare. Imperciocchè, se le cose, le quali sono le basi ed i fondamenti di tutta la disciplina regolare, non sieno esatta-

(*a*) Clem. exivi, §. Cum igitur in primis, de verb. sign.
(*b*) cap. Cum ad monasterium in fin, de stat. monach.

mente conservate, è necessario che tutto l' edificio vada a terra.

(*a*) fundamenta totius Regularis disciplinæ, exacte non fuerint conservata, totum corruat ædificium necesse est.

CAPO II.

A' Regolari si proibisce del tutto la proprietà.

A Nessuno dunque de' Regolari tanto uomini, quanto donne sia lecito possedere, o tenere beni immobili, o mobili, siano di qualsivoglia qualità, anche acquistati da loro in qualsivoglia maniera, come proprj, oppure a nome del Convento; ma tosto si consegnino al Superiore, e s' incorporino al Convento. Nè da quì innanzi sia lecito ai Superiori di concedere beni stabili ad alcun Regolare anche ad usofrutto, o uso, amministrazione, o commenda. L' amministrazione poi dei beni de' monasterj, o de' conventi appartenga ai soli ufficiali de' medesimi, amovibili a cenno de' Superiori. In tal maniera poi i Superiori permettano l' uso delle cose mobili, che la loro suppelletile convenga allo stato di povertà, che hanno professato: e niente in essa vi sia di superfluo; niente pure si neghi loro, che sia necessario. Che se qualcheduno sia stato scoperto, o convinto di possedere qualche cosa, questi sia privo per due anni di voce attiva, e passiva: ed anche sia punito, giusta le Costituzioni della sua Regola, ed Ordine.

CAPUT II.

Proprietas Regularibus omnino prohibetur.

NEmini igitur Regularium, tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, (*b*) tamquam propria, aut etiam nomine Conventus, possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam. Administratio autem bonorum monasteriorum, seu conventuum ad solos Officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat. Mobilium vero usum ita Superiores permittant, ut eorum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat; nihilque superflui in ea sit; nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit, is biennio activa, & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta suæ Regulæ, & Ordinis constitutiones puniatur.

(*a*) cap. Cum Paulus, 1. quæst. 1.
(*b*) cap. 2, & cap. Cum ad monasterium, de stat. monach. cap. Cui portio cap. Non dicatis, & cap. Expedit. 12. quæst. 1. Concil. Mogunt. sub Leone IV. cap. 14.

CAPUT III.

Omnia monasteria, quæ hic non prohibentur, possunt possidere bona immobilia: numerus personarum in illis pro modo facultatum, aut eleemosynarum constituendus: nulla sine licentia Episcopi erigenda.

CONcedit Sancta Synodus omnibus monasteriis, & domibus, tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, (*a*) exceptis domibus fratrum Sancti Francisci, Capuccinorum, & eorum, qui Minorum de Observantia vocantur, etiam quibus aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio Apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Quod si aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apostolica similia bona possidere permissum erat, eis spoliata sint, eadem omnia illis restituenda esse decernit. (*b*) In prædictis autem monasteriis, & domibus, tam virorum quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, (*c*) is tantum numerus constituatur, ac in posterum conservetur, qui vel ex reditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commode possit sustentari: nec de cætero similia loca erigantur (*d*) sine Episcopi, in cujus diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.

CAPO III.

Tutti i monasteri, i quali qui non si proibiscono, possono possedere beni immobili. Si ha da stabilire in quelli il numero delle persone a norma delle facoltà, o limosine. Niun monastero si deve erigere senza licenza del Vescovo.

COncede il Santo Concilio a tutti i monasteri, e case tanto di uomini, quanto di donne, e de' mendicanti, eccettuate le case de' Frati di San Francesco, de' Cappuccini, e di quelli, i quali si chiamano Minori Osservanti, anche a quelli, a' quali in virtù delle loro Costituzioni era proibito, o non era concesso per privilegio Apostolico, che in avvenire sia loro lecito di possedere beni immobili. Che se alcuni Monasteri dei predetti, ai quali era permesso per autorità Apostolica di possedere simili beni, siano stati di quelli spogliati; ordina che tutti i medesimi beni si debbano loro restituire. Ne' predetti monasteri poi, e case tanto di uomini, quanto di donne, che possiedono, o non possiedono beni immobili, si stabilisca, e si conservi per l'avvenire solamente quel numero d'individui, il quale con le rendite proprie de' monasteri, o con le consuete limosine possa comodamente sostentarsi; nè in avvenire si ergano simili luoghi, senza prima aver ottenuta la licenza dal Vescovo, nella di cui Diocesi si devono erigere.

(*a*) c. Exiit qui seminat, §. Porro, de verb. sig. in 6.
(*b*) Conc. Arel. 4. cap. 8. cap. 1, & cap. Auctoritate, de instit. cap. Quoniam, ut ait, de vit. & honest. cler. cap. un. §. Sane, ut hoc, de statu regul. in 6.
(*c*) Vide Constit. S. Pii V. *Circa* 1566.
(*d*) Vide Constit. Clementis VIII. *Quoniam* 1603.

CAPO IV.

Il regolare senza licenza del Superiore non si assoggetti alla servitù di altro luogo, o persona, nè si parta dal Convento. Chi vive lontano per causa degli studj dimori nei Conventi.

PRoibisce il Santo Concilio, che nessun Regolare, senza licenza del suo Superiore, col pretesto della predicazione, o lezione, o qualsivoglia pia opera, si soggetti alla servitù di qualche Prelato, Principe, o Università, o Comunità, o di qualsivoglia altra persona, o luogo, nè gli suffraghi alcun privilegio, o facoltà ottenuta da altri sopra di ciò. Che se contravverrà, sia punito come disubbidiente, a beneplacito del Superiore. Nè sia lecito ai Regolari di partire dai loro Conventi, anche col pretesto di presentarsi ai loro Superiori; se non siano da essi spediti, o chiamati. Quegli poi, il quale sarà ritrovato senza il predetto mandato ottenuto in iscritto, sia punito dagli Ordinarj de' luoghi, come disertore del suo istituto. Quei poi, i quali vengono mandati alle Università a motivo degli studj, abitino solamente ne' Conventi: altrimenti si proceda dagli Ordinarj contro di essi.

CAPUT VI.

Regularis sine Superioris licentia nec se obsequio alterius loci, aut personæ subjiciat, nec a Conventu recedat: absens studiorum causa in Conventibus commoretur.

PRohibet Sancta Synodus, ne quis Regularis, sine sui superioris licentia prædicationis, vel lectionis, aut cujusvis pii operis prætextu, (a) subjiciat se obsequio alicujus Prælati, Principis, vel Universitatis, vel Communitatis, aut alterius cujuscumque personæ, seu loci; neque ei aliquod privilegium, aut facultas, ab aliis super iis obtenta, suffragetur. Quod si contra fecerit, tamquam inobediens, arbitrio Superioris puniatur. Nec liceat regularibus a suis conventibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinariis locorum tamquam desertor sui instituti puniatur. Illi autem qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, in Conventibus tantum habitent: alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.

(a) cap. Quanto, de off. ord. Clem. Ne in agro, §. Quia vero, de stat. mon. & cap. Non magnopere, ne cler. vel monac. cap. Placuit, & cap. Monachi in cap. 16. quæst. 1.

CAPUT V.

Clausura Monialium, præsertim quæ extra urbes agunt, providetur.

BOnifacii Octavi Constitutionem, quæ incipit: (*a*) *Periculoso*, renovans sancta Synodus, universis Episcopis sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate, (*b*) clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservare maxime procurent: inobedientes, atque contradictores per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod auxilium ut præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sæcularibus injungit. (*c*) Nemini autem Sanctimonialium liceat post professionem exire a monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa, ab Episcopo approbanda; indultis quibuscumque, & privilegiis non obstantibus. (*d*) Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cujuscumque

CAPO V.

Si provvede alla clausura delle Monache; specialmente a quelle, che vivono fuori della città.

IL Santo Concilio rinnovando la Costituzione di Bonifacio VIII. che incomincia: Periculoso; *comanda a tutti i Vescovi, con lo scongiuro del divino giudizio, e con la minaccia dell' eterna maledizione, che in tutti i Monasterj loro soggetti con la loro autorità ordinaria, negli altri poi coll' autorità della Sede Apostolica, sommamente procurino, che la clausura delle Monache diligentemente si rimetta, dove sarà stata violata; e dove è inviolata si conservi: mettendo freno alle disobbedienti, e contradditrici per mezzo delle censure Ecclesiastiche, e di altre pene, posposta qualunque appellazione, invocato in ciò, se fia duopo, l' ajuto del braccio secolare. Il qual ajuto, perchè si porga, il Santo Concilio, esorta tutti i Principi Cristiani, ed ingiunge a tutti i magistrati secolari, sotto la pena della scomunica da incorrersi immantinente. Non sia lecito a nessuna delle monache di uscire dal monastero dopo la professione, anche per breve tempo, sotto qualsivoglia pretesto, se non per qualche legittima causa, da approvarsi dal Vescovo; ad onta di qualisisiano indulti, e privilegj. Non sia lecito ad alcuno d' entrare nel circondario del monastero, di qualsivoglia nascita egli sia, o condizione, sesso, od età,*

(*a*) Vide Infra XXXIII.

(*b*) Vide Const. S. Pii V. *Circa*, 1566, *&* *Decoris* 1669. Gregorii XIII. *Deo sacris*, 1572. *Ubi gratia* 1575. *&* *Dubii*, 1581.

(*c*) Conc. Cabil. 1. cap. 57, & 62.

(*d*) Conc. Matiscon. 2. cap. 2. Arelat. 4. cap. 6. Cabilon. 6. cap. 63, & Hisp. 2. cap. 22. c. Definimus, & seqq. 18. quæst. 2.

senza la licenza del Vescovo, o del Superiore, ottenuta in iscritto, sotto pena di scomunica da incorrersi ipso facto. *Il solo Vescovo poi, o Superiore deve dar la licenza ne' casi necessarj; nè altri possa darla in alcuna maniera, anche in virtù di qualsivoglia facoltà o indulto fino ad ora concesso, o da concedersi in avvenire. E poichè i monasterj delle monache piantati fuori delle mura delle città o castelli, sono esposti spesse volte alla preda d' uomini malvaggi, e ad altri delitti senza veruna custodia; procurino i Vescovi, e gli altri Superiori, se così parrà essere espediente, che le Monache si riducano da questi ai nuovi, od antichi monasterj dentro le città, o castelli frequentati, chiamato anche l' ajuto, se fia d' uopo, del braccio secolare. Quei che impediscono o non obbediscono, li costringano ad ubbidire per mezzo delle censure Ecclesiastiche.*

generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus vel Superior licentiam debet in casibus necessariis; neque alius ullo modo possit, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Et quia monasteria Sanctimonialium extra mœnia urbis, vel oppidi constituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus sine ulla sæpe custodia sunt exposita: curent Episcopi, & alii Superiores, si ita videbitur expedire, ut Sanctimoniales ex iis ad nova, vel antiqua monasteria intra urbes, vel oppida frequentia reducantur, invocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachii sæcularis. Impedientes vero, vel non obedientes, per censuras ecclesiasticas parere compellant.

CAPO VI.

Modo di eleggere i Superiori.

NEll' elezione de' Superiori di qualunque sorta, degli Abati temporali, e di altri ufficiali, e dei Generali, e delle Abbadesse, e di altre Preposite, perchè tutte le cose si facciano legittimamente, e senza alcuna frode, ordina rigorosamente in primo luogo il Santo Concilio, che tutti i sopraddetti si debbano eleggere per mezzo di voti segreti, cosicchè i nomi di ciascheduno degli eligenti non mai si pubblichino. Nè in avvenire sia lecito di costituire Provinciali,

CAPUT VI.

Ratio eligendi Superiores.

IN electione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium, & aliorum officialium, ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum Præpositarum, quo omnia recte, & sine ulla fraude fiant, in primis Sancta Synodus districte præcipit, omnes supradictos eligi debere per vota secreta; ita ut singulorum eligentium nomina numquam publicentur. Nec imposterum liceat, Provinciales, aut Abbates, Priores, aut alios

quoscumque Titulares ad effectum electionis faciendæ constituere; aut voces, & suffragia absentium supplere. Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit; & is, qui ad hunc effectum se in Provincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiserit, deinceps ad omnia officia in religione obtinenda, inhabilis existat, facultatesque super his concessæ eo ipso abrogatæ censeantur: & si imposterum aliæ concedantur, tamquam subreptitiæ habeantur.

od Abati, Priori, od altri qualsivogliano Titolati ad effetto di far l' elezione, o supplire le voci, ed i voti dei lontani. Se poi qualcheduno sarà stato eletto contro la costituzione di questo decreto, l' elezione sia nulla, e quegli, il quale a questo effetto avrà permesso d' esser creato in Provinciale, Abate, o Priore, divenga in avvenire inabile a tutti gli uffizj da ottenersi nella religione, e le facoltà sopra ciò concesse si tengano per questo stesso annullate; e se in avvenire altre se ne concedano, si abbiano come surrettizie.

CAPUT VII.

Quæ, & quomodo in Abbatissas, & quocumque nomine Præfectas eligendæ: duobus monasteriis nulla præficiatur.

Abbatissa, & Priorissa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præposita appelletur, eligatur (*a*) non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio, ex alio ejusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur; ex iis (*b*) quæ in eodem monasterio annum trigesimum excesserint & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo vel alio Superiore consentiente, eligatur. (*c*) Duobus vero monasteriis nulla

CAPO VII.

Quali, e in qual maniera s' abbiano ad eleggere in Abbadesse, o in Presidenti con qualunque titolo. Nessuna si metta al governo di due monasteri.

Abbadessa, e Priora, e con qualsivoglia altro nome Presidente o Preposita, niuna s' elegga, che non abbia almeno anni 40. e che otto anni dopo la espressa professione sia lodevolmente vissuta. Che se non si ritrovi una di queste qualità nel medesimo monastero, possa eleggersi da un altro del medesimo Ordine. Se anche questo sembrasse incomodo al Superiore, il quale presiede all' elezione, si elegga da quelle, le quali avranno il trigesimo anno nel medesimo monastero, e saranno vissute legittimamente dopo la professione almeno per cinque anni, col consenso del Vescovo, o di altro superiore. Nessuna poi si metta al governo di

(*a*) Conc. Agath. 19. c. Juvenculas, & seqq. 19. quæst. 1.
(*b*) c. Indemnitatibus de elect. in 6.
(*c*) Concil. Agath. cap. 37. Epaun. cap. 9, & Cabilon. cap. 12. cap. ultim. 20. quæst. ultim. c. Unum, 21. quæst. 1.

due monasterj. E se alcuna ne ottiene due o più in qualsivoglia maniera, sia costretta a rinunziare, fuorchè uno, gli altri tutti dentro sei mesi. Se poi dopo questo tempo non avrà rinunciato, restino tutti per legge stessa vacanti. Quegli poi, il quale presiede all' elezione, o Vescovo, od altro Superiore, non entri nei chiostri del monastero; ma ascolti, o riceva i voti di ciascheduna davanti il finestrino dei cancelli. Nel resto si osservino le costituzioni di ciaschedun Ordine, o monastero.

CAPO VIII.

Come s' abbia a istituire il governo de' monasterj, i quali non hanno ordinarj regolari Visitatori.

T*Utti i monasterj, i quali non sono soggetti ai Capitoli generali, o ai Vescovi, nè hanno i loro Visitatori ordinarj regolari, ma furono soliti a reggersi sotto l' immediata protezione, e direzione della Sede Apostolica, siano tenuti fra un anno dal fine del presente Concilio, e di poi ogni triennio, ridursi in Congregazione, giusta la forma della Costituzione d' Innocenzo III. nel Concilio generale, che incomincia:* In singulis: *ed ivi destinare certe persone regolari, le quali deliberino, e stabiliscano intorno il modo, e l' ordine di erigersi le predette congregazioni, e di eseguire gli statuti in esse fatti. Che se in ciò saranno negligenti, sia lecito al Metropolitano, nella cui Provincia sono i predetti monasterj, come Delegato della Sede Apostolica, convocarli per le predette cause. Che*

præficiatur. Et, si qua duo vel plura quocumque modo obtinet, cogatur, uno excepto, intra sex menses cætera resignare. Post id vero tempus, nisi resignaverit, omnia ipso jure vacent. Is vero, qui electioni præest, Episcopus, sive alius Superior, claustra monasterii non ingrediatur: sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat. In reliquis serventur singulorum Ordinum, vel monasteriorum constitutiones.

CAPUT VIII.

Regimen monasteriorum non habentium ordinarios regulares Visitatores quomodo instituendum.

MOnasteria omnia, quæ generalibus Capitulis aut Episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios regulares Visitatores, sed sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, ac directione regi consueverunt, teneantur infra annum a fine præsentis Concilii, & deinde quodlibet triennio sese in congregationes redigere, juxta formam Constitutionis Innoc. III. in Concilio generali, quæ incipit: (a) *In singulis:* ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo, & ordine, de prædictis congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent, & statuant. Quod si in his negligentes fuerint, liceat Metropolitano, in cujus provincia prædicta monasteria sunt, tamquam Sedis Aposto-

(a) Vid. infr. XXXVII.

licæ delegato, eos pro prædictis causis convocare. Quod si infra limites unius provinciæ non sit sufficiens talium monasteriorum numerus ad erigendam congregationem; possint duarum vel trium provinciarum monasteria unam facere congregationem. Ipsis autem congregationibus constitutis, illarum generalia capitula, & ab illis electi Præsides, vel Visitatores eamdem habeant auctoritatem in suæ congregationis monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam alii præsides, ac Visitatores in cæteris habent Ordinibus: teneanturque suæ congregationis monasteria frequenter visitare; & illorum reformationi incumbere; & ea observare, quæ (*a*) in sacris Canonibus, & in hoc sacro Concilio sunt decreta. Quod si etiam, Metropolitano instante, prædicta exequi non curaverint, Episcopis, in quorum diœcesibus loca prædicta sita sunt, tanquam sedis Apostolicæ delegatis, subdantur.

se dentro i termini d'una sola Provincia non sia bastante il numero di tai monasteri per erigere la Congregazione, possano i monasteri di due, o tre Provincię fare una Congregazione. Stabilite poi esse Congregazioni, i generali Capitoli di quelle, ed i Presidenti, o Visitatori da quelle eletti, abbiano sopra i monasteri della loro Congregazione, e sopra i Regolari che dimorano in quelle, la medesima autorità, che hanno gli altri Presidenti, e Visitatori negli altri Ordini, e siano tenuti di visitare spesso i monasteri della loro Congregazione, e di attendere alla loro riforma, e di osservare quelle cose, le quali sono ordinate ne' sacri Canoni, ed in questo Sacro Concilio. Che se anche instando il Metropolitano, non procureranno, che si eseguiscano le predette cose; siano sottoposti ai Vescovi, nelle Diocesi de' quali sono i predetti luoghi, come a Delegati della Sede Apostolica.

CAPUT IX.

Monasteria Monialium immediate subjecta Sedi Apostolicæ ab Episcopo regantur; alia vero a deputatis in Capitulis generalibus, vel aliis Regularibus.

MOnasteria Sanctimonialium Sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subjecta; etiam sub nomine Capitulorum S. Petri, vel S. Joannis, vel alias quomodocumque nuncupentur, (*b*) ab Epi-

CAPO IX.

I Monasteri delle Monache immediatamente soggetti alla Sede Apostolica sieno regolati dal Vescovo; gli altri poi dai deputati nei Capitoli generali, o da altri Regolari.

I Monasteri delle Monache, soggetti immediatamente alla Sede Apostolica, anche sotto il nome de' Capitoli di S. Pietro, o S. Giovanni, o altrimenti in qualsivoglia maniera si chiamino, siano governati dai Vesco-

(*a*) Toto tit. de stat. reg. in 6, & Clem. c. Exiit, de ver. sign. in 6, & Clem. Exivit, eod. (*b*) cap. Cognovimus, 18. quæst. 2.

vi, come Delegati della detta Sede, ad onta di chicchessia. Que' poi, i quali sono diretti dai deputati nei Capitoli generali, o da altri Regolari, si lascino sotto la cura, e custodia loro.

scopis, tamquam dictæ Sedis delegatis, gubernentur, non obstantibus quibuscumque. Quæ vero a deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur, sub eorum cura, & custodia relinquantur.

CAPO X.

Le Monache si confessino, e comunichino ogni mese. Il Confessore straordinario venga loro provveduto dal Vescovo. Appresso di quelle non si conservi l' Eucaristia fuori della pubblica Chiesa.

ATtendano diligentemente i Vescovi, e gli altri Superiori dei monasteri delle monache, che nelle loro Costituzioni siano avvertite le monache, che almeno una volta al mese facciano la confessione de' peccati, e ricevano la Sacrosanta Eucaristia; affinchè si muniscano con quel salutevole ajuto a superar fortemente tutti i contrasti del demonio. Oltre l' ordinario confessore poi ne sia loro esibito un altro dal Vescovo, e dagli altri superiori due volte, o tre all' anno, il quale debba ascoltare le Confessioni di tutte. Il Santo Concilio poi proibisce, che il santissimo Corpo di Cristo si conservi dentro il coro, o i circondarj del monastero, e non nella pubblica Chiesa, ad onta di qualsivoglia indulto, o privilegio.

CAPUT X.

Moniales unoquoque mense confiteantur, & communicent: de confessario extraordinario iis ab Episcopo provideatur: apud illas extra publicam Ecclesiam Eucharistia non conservetur.

ATtendant diligenter Episcopi, & cæteri Superioris monasteriorum Sanctimonialium, ut in constitutionibus earum admoneantur Sanctimoniales, (*a*) ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant; ut eo se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter superandas. Præter ordinarium autem confessorem, alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones audire debeat. Quod vero sanctissimum Christi corpus intra chorum vel septa monasterii, & non in publica Ecclesia conservetur, prohibet sancta Synodus; non obstante quocumque indulto, aut privilegio.

(*a*) Clem. Ne in agro, §. Sane, de statu mon.

CAPUT XI.

In monasteriis, quibus imminet cura personarum sacularium, prater eas, qua sunt de illorum familia, visitet Episcopus, & eidem cura praficiendas examinet, certis exceptis.

IN monasteriis seu domibus virorum seu mulierem, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia, personæ tam regulares, quam sæculares hujusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus diœcesi sunt sita. (*a*) Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine, per eum, aut ejus Vicarium faciendo; excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus; & exceptis etiam iis monasteriis, seu locis, in quibus Abbates Generales, aut Capita Ordinum sedem ordinariam principalem habent; atque aliis monasteriis seu domibus, in quibus Abbates, aut alii Regularium Superiores jurisdictionem Episcopalem, & temporalem in Parochos, & parochianos exercent: salvo tamen eorum Episcoporum jure, qui majorem in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent.

CAPO XI.

Nei monasteri, a' quali incombe la cura di persone secolari, oltre a quelle, che sono di loro famiglia, il Vescovo visiti, ed esamini quelle che si hanno a mettere alla medesima cura, eccettuati alcuni monasteri.

NE' monasteri o case d' uomini, o donne, a' quali incombe la cura delle persone secolari, oltre quelle, le quali sono della famiglia di que' monasteri, o luoghi, le persone tanto regolari, quanto secolari che esercitano tal cura, siano soggette immediatamente in quelle cose, le quali appartengano a detta cura, e alla amministrazione de' Sacramenti, alla giurisdizione, visita, e correzione del Vescovo, nella di cui Diocesi sono posti. Nè ivi si deputi alcuno, anche amovibile a beneplacito, se non di consenso dello stesso, e previo l' esame, da farsi da esso, o dal di lui Vicario: eccettuato il monastero Cluniacense co' suoi confini, ed eccettuati anche que' monasteri o luoghi ne' quali gli Abati, i Generali, o Capi degli Ordini hanno la Sede ordinaria principale, ed altri monasteri, o case, nelle quali gli Abati, od altri Superiori de' Regolari esercitano giurisdizione Vescovile, e temporale sopra i Parrochi, e Parrocchiani; salvo però il diritto di quei Vescovi, i quali esercitano una maggior giurisdizione sopra i predetti luoghi, e persone.

(*a*) cap. Qui religiosis, 18. quæst. 2.

CAPO XII.

I Regolari si conformino ai secolari nell' osservanza delle censure Vescovili, e delle feste della Diocesi.

LE Censure, e gli interdetti, non solamente emanati dalla Sede Apostolica, ma anche promulgati dagli Ordinarj, ordinandolo il Vescovo, si pubblichino, ed osservino dai Regolari nelle loro Chiese. I giorni pure di festa, i quali il medesimo Vescovo avrà comandato doversi osservare nella sua Diocesi, si osservino da tutti gli esenti, anche Regolari.

CAPUT XII.

Conformentur Regulares sacularibus in observatione censurarum Episcopalium, & festorum diœcesis.

CEnsuræ, & interdicta, nedum a Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, (*a*) a Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque serventur. (*b*) Dies etiam festi, quos in diœcesi sua servandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, serventur.

CAPO XIII.

Il Vescovo accomodi sul fatto le controversie intorno la precedenza. Gli esenti, che vivono in non stretta clausura, s' obblighino ad intervenire alle pubbliche preghiere.

IL Vescovo, rimossa qualunque appellazione, e ad onta di chicchesia, componga tutte le controversie, le quali spessissimo nascono fra le persone Ecclesiastiche tanto secolari, quanto regolari con grandissimo scandalo, sì nelle pubbliche processioni, come in quelle, le quali si fanno nel seppellire i corpi dei morti, e nel portar l' ombrella, ed altre simili. Tutti poi gli esenti tanto cherici secolari, quanto regolari di qualunque genere, anche monaci, chiamati alle pubbliche Processioni, siano costretti d' intervenirvi, eccettuati soltanto quelli, i quali vivono perpetuamente in una stretta clausura.

CAPUT XIII.

Controversias de præcedentia e vestigio componat Episcopus. Exempti non in strictiori clausura viventes ad supplicationes publicas accedere compellantur.

(*c*) COntroversias omnes de præcedentia, quæ persæpe maximo cum scandalo oriuntur inter ecclesiasticas personas, tam sæculares quam regulares, cum in Processionibus publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis similibus, Episcopus, amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque, componat. Exempti autem omnes, tam clerici sæculares quam regulares quicumque, etiam monachi ad publicas Processiones vocati, accedere compellantur; iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo vivunt.

(*a*) Clem. I. de sent. excom.
(*b*) c. De iis 12. Dist. Vid. Const. S. Pii V. *Cum primum* 1566.
(*c*) Vide Bullam S. Pii V. 1568. *Divina*, & Greg. XIII. 1588. *Exposcit*.

CAPUT XIV.

Regulari publice deliquenti pœna a quo irroganda.

(*a*) REgularis, non subditus Episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit; Episcopo instante, a suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat: (*b*) sin minus, a suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri posset.

CAPO XIV.

Chi abbia da impor la pena al Regolare, che pecca pubblicamente.

IL Regolare non soggetto al Vescovo, il quale vive dentro i chiostri del monastero, e fuori di essi, se così notoriamente pecchi, che sia di scandalo al popolo, sull' istanza del Vescovo, si punisca severamente dal suo Superiore dentro il tempo da prefigersi dal Vescovo, e faccia consapevole il Vescovo intorno il castigo: se altrimenti si farà, dal Superiore sia privato dell' uffizio, e il delinquente possa esser punito dal Vescovo.

CAPUT XV.

Professio non fiat nisi anno probationis exacto, & decimo sexto ætatis completo.

IN quacumque Religione, tam virorum quam mulierum, professio non fiat ante decimum sextum annum expletum; nec qui minore tempore, (*c*) quam per annum, post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. (*d*) Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel Religionis, vel ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus.

CAPO XV.

La Professione non si faccia, se non passato l' anno della prova, e compiuto il decimosesto di età.

IN qualsivoglia Religione tanto d' uomini, quanto di donne, non si faccia la professione innanzi l' anno decimo sesto compiuto; nè si ammetta alla professione quegli, il quale sia stato in prova meno di un anno, dopo aver preso l' abito. La professione poi per lo innanzi fatta sia nulla, e non induca alcuna obbligazione per l' osservanza di qualche Regola, o Religione, od Ordine, o per qualsivoglia effetto.

(*a*) Super hujus decreti execut. extat Constit. Clement. VIII. *Suscepti muneris* 1596.
(*b*) c. fin. §. Si vero, de stat. mon.
(*c*) Gonsaldus 17. quæst. 2. cap. Ad Apost. de Regul. & cap. Non solum, eodem in 6.
(*d*) cap. Ad nostram, cap. cum virum, & cap. Postulasti, de Regular. & cap. 1. eodem in 6.

CAPO XVI.

La rinuncia, o l'obblazione innanzi a due mesi prossimi alla professione sia nulla. Finita la prova, i Novizj o professino, o si scaccino. Non si fa novità nel pio Istituto della Compagnia di Gesù. Si ordina, che niuna cosa fra i beni del Novizio si attribuisca al monastero innanzi la professione.

Nessuna rinuncia pure, od obbligazione innanzi fatta anche con giuramento, o in favore di qualsivoglia causa pia, vaglia, se non la si faccia con la licenza del Vescovo, o del di lui Vicario dentro i due mesi prossimi innanzi la professione, e non altrimenti s' intenda avere il suo effetto, se non seguita la professione: diversamente poi fatta, anche coll' espressa rinuncia di questo favore, anche giurata, sia nulla, e di niun effetto. Terminato il tempo del noviziato i Superiori ammettano alla professione i novizj, i quali troveranno capaci, o gli scaccino dal monastero. Con questo però il Santo Concilio non intende di fare alcuna novità, o di proibire, che la Religione de' Cherici della compagnia di Gesù, giusta il loro pio istituto, approvato dalla Santa Sede, non possa servire al Signore, e alla di lui Chiesa. Neppure avanti la professione, eccetto il vitto, e vestito del Novizio, o Novizia di quel tempo nel quale è in prova, sotto qualunque pretesto dai di lui genitori, parenti, o curatori s' attribuisca al monastero alcuna co-

CAPUT XVI.

Renuntiatio, aut obligatio facta ante duos menses proximos professioni sit nulla. Finita probatione, Novitii aut profiteantur, aut ejiciantur. In pio Clericorum Societatis JESU *instituto nihil innovetur. Caveatur, ne quid ex bonis novitii monasterio tribuatur ante professionem.*

Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio antea facta, etiam cum juramento, vel in favorem cujuscumque causæ piæ, valeat, nisi cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii fiat intra duos Menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter vero facta, etiam si cum hujus favoris expressa renuntiatione, etiam jurata, sit irrita, & nullius effectus. (*a*) Finito tempore novitiatus, Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut e monasterio eos ejiciant. Per hæc tamen sancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin (*b*) religio Clericorum Societatis JESU, juxta pium eorum institutum, (*c*) a sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, & ejus Ecclesiæ inservire possint; sed neque ante professionem excepto victu, & vestitu, novitii vel novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu, a parentibus, vel propin-

(*a*) Cum causam in fin. de elect.
(*b*) Vide Const. Greg. XIII. *Ascendente Domino* 1584.
(*c*) Vide Bull. Pauli III. *Regimini* 1540, & Julii III. *Exposcit* 1550.

quis, aut curatoribus ejus monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat, quod totam, vel majorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, nec facile, si discesserit, id recuperare possit; quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat; & ut abeuntibus ante professionem (*a*) omnia restituantur, quæ sua erant: quod ut recte fiat, Episcopus, etiam per censuras ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

CAPUT XVII.

Puella major duodecim annis, si habitum regularem suscipere voluerit, exploretur ab Ordinario, iterumque ante professionem.

(*b*) LIbertati professionis virginum Deo dicandarum prospiciens sancta Synodus, statuit atque decernit, ut, si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quam (*c*) exploraverit Episcopus, vel eo absente, vel impedito, ejus Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, (*d*) an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat: & si voluntas ejus pia, ac libera cognita fuerit, habueritque con-

sa dei beni del medesimo, affinchè per occasione, che il monastero posseda tutta, o la maggior parte della sua sostanza non possa partire, o partendo, facilmente ricuperarla: anzi piuttosto il Santo Concilio comanda sotto pena della scomunica a que' che danno, e ricevono, che questo non si faccia in veruna maniera; e che a quelli che partono innanzi la professione, si restituisca tuttociò ch'era di essi; la qual cosa perchè rettamente si faccia, il Vescovo costringa, se fia d'uopo, anche per mezzo delle Censure Ecclesiastiche.

CAPO XVII.

La fanciulla, che compiuti gli anni 12. vorrà prender l'abito regolare, sia esaminata dall'Ordinario, e di nuovo avanti la professione.

PRovedendo il Santo Concilio alla libertà delle vergini, che si dedicano a Dio, stabilisce, e decreta, che se la fanciulla, la quale vorrà ricevere l'abito regolare, sia maggiore d'anni dodici, innanzi non lo riceva, nè poscia essa, od altra faccia la professione, se prima il Vescovo, o essendo esso lontano, o impedito, il di lui Vicario, o qualchedun altro da essi destinato a loro spese, non abbia diligentemente indagata la volontà della vergine, se sia costretta, o sedotta, se sappia ciò che faccia: e se la di lei volontà sarà conosciuta pia, e libera, ed avrà le condizioni ricercate, giusta la regola

(*a*) cap. Si quis, 17. quæst. 2.
(*b*) cap. Cum virum, de Reg.
(*c*) cap. Illud, 20. quæst. 1.
(*d*) cap. Nullus, de Regul.

di quel monastero, ed Ordine; come pure se il monastero sarà idoneo, appartenga ad essa professare liberamente, il tempo della qual professione perchè sia noto al Vescovo, sia tenuta la Presidente al monastero di farnelo consapevole innanzi un mese. Che se la Presidente non farà consapevole il Vescovo, sia sospesa dall' uffizio, sino a tanto che parrà al Vescovo.

ditiones requisitas juxta monasterii illius, & Ordinis regulam, nec non monasterium fuerit idoneum, libere ei profiteri liceat, cujus professionis tempus ne Episcopus ignoret, teneatur Præfecta monasterio cum ante mensem certiorem facere; quod si Præfecta certiorem Episcopum non fecerit, quamdiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

CAPO XVIII.

Che niuno, fuorchè nei casi espressi dalla legge, costringa la donna ad entrare in monastero, o volendo entrare la impedisca. Si osservino le costituzioni delle Penitenti, ossia Convertite.

Il Santo Concilio assoggetta alla scomunica tutte, e ciascheduna persona di qualsivoglia qualità, o condizione, tanto cherici, quanto laici secolari, o regolari, ed anche quelli, i quali sono in qualsisia dignità, se in qualsivoglia modo sia che sforzino qualche vergine, o vedova, o qualunque donna contro voglia, fuorchè ne' casi espressi nella legge, ad entrare in monastero, o a ricever l' abito di qualsivoglia Religione, o a far la professione; come anche quelli, i quali vi diano consiglio, ajuto o favore; e quelli, i quali sapendo che essa non ispontaneamente entra in monastero, o riceve l' abito, o fa la professione in qualsivoglia maniera interpongano al medesimo atto la loro o presenza, o consenso, o autorità. Ad una simile scomunica pure assoggetta tutti coloro, i quali in

CAPUT XVIII.

Ne quis, præterquam in casibus a jure expressis, cogat mulierem ad ingrediendum monasterium; aut ingredi volentem prohibeat. Pœnitentium, seu Convertitarum constitutiones serventur.

Anathemati sancta Synodus subjicit omnes & singulas personas, cujuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos quam laicos, sæculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam, (*a*) præterquam in casibus in jure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque Religionis, vel ad emittendam professionem; quique concilium, auxilium vel favorem dederint; quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem

(*a*) cap. Significavit, & c. Gaudeamus de convers. conjug.

interposuerint. (a) Simili quoque anathemati subjicit eos qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine justa causa impedierint. Eaque omnia, & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, serventur non solum in monasteriis subjectis Episcopo, sed & in aliis quibuscumque. (b) Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ Pœnitentes, aut Convertitæ appellantur, in quibus constitutiones earum serventur.

qualunque modo senza giusta causa impediranno la santa volontà delle vergini, o d' altre donne, di ricevere il velo, o di fare il voto. E tutte, e ciascheduna di queste cose, le quali è necessario farsi innanzi la professione, o nella stessa professione, si osservino non solamente ne' monasteri soggetti al Vescovo, ma anche in altri di qualunque sorta. Da questi però si eccettuano le donne, le quali si chiamano Penitenti, o Convertite, nei conventi delle quali si osservino le loro costituzioni.

CAPUT XIX.

Quomodo in causis deficientium a Religione procedendum?

Quicumque Regularis (c) prætendat, se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum a die professionis; & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario. (d) Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcumque causam admittatur; sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur: interim vero nullo privilegio suæ Religionis

CAPO XIX.

Come s' abbia a proceder nelle cause di quelli i quali abbandonano la Religione.

Qualunque Regolare, il quale pretenda d' esser per forza, e per timore entrato nella Religione, od anche dica, di aver professato innanzi la debita età, o cosa simile, e voglia per qualunque causa lasciar l' abito, od anche partire con l' abito, senza licenza de' Superiori, non si ascolti, se non dentro un quinquennio solamente dal giorno della professione, ed allora pure non si ascolti, se alla presenza del suo Superiore, e Ordinario non abbia allegate le cause, che crederà di avere. Che se innanzi lascierà spontaneamente l' abito, non si ammetta in veruna maniera ad allegar qualsisia causa, ma sia costretto di ritornare al monastero, e si punisca come apostata; frattanto poi non sia protetto

(a) Conc. Tolet. 3. can. 10. Puella, 20. quæst. 2. c. ult. quæst. 2.
(b) Conc. Tolet. 4. cap. 54. in fine.
(c) c. Puella, 20. quæst. 1. c. Cum virum, de Regul.
(d) Conc. Arel. 1. c. ult. & Arel. 2. cap. 25.

da alcun privilegio di sua religione. Nessuno, anche Regolare, in virtù di qualsivoglia facoltà si trasferisca ad una religione più lassa; nè si dia licenza a qualsivoglia Regolare di portare occultamente l' abito della sua religione.

juvetur. (*a*) Nemo etiam Regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem, nec detur licentia cuiquam regulari occulte ferendi habitum suæ religionis.

CAPO XX.

I Superiori degli Ordini non soggetti a Vescovi visitino, e correggano i monasteri inferiori, anche in Commenda.

GLi Abati, i quali sono i capi degli Ordini, e gli altri Superiori de' predetti Ordini, non soggetti ai Vescovi, i quali hanno una legittima giurisdizione sopra gli altri monasteri, e Priorati loro soggetti, anche se sieno in Commenda sieno per dovere del loro uffizio obbligati a farne la visita. I quali essendo soggetti ai Capi de' loro Ordini, dichiara il Santo Concilio, non essere essi compresi in quelle cose, le quali sono state definite altre volte intorno la visita de' monasteri in Commenda; e siano tenuti tutti quelli, i quali presiedono ai monasteri de' predetti Ordini, di ricevere i predetti Visitatori, e di eseguire le loro ordinazioni. Gli stessi monasteri pure, i quali sono i Capi degli Ordini, sieno visitati conforme le costituzioni della Santa Sede Apostolica, e di ciaschedun Ordine. E finchè dureranno tali Commende, i Priori claustrali, o nei Priorati che hanno Convento, i Superiori, i quali esercitano le correzioni, e lo spiritual governo, s' istituiscano dai Ca-

CAPUT XX.

Superiores Ordinum Episcopis non subjecti, inferiora monasteria visitent, ac corrigant, etiam commendata.

ABbates, qui sunt Ordinum Capita, ac ceteri prædictorum Ordinum Superiores Episcopis non subjecti, quibus est in alia inferiora monasteria Prioratusve legitima jurisdictio, eadem illa sibi subdita monasteria, & Prioratus, suo quisque loco, atque ordine, ex officio visitent, etiamsi commendata existant. Quæ cum Ordinum suorum Capitibus subsint, declarat Sancta Synodus, in iis, (*b*) quæ alias de visitatione monasteriorum commendatorum definita sunt, non esse comprehensa; teneanturque, quicumque prædictorum Ordinum monasteriis præsunt, prædictos Visitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoque monasteria, quæ sunt Ordinum capita, juxta Sanctæ Sedis Apostolicæ, & cujusque Ordinis constitutiones visitentur. Et quandiu durabunt hujusmodi commendæ, Priores claustrales, aut in Prioratibus conventum habentibus, Superiores, qui correctiones,

(*a*) Sup. Sess. 14. cap. 11. de reformat.
(*b*) Supr. Sess. 21. de refor. cap. 8.

& spirituale regimen exercent, a Capitulis generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus, instituantur. In cæteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illæsa.

CAPUT XXI.

Monasteria Regularibus conferantur: Ordinum Capita nemini in posterum commendentur.

CUM pleraque monasteria, (*a*) etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpositure, ex mala eorum, quibus commissa fuerunt, administratione, non levia passa fuerint tam in spiritualibus, quam in temporalibus detrimenta; cupit Sancta Synodus ea ad congruam monasticæ vitæ disciplinam omnino revocare. Verum adeo dura, difficilisque est præsentium temporum conditio, ut nec statim omnibus, nec commune ubique quod optaret, remedium possit adhiberi. Ut tamen nihil prætermittat, unde prædictis salubriter aliquando provideri possit; primum quidem confidit, Sanctissimum Romanum Pontificem pro sua pietate, & prudentia curaturum, quantum hæc tempora ferre posse viderit, ut iis, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ suos conventus habent, regulares personæ, ejusdem Ordinis expresse professæ, & quæ gregi præire, & præesse possint, præficiantur. (*b*)

pitoli generali, o dai Visitatori degli stessi Ordini. In tutto il resto sieno fermi, ed illesi i privilegj e le facoltà dei suddetti Ordini, le quali concernono alle persone, luoghi, e diritti degli stessi.

CAPO XXI.

I monasteri siano conferiti a' Regolari. I Capi d' Ordini per l' avvenire non si dieno ad alcuno in Commenda.

MOlti monasteri, anche Abazie, Priorati, e Prepositure, avendo sofferto non leggieri danni tanto nello spirituale, quanto nel temporale per la cattiva amministrazione di coloro, a' quali furono consegnati, desidera il Santo Concilio di richiamarli affatto ad una congrua disciplina della vita monastica. Ma la condizione de' tempi presenti è cotanto ardua, e difficile, che non si può adoperare un rimedio nè pronto, nè comune per tutti, come desidererebbe. Per non tralasciar però niente, onde una volta si possa provedere salutevolmente ai predetti, in primo luogo confida, che il Santissimo Romano Pontefice sia per procurare secondo la sua pietà, e prudenza per quanto vedrà che permetter possano questi tempi, che sieno preposti a quelli, i quali ora si trovano in Commenda, e i quali hanno i loro Conventi, persone regolari espressamente professe del medesimo Ordine, e le quali possano diriggere, e presiedere al gregge. Quelli poi, i quali in avvenire

(*a*) Conc. Lateran. sub Leone X. Sess. 9. de refor. Curiæ.

(*b*) Sup. Sess. 24. cap. 10. de ref. Clem. un. de sup. neg. Præf.

saranno vacanti, non si conferiscano, se non ai Regolari di ragguardevole virtù, e santità. Intorno poi a que' monasteri, i quali sono Capi, e primati degli Ordini, o si chiamino Abazie, o Priorati figliuoli di quei Capi, siano tenuti quelli, i quali presentemente li tengono in Commenda, se non sieno essi provvisti d' un regolar successore, a professare solennemente la propria Religione di quegli Ordini dentro sei mesi, o abbandonarli, altrimenti le predette Commende si giudichino vacare per diritto istesso. Perchè poi in tutte, e ciascheduna delle predette cose non si possa adoprar qualche frode; commette il Santo Concilio, che nelle provvigioni di detti monasteri s' esprima nominatamente la qualità di ciascheduno, e la provvigione diversamente fatta si reputi surrettizia, e non sia protetta da nessun susseguente possesso, anche di tre anni.

CAPO XXII.

Le predette cose intorno alla Riforma de' Regolari sieno osservate senza alcuna tardanza.

IL Santo Concilio comanda che tutte e ciascheduna di queste cose contenute negli antecedenti decreti si osservino in tutti i Conventi, e Monasteri, Collegj, e Case di qualsivogliano Monaci, e Regolari, come pure di qualsivogliano vergini Monache, e vedove, avvegnachè vivano sotto il governo delle milizie anche Gerosolimitana, e con qualsivoglia nome si chiamino, sotto qualsivoglia regola, o costituzioni, e sotto la custodia o direzione, o qualsisia soggezione, od unione, o dipendenza di

Quæ vero imposterum vacabunt, non nisi regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis conferantur. Quoad ea vero monasteria, quæ Capita sunt, ac Primates Ordinum, sive Abbatiæ, sive Prioratus, filiæ illorum Capitum nuncupantur, teneantur illi, qui in præsenti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore provisum, infra sex menses Religionem illorum Ordinum propriam solemniter profiteri, aut iis cedere: alias commendæ prædictæ ipso jure vacare censeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & singulis fraus aliqua adhiberi possit, mandat sancta Synodus, ut in provisionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimatur; aliterque facta provisio subreptitia esse censeatur, nullaque subsequenti possessione, etiam triennali, adjuvetur.

CAPUT XXII.

Prædicta de reformatione Regularium nulla mora interposita observentur.

HÆC omnia, & singula in superioribus decretis contenta observari sancta Synodus præcipit in omnibus cœnobiis ac monasteriis, collegiis ac domibus quorumcumque monachorum, ac regularium, nec non quarumcumque Sanctimonialium virginum, ac viduarum, etiam si illæ sub gubernio militiarum, etiam Jerosolymitanæ, vivant, & quocumque nomine appellentur, sub quacumque regula, vel constitutionibus, & sub custodia, vel gubernatione,

vel quavis subjectione, aut annexione, vel dependentia cujuscumque Ordinis, mendicantium, vel non mendicantium, vel aliorum regularium monachorum, aut canonicorum, quorumcumque, non obstantibus eorum omnium, & singulorum (*a*) privilegiis sub quibuscumque formulis verborum conceptis, ac *Mare magnum* appellatis, etiam in fundatione obtentis, nec non constitutionibus, & regulis, etiam juratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui vero regulares tam viri, quam mulieres sunt, qui sub arctiori regula, vel statutis vivunt, excepta facultate habendi bona stabilia in comuni, eos ab eorum instituto, & observantia sancta Synodus amovere non intendit. Et quia sancta Synodus desiderat, ut omnia, & singula supradicta quamprimum executioni demandetur; præcipit omnibus Episcopis in monasteriis sibi subjectis, & in omnibus aliis ipsis in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & aliis Superioribus Ordinum supradictorum, ut statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit, Episcoporum negligentiam Concilia provincialia suppleant, & coerceant. Regularium vero Capitula provincialia, & generalia, & in defectu Capitulorum generalium Concilia provincialia, per deputationem aliquorum ejusdem Ordinis provideant. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges,

qualsivoglia Ordine, de' mendicanti, o non mendicanti, o di altri Monaci regolari, o Canonici di qualunque genere, non ostanti i privilegj di tutti e ciascheduno di essi conceputi sotto qualsivogliano formole di parole, e chiamate Mare magnum, *anche ottenuti nella fondazione, come pure nonostanti le regole anche giurate, e le consuetudini ancora, e prescrizioni anche immemorabili. Se vi son poi alcuni regolari tanto uomini, quanto donne, i quali vivano sotto una regola più stretta, e statuti più austeri, eccettuata la facoltà di avere beni stabili in comune, il Santo Concilio non intende di rimuoverli dal loro istituto, ed osservanza. E perchè il Santo Concilio desidera che tutte, e ciascheduna delle sopraddette cose si mandino quanto prima ad esecuzione, comanda a tutti i Vescovi ne' monasteri loro, e in tutte le altre cose ad essi nei superiori decreti specialmente commesse, ed a tutti gli Abati, e Generali, ed altri Superiori degli Ordini sopraddetti, che tosto le predette cose eseguiscano. E se qualche cosa non venga mandata ad esecuzione, i Concilj Provinciali suppliscano, e tengano in dovere la negligenza dei Vescovi; i Capitoli poi Provinciali, e Generali de' Regolari, ed in mancanza dei Capitoli Generali i Concilj Provinciali vi proveggano per mezzo della deputazione di alcuni del medesimo Ordine. Esorta anche il Santo Concilio tutti i Re, Principi, Repubbliche, e Magistrati, e comanda in virtù di santa ubbidienza, che vogliano qualunque volta ne verranno richiesti, interporre il loro ajuto, ed autorità per*

(*a*) Vide infr. III. Bull. Pii IV. *In Principis Apostolorum*.

l' esecuzione della riforma contenuta di sopra, a favore dei predetti Vescovi, Abati, e Generali, e altri Prefetti acciocchè le premesse si eseguiscano rettamente senza verun impedimento a lode di Dio Onnipotente.

Decreto intorno la riforma.

CAPO I.

I Cardinali e tutti i Prelati delle Chiese abbiano una suppelletile, e mensa moderata; non ingrandiscano coi beni della Chiesa i loro consanguinei, o famigliari.

Si deve desiderare, che quelli, i quali intraprendono il ministero Vescovile, sappiano quali siano i loro doveri; e intendano d' esser chiamati non ai proprj comodi, non alle ricchezze, od al lusso, ma alle fatiche, e ai travagli per la gloria di Dio. Imperciocchè non si dee dubitare, che anche gli altri fedeli non s' abbiano più facilmente ad infiammare per la religione, ed innocenza, se fia che veggano i loro Prepositi a pensare non quelle cose, le quali sono del mondo, ma la salute dell' anime, e la patria celeste. Considerando il Santo Concilio esser queste, le cose principali per metter in piedi la disciplina Ecclesiastica, avvisa tutti i Vescovi, che fra loro stessi meditando spesso queste cose essi anche co' fatti, e colle azioni della vita, ch'

Principes, Respublicas, & Magistratus, & in virtute sanctæ obedientiæ præcipit, ut velint prædictis Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & cæteris Præfectis in superius contentæ reformationis executione suum auxilium, & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti; ut sine ullo impedimento præmissa recte exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

Decretum de Reformatione.

CAPUT I.

Cardinales, & omnes Ecclesiarum Prælati modestam suppellectilem, & mensam habeant; consanguineos, familiaresve suos ex bonis Ecclesiæ non augeant.

Optandum est, ut ii, qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes, agnoscant; ac se non ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. (*a*) Nec enim dubitandum est, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos, si Præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta Synodus animadvertat; admonet Episcopos omnes, ut secum ea sæpe meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus, quod est veluti per-

(*a*) Cap. Magnæ de voto, cap. Qualiter, & quando de accusat. Supra Sess. 22. de refor. cap. 1. in princ.

petuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant; in primis vero ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, (a) sanctæ humilitatis exempla petere possint. Quapropter, exemplo Patrum nostrorum in (b) Concilio Carthaginensi, non solum jubet, ut Episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eorum domo caveant, ne quid appareat, quod a sancto hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat. (c) Omnino vero eis interdicit, ne ex reditibus ecclesiæ consanguineos, familiaresve suos augere studeant, cum & Apostolorum (d) Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, (e) quæ Dei sunt, consaguineis donent, sed si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuant; eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: immo, quam maxime potest, eos Sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ vero de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibus-

è come un certo perpetuò genere di predicare, si dimostrino uniformi al loro uffizio: in primo luogo talmente assestino i loro costumi, che gli altri possano trarre da essi esempj di frugalità, di modestia, di continenza, e di quella santa umiltà, che tanto ci fa cari a Dio. Laonde sull'esempio de' nostri Padri nel Concilio Cartaginese, non solamente comanda, che i Vescovi siano contenti d'una modesta suppelletile, mensa, e parco vitto: ma ancora nel rimanente della vita, e in tutta la loro casa badino bene, che non apparisca cosa, che sia aliena da questo santo istituto, e che non mostri la semplicità, lo zelo di Dio, e il disprezzo delle vanità. Proibisce affatto poi loro, che non procurino d'ingrandire i proprj consanguinei, e familiari colle rendite della Chiesa; mentre anche i Canoni degli Apostoli proibiscono che non donino le cose di Chiesa, le quali sono di Dio, ai consanguinei; ma se sono poveri, le distribuiscano loro, come a poveri, non le distraggano poi, nè per motivo loro le dissipino: anzi per quanto può, il Santo Concilio gli avvisa, che depongano affatto ogni umano affetto di carne verso i fratelli, nipoti, e propinqui, donde avviene un seminario di molti mali nella Chiesa. Quelle cose poi le quali si sono dette intorno i Vescovi, le medesime decreta che non solamente sieno osservate in tutti quei che ottengono benefizj Ecclesiastici tanto

(a) Psal. 101. Eccl. 3, & 35. Matth. 10, & 18.
(b) Conc. Carth. in c. Episcopus 41. Dist. Supr. Sess. 2.
(c) Conc. Antioch. cap. 25. Quisquis cap. Sint manifesta, cap. Episcopus, & cap. Res ecclesiæ cum seq. 12. quæst. 1. Quisquis 12. quæst. 2.
(d) Canon. Apost. 39, & 75.
(e) cap. Quoniam, 16. quæst. 1, cap. Cum secundum, de Præb. & c. Cum ex eo, de elect. in 6.

secolari, quanto regolari, secondo la condizione del loro grado, ma che appartengano anche ai Cardinali della Santa Romana Chiesa, sul consiglio de' quali appresso il Santissimo Romano Pontefice appoggiandosi l' amministrazione di tutta la Chiesa, può sembrare cosa indegna, che essi non risplendano anche di quelle insegne di virtù, e disciplina di vivere, le quali con ragione attraggano ad essi gli sguardi di tutti.

CAPO II.

Da quali nominatamente si debbano solennemente accettare ed insegnare i decreti del Concilio.

Obbliga la disgrazia de' tempi, e la malizia delle eresie, che insorgono, a non dovere niente tralasciare che sembri poter appartenere all' edificazione de' popoli, e al presidio della Cattolica fede. Comanda dunque il Santo Concilio ai Patriarchi, Primati, Arcivescovi, Vescovi, e a tutti gli altri, i quali per diritto, e consuetudine devono intervenire al Concilio Provinciale, che nello stesso primo Sinodo Provinciale da tenersi dopo il fine del presente Concilio, ricevano pubblicamente tutte, e ciascheduna di quelle cose, le quali sono state definite, e stabilite da questo Santo Concilio; come pure promettano e professino una vera obbedienza al Sommo Romano Pontefice, e nello stesso tempo pubblicamente detestino, e scomunichino tutte l' eresie

cumque beneficia ecclesiastica, tam sæcularia quam regularia, obtinentibus, pro gradus sui conditione observari, (*a*) sed & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit; quorum consilio apud Sanctissimum Romanum Pontificem cum universalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non iis etiam virtutum insignibus, ac vivendi disciplina eos fulgere, quæ merito omnium in se oculos convertant.

CAPUT II.

A quibus nominatim decreta Concilii solemniter recipi, & doceri debeant.

COgit temporum calamitas, & invalescentium hæresum malitia, ut nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & Catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere. (*b*) Præcipit igitur Sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de jure, vel consuetudine in Concilio provinciali interesse debent, ut in ipsa prima Synodo provinciali, post finem præsentis Concilii habenda, ea omnia & singula, quæ ab hac Sancta Synodo definita, & statuta sunt, palam recipiant; (*c*) nec non veram obedientiam Summo Romano Pontifici spondeant, & profiteantur: simulque (*d*) hæreses omnes, a sacris Canonibus, &

(*a*) Conc. Later. sub Leone X. Sess. 9. de ref. Curiæ.
(*b*) Supr. Sess. 24. de refor. cap. 2.
(*c*) Vide Bull. professionis fidei Pii IV.
(*d*) Vide Bullam Clemen. VIII. *Dominici* 1603.

generalibus Concilis, præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas, (*a*) publice detestentur & anathematizent. Idemque imposterum quicunque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposque, promovendi in prima Synodo provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, renuerit, Episcopi comprovinciales statim summum Romanum Pontificem admonere sub pœna divinæ indignationis teneantur; interimque ab ejusdem communione abstineant. Cæteri vero omnes, sive in præsenti, sive in futurum beneficia ecclesiastica habituri, & qui in Synodo diœcesana convenire debent, idem ut supra, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & observent: alias secundum formam sacrorum Canonum puniantur. Ad hæc omnes ii, ad quos Universitatum, & Studiorum generalium cura, visitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, ut ab eisdem Universitatibus Canones, & decreta hujus sanctæ Synodi integre recipiantur, ad eorumque normam Magistri, Doctores, & alii in eisdem Universitatibus ea quæ (*b*) Catholicæ fidei sunt, doceant, & interpretentur; seque ad hoc institutum initio cujuslibet anni solemni juramento obstringant, sed & si aliqua alia in prædictis Universitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, pro religionis, &

condannate dai Sacri Canoni, e dai Concilj generali, e specialmente da questo medesimo Concilio. E lo stesso in avvenire osservino tutti quelli, i quali si hanno a promuovere in Patriarchi, Primati, Arcivescovi, e Vescovi nel primo Concilio Provinciale, in cui essi interverranno. Che se qualcheduno di tutti i sopraddetti, che Dio non voglia, ricuserà, i Vescovi Comprovinciali siano tenuti tosto avvisare il Sommo Romano Pontefice sotto pena della indegnazione divina; e frattanto si astengano dalla comunione col medesimo. Tutti gli altri poi, i quali o hanno presentemente, o in futuro sono per avere benefizj ecclesiastici, e que' che devono intervenire nel Concilio Diocesano, lo stesso facciano, ed osservino come sopra in quel Concilio, il quale quanto prima si celebrerà; altrimenti siano puniti secondo la forma dei sacri Canoni. Oltre di ciò tutti quelli, ai quali appartiene la cura, la visita, e la riforma delle Università, e degli Studj generali, procurino diligentemente che dalle medesime Università vengano intieramente ricevuti i Canoni, e i decreti di questo Santo Concilio, e a loro norma i Maestri, Dottori, ed altri insegnino, ed interpretino nelle medesime Università quelle cose, le quali sono di fede Cattolica, e nel principio di ciaschedun' anno si astringano a questo istituto con solenne giuramento: ma se alcune altre cose ancora saranno degne di correzione, e di riforma nelle predette Università, si emendino, e si stabiliscano dai medesimi, ai quali appartiene, per l' accrescimento della

(*a*) c. 2. in fine de summa Trinit. c. Sicut & c. Excommunicamus, 13. de hær.
(*b*) Supra Sess. 5. cap. 1. de reform.

religione, e disciplina ecclesiastica. Quelle Università poi, le quali sono soggette immediatamente alla protezione, e visita del Sommo Romano Pontefice, Sua Beatitudine procurerà che sieno visitate, e riformate salutevolmente per mezzo dei di lui delegati nella medesima maniera che si è detto di sopra, e come gli parerà più utile.

CAPO III.

Non si deve adoprare inconsideratamente la spada della scomunica. Dove si può fare la esecuzione reale, o personale, si hanno a risparmiar le Censure; ed è interdetto al magistrato civile il frammischiarsi in queste cose.

Quantunque la spada della scomunica sia il nervo della disciplina Ecclesiastica, e molto salutevole per contenere i popoli in dovere; si deve però esercitare sobriamente, e con grande circospezione; insegnando l' esperienza, che se si adoperi imprudentemente, o per cose leggiere, si disprezza più di quel che si tema, e partorisce piuttosto la rovina, che la salute. Per la qual cosa quelle scomuniche, le quali sogliono fulminarsi, premessi i monitorj pel fine della rivelazione, come dicono, o per le perdute, o sottratte cose, da nessuno affatto, fuorchè dal Vescovo si decretino; ed allora non per altro motivo, che per una cosa non volgare, e per una causa diligentemente, e con grande maturità

disciplinæ ecclesiasticæ augmento emendetur, & statuantur. Quæ vero Universitates immediate Summi Romani Pontificis protectioni, & visitationi sunt subjectæ; has sua Beatitudo per ejus delegatos eadem, qua supra, ratione, & prout ei utilius visum fuerit, salubriter visitari, & reformari curabit.

CAPUT III.

Excommunicationis gladio temere non utendum: ubi executio realis, aut personalis fieri potest, a censuris abstinendum, iisque civili magistratui se immiscere nefas est.

Quamvis (*a*) excommunicationis gladius nervus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris, sobrie tamen magnaque circumspectione exercendus est: cum experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis (*b*) ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo, decernantur: & tunc non alias, quam ex re non vulgari, causaque diligenter, (*c*) ac magna ma-

(*a*) cap. Dilecto, de sentent. excomm. in 6. cap. Multi, in princ. 2. quæst. 1. cap. Visis, in fin. 16. quæst. 2. cap. Corripiantur 24. quæst. 3.

(*b*) Formam præscripsit S. Pius V. 27. Jun. 1570. in cap. *Sanctissimus*.

(*c*) cap. Episcopi, cap. Nemo Episcoporum, & cap. Nullus sacerdotum, quæst. 3. cap. Sacro, de sentent. excomm. Conc. Aurelian. 5. cap. 2.

turitate per Episcopum examinata, quæ ejus animum moveat; nec ad eas concedendas cujusvis sæcularis, etiam magistratus, auctoritate adducatur: sed totum hoc in ejus arbitrio, & conscientia sit positum: quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse judicaverit. In causis vero judicialibus mandatur omnibus judicibus ecclesiasticis cujuscumque dignitatis existant, ut quandocumque executio realis vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo quam definiendo, a censuris ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod exactæ fuerint, assignentur; seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam; sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas definire. Quod si executio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit, (a) sitque erga judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit, erit a censuris abstinendum: sed si di-

esaminata dal Vescovo, la quale muova il di lui animo; nè sia indotto a concederle dall' autorità di qualsivoglia secolare, anche magistrato; ma tutto questo sia posto nel di lui arbitrio e coscienza, quand' egli considerate le circostanze della cosa, del luogo, della persona, o del tempo, avrà giudicato che si debbano decretare. Nelle cause poi giudiciali si comette a tutti i giudici Ecclesiastici, di qualsivoglia dignità siano, che quando l' esecuzione reale, o personale potrà dai suddetti farsi colla propria autorità in qualsivoglia parte del giudizio, si astengano tanto nel procedere, quanto nel definire, dalle censure Ecclesiastiche, o dall' interdetto; ma sia loro lecito, se parerà tornar conto, nelle cause civili, in qualsivoglia maniera appartenenti al foro Ecclesiastico, di procedere, e di definire le cause contro qualsivogliano, anche laici, per mezzo di pene pecuniarie, le quali per questo istesso, che si saranno esatte, vengano assegnate ai luoghi pii ivi esistenti; o per mezzo del ricevimento di pegni, o cattura delle persone, da farsi dagli esecutori loro proprj, o d' altri, o pure per mezzo della privazione de' benefizj, e d' altri rimedj della legge. Che se l' esecuzion reale, o personale contro i rei non potrà in questa maniera farsi, e vi sia contumacia verso il giudice, allora potrà ferirli con la spada della scomunica, ad arbitrio suo, oltre ad altre pene. Anche nelle cause criminali, dove l' esecuzione reale, o personale potrà farsi, come si è detto di sopra, si dovrà astenersi dalle censure: ma se facilmente non vi possa

(a) cap. Si quis deinceps, in fin. 17. quæst. 4.

esser luogo per la detta esecuzione, sarà lecito al giudice di servirsi di questa spirituale spada contro i delinquenti; se però la qualità del delitto precedendo almeno due monitorj, anche per editto, lo ricerchi. Sia poi interdetto a qualunque Magistrato secolare di proibire al giudice Ecclesiastico che non iscomunichi alcuno, o di comandare, che rivochi la fulminata scomunica, sotto pretesto che le cose contenute nel presente decreto non siano state osservate, non appartenendo questa cognizione ai secolari, ma agli Ecclesiastici. Qualunque scomunicato poi, se non si ravvederà dopo i legittimi avvisi, non solamente non sia ammesso ai Sacramenti, e alla comunione, e familiarità de' fedeli; ma se annodato nelle censure con animo ostinato farà per un anno il sordo, possa anche contro di esso procedersi, come sospetto di eresia.

CAPO IV.

Dove è troppo grande il numero delle Messe da celebrarsi, i Vescovi, gli Abati, e i Generali degli Ordini stabiliscano ciò, che giudicheranno espediente.

Succede spesse volte in certe Chiese, o che un gran numero di Messe da celebrarsi è stato imposto per varj lasciti di defonti, cosicchè non si possa soddisfare a quelle per cadaun giorno dai testatori prescritte; o che l'elemosina per celebrarle sia tanto scarsa che non facilmente si ri-

ctæ executioni facile locus esse non possit, licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti; si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum id postulet. Nefas autem sit sæculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico judici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata; cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. (a) Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum insorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit.

CAPUT IV.

Ubi nimius est Missarum faciendarum numerus, statuant Episcopi, Abbates, & Generales Ordinum, quod expedire judicaverint.

Contingit sæpe in quibusdam ecclesiis vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis pro singulis diebus, a testatoribus præscriptis, nequeat satisfieri; vel eleemosynam hujusmodi pro illis ce-

(a) cap. Rogo, cum seqq. 11. quæst. 3. cap. Nulli, cum seq. cap. Cum desideres, & cap. Si concubinæ, de sentent. excommun.

lebrandis adeo tenuem esse, ut non facile inveniatur, qui velit huic se muneri subjicere; unde depereunt piæ testantium voluntates, & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta Synodus cupiens hæc ad pios usus relicta, quo plenius, & utilius potest, impleri, facultatem dat Episcopis, ut in Synodo diœcesana, itemque Abbatibus, & Generalibus Ordinum, ut in suis Capitulis generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint, (*a*) statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque ecclesiarum utilitatem viderint expedire, ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt.

CAPUT V.

Rebus bene constitutis, & annexum onus habentibus nihil detrahatur.

RAtio postulat, ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur. Quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione, eis non derogetur.

trovi chi voglia assoggettarsi a tale incarico; onde sono defraudate le pie volontà dei testatori, e si dà occasione di aggravare la coscienza di coloro, ai quali le predette cose appartengono. Il Santo Concilio desiderando, che questi lasciti ad uso pio si adempiscano con la maggior pienezza ed utilità, che si può, dà facoltà ai Vescovi, che nel Sinodo Diocesano, e parimenti agli Abati, e Generali degli Ordini, che ne' loro Capitoli Generali, investigata diligentemente la cosa, possano secondo la loro coscienza nelle predette Chiese, le quali conosceranno aver bisogno di questo provvedimento, stabilire tutto ciò che vedranno confacente all' onore, e culto di Dio, e all' utilità delle Chiese; in maniera però che sempre si faccia la commemorazione di que' defonti, i quali per la salute delle loro anime lasciarono questi legati ad usi pii.

CAPO V.

Alle cose che sono state bene stabilite, e che hanno annesso il loro peso, non si detragga punto.

LA ragione ricerca, che con ordinazioni contrarie non si detragga a quelle cose, le quali sono state ben ordinate. Quando dunque secondo l' erezione, o fondazione de' benefizj di qualunque sorta, o altre costituzioni, si ricercano alcune qualità, o certi pesi sono a quelli ingiunti nella collazione de' benefizj, od in qualsivoglia altra disposizione, non si deroghi loro. Lo stesso si osservi

(*a*) Supra Sess. 22. de reform. cap. 6.

nelle prebende Teologali, Magistrali, Dottorali, o Presbiterali, Diaconali, e Suddiaconali, ogni qualvolta si fattamente saranno state stabilite, cosicchè alle loro qualità, ed Ordini niente si detragga in alcuna provigione; e la provigione diversamente fatta si giudichi surrettizia.

Idem in præbendis Theologalibus, Magistralibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque ita constituta fuerint, observetur, ut eorum qualitatibus, vel Ordinibus nihil in ulla provisione detrahatur: & aliter facta provisio subreptitia censeatur.

CAPO VI.

In qual maniera debba diportarsi il Vescovo in quanto alla visita dei Capitoli esenti.

Stabilisce il Santo Concilio, che in tutte le Chiese Cattedrali, e Collegiate, si osservi il decreto sotto Paolo III. di felice memoria, che incomincia, Capitula Cathedralium, *non solamente quando il Vescovo farà la visita, ma anche qualunque volta per debito, o ad istanza di alcuno proceda contro alcun altro in vigor delle cose contenute nel detto decreto: in maniera però che quando sarà andato fuori di visita, tutte le cose infrascritte, abbiano luogo; cioè che il Capitolo nel principio di qualsivoglia anno elegga due del Capitolo col consiglio, e consenso dei quali il Vescovo, o il di lui Vicario sia tenuto di procedere, tanto nel formare il processo, quanto in tutti gli altri atti, inclusivamente fino al termine della causa, alla presenza però del notajo dello stesso Vescovo, e nella di lui casa, o solito tribunale. Uno però soltanto sia il voto dell' uno e l' altro, e possa l' altro unirsi al Vescovo. Che se amendue saranno discordi dal Vescovo in qualche atto,*

CAPUT VI.

Quomodo se gerere debeat Episcopus quoad visitationem Capitulorum exemptorum.

Statuit Sancta Synodus, ut in omnibus ecclesiis cathedralibus, & collegiatis decretum sub fel. rec. Paulo III. (*a*) quod incipit, *Capitula Cathedralium*, observetur, non solum quando Episcopus visitaverit, sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus, contra aliquem ex contentis in dicto decreto procedat: ita tamen, ut cum extra visitationem processerit, infrascripta omnia locum habeant; videlicet, ut Capitulum initio cujuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel ejus Vicarius, tam in formando processum, quam in cæteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum, possitque alter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discordes in aliquo

(*a*) Sup. Sess. 6. de reform. cap. 4, & Sess. 14. de reform. cap. 4.

actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant; & si in electione tertii etiam discordent, ad viciniorem Episcopum electio devolvatur, & juxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur: alias processus, & inde secuta nulla sint, nullosque producant juris effectus. (*a*) In criminibus tamen ex incontinentia provenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, (*b*) possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere: servato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur. (*c*) Episcopis prætereaubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est; eisque in choro, & in capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Quod si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur, (*d*) Episcopi ipsi Capitulum convocent, vota

o sentenza interlocutoria, o definitiva, allora insieme col Vescovo eleggano un terzo dentro lo spazio di sei giorni: e se discordino anche nell' elezione d' un terzo, l' elezione si devolva al Vescovo più vicino, e secondo quella parte, colla quale converrà il terzo, si termini l' articolo, nel quale si discordava: altrimenti il processo, e le cose indi seguite siano nulle, e non producano nessun effetto del diritto. Nei delitti però provenienti dall' incontinenza, della quale si dirà nel decreto intorno i concubinarj, e nei delitti più atroci, che ricercano la deposizione o degradazione, quando si teme della fuga, perchè non si deluda il giudizio, e perciò fia d' uopo d' una personale ritenzione, possa il solo Vescovo nel principio procedere ad una sommaria informazione e necessaria ritenzione; osservato però nelle altre cose l' ordine premesso. In tutti poi i casi si abbia questo riguardo, che secondo la qualità del delitto, e delle persone, i delinquenti stessi si custodiscano in un luogo decente. Ai Vescovi inoltre da per tutto si dia quell' onore, il quale è conveniente alla loro dignità: e nel coro, e nel capitolo, nelle processioni, ed in altri atti pubblici, abbiano il primo posto, ed il luogo ch' essi si avranno eletto, e la principal autorità di maneggiare tutte le cose. Che se propongono ai Canonici qualche cosa da deliberarsi, nè si tratti di cosa spettante al vantaggio proprio, o dei suoi, i Vescovi stessi radunino Capitolo, ricerchino i voti, e secondo quelli concludano. In

(*a*) Infra cap. 14, & sup. Sess. 14. de Matrimonio, cap. 8.
(*b*) cap. Qualiter 14. de accus. & cap. Tuæ, de pœn.
(*c*) Concil. Cart. 4. cap. 35. c. Episcopus in ecclesia, 95. Dist.
(*d*) cap. Novit. cum seq. de his, quæ fiunt a Præl. sine cons. cap.

lontananza poi del Vescovo si eseguisca ciò totalmente da quei del Capitolo, ai quali spetta per diritto, o consuetudine, nè a ciò si ammetta il Vicario del Vescovo. Nelle altre cose poi la giurisdizione, e potestà del Capitolo, se ne ha alcuna, e l' amministrazion dei beni gli sia lasciata del tutto salva ed intatta. Quei poi i quali non ottengono dignità, nè sono del Capitolo, tutti quei siano soggetti ai Vescovi nelle cause Ecclesiastiche; ad onta, in quanto alle cose sopraddette, de' privilegj competenti anche per fondazione, delle consuetudini anche immemorabili, sentenze, giuramenti, concordati i quali obblighino solamente i loro autori, salvi però in tutto i privilegi i quali sono stati concessi alle Università degli Studj Generali, o alle loro persone. Tutte poi, e ciascheduna di queste cose non abbiano luogo in quelle Chiese, nelle quali i Vescovi, o i loro Vicarj o per costituzioni, o per privilegj, o per consuetudini, o per concordati, o per qualunque altro diritto hanno una potestà, autorità, o giurisdizione più grande di quel che sia compreso nel presente decreto: alle quali cose il Santo Concilio non intende di derogare.

exquirant, & juxta ea concludant. Absente vero Episcopo, omnino hoc ab iis de Capitulo, ad quos hoc de jure, vel consuetudine spectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Episcopi admittatur. Cæteris autem in rebus Capituli jurisdictio, & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio salva, & intacta omnino relinquatur. Qui vero non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, ii omnes in causis ecclesiasticis Episcopo subjiciantur: non obstantibus, quoad supradicta, privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent auctores: salvis tamen in omnibus privilegiis, quæ Universitatibus studiorum generalium, seu earum personis sunt concessa. Hæc autem omnia, & singula in eis ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii, ex constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive concordiis, seu quocumque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem, quam præsenti decreto sit comprehensum, quibus Sancta Synodus derogare non intendit.

CAPUT VII.

Accessus, & regressus ad beneficia tolluntur. Coadjutor quomodo, cui, & ex qua causa concedendus.

CUm in beneficiis ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, (a) sacris constitutionibus sint odiosa, & Patrum decretis contraria; nemini imposterum (b) accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cujuscumque qualitatis concedatur; nec hactenus concessi suspendantur, extendantur, aut transferantur. Hocque decretum in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, & etiam in Cathedralibus Ecclesiis, ac in quibuscumque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat. In Coadjutoriis quoque cum futura successione idem posthac observetur, ut nemini in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis permittantur. Quod si quando ecclesiæ cathedralis, aut monasterii urgens necessitas, (c) aut evidens utilitas postulet Prælato dari Coadjutorem; is non alias cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligenter a Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ a jure, (d)

CAPO VII.

Si levano gli accessi, e i regressi ai benefizj; il Coadjutore in qual maniera, a chi, e per qual causa s' abbia a concedere.

ESsendo ne' benefizj Ecclesiastici odiose, e contrarie ai decreti dei Padri quelle cose, le quali portano l' immagine d' una successione ereditaria; a nessuno in avvenire si conceda l' accesso, o regresso a benefizio Ecclesiastico di qualisivoglia qualità anche di consenso: nè i fino quì concessi si sospendano, si estendano, o si traferiscano. E questo decreto abbia luogo in qualsisiano benefizj Ecclesiastici, ed anche Chiese Cattedrali, e in quali si sieno persone, anche adorne dell' onore del Cardinalato. Lo stesso in avvenire si osservi anche nelle coadiutorie colla futura successione, che a nessuno si permettano in qualisisiano benefizj Ecclesiastici. Che se alle volte la stringente necessità, e l' evidente vantaggio della Chiesa Cattedrale, o del Monastero ricerchi che si dia un Coadjutore al Prelato, questi non prima si dia colla futura successione, di quellochè questa causa sia stata diligentemente conosciuta dal Santissimo Romano Pontefice, e sia certo che in questo concorrano tutte le qualità, le quali si ricercano dal diritto, e dai decreti di questo Santo Concilio nei Vescovi, e Prelati; altrimenti le conces-

(a) c. Plerique, & cap. Apost. 8. quæst. 1. cap. Ex transmissa, & cap. Ad extirpandas successiones, de fil. præs. a cap. Quia clericis, & cap. Cum nos de jur. patr. cap. Ad hæc, de dec. Conc. Rom. tempore Hilarii, cap. 4, & Later. 2. cap. 16.
(b) Vide constit. S. Pii V. *Romani* 1571.
(c) Sup. Sess. 21. de ref. cap. 6. Scripsit, & cap. Quamvis, 7. quæst. 1.
(d) Sup. Sess. 7. de ref. cap. 1, & 3. Sess. 22. de ref. cap. 2.

sioni fatte sopra di ciò si giudichino essere surrettizie.

CAPO VIII.

Il dovere degli Amministratori degli spedali: la loro negligenza da chi, e in qual modo s' abbia a reprimere.

AVvisa il Santo Concilio tutti quei che ottengono benefizj Ecclesiastici secolari, o regolari, che per quanto sarà permesso dai loro proventi, prontamente, e benignamente si assuefacciano ad esercitare l' uffizio dell' ospitalità, frequentemente raccomandato dai Padri; ricordevoli che quelli, che amano l' ospitalità, ricevono Cristo negli ospiti. A quelli poi, i quali ottengono i così detti comunemente ospedali, o altri pii luoghi principalmente istituiti a uso de' pellegrini, infermi, vecchj, e poveri, in Commenda, amministrazione, o qualsivoglia titolo, od uniti anche alle loro Chiese, o se le Chiese Parrocchiali per avventura sieno unite agli ospedali, o erette in ospedali, e concesse in amministrazione ai loro patroni; del tutto comanda che amministrino il peso, ed uffizio loro imposto, e attualmente esercitino l' ospitalità che devono coi frutti a tal oggetto assegnati, giusta la Costituzione del Concilio di Vienna, rinnovata altre volte in questo medesimo Concilio sotto Paolo III. di felice memoria, che incomincia: Quia contingit. *Che se tali ospedali saranno stati costituiti per ricevere un certo*

decretis & hujus Sanctæ Synodi in Episcopis, & Prælatis requiruntur; alias concessiones super his factæ, subreptitiæ esse censeantur.

CAPUT VIII.

Administratorum hospitalium munus: eorum negligentia a quibus, & qua ratione coercenda.

ADmonet Sancta Synodus quoscumque ecclesiastica beneficia sæcularia, seu regularia obtinentes, (*a*) ut hospitalitatis officium a sanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum proventus licebit, prompte, benigneque exercere assuescant; memores, eos, qui hospitalitatem amant, (*b*) Christum in hospitibus recipere. Illis vero, qui hospitalia vulgò nuncupata, seu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve usum præcipue instituta, in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam ecclesiis suis unita, obtinent; vel si ecclesiæ parochiales hospitalibus forte unitæ, aut in hospitalia erectæ, earumque patronis in administrationem concessæ sint; præcipit omnino, ut impositum illis onus, officiumque administrent, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, (*c*) juxta Constitutionem Concilii Viennensis, alias in hac eadem Synodo sub felicis recordationis Paulo III. innovatam, quæ incipit: (*d*)

(*a*) §. 1, & c. Quiescamus, 41. Dist. cap. Archidiaconum, 85. Distin. cap. Mos est, 12. quæst. 2. cap. Quoniam 16. quæst. 1.
(*b*) Matth. 25. (*c*) Supra Sess. 7. cap. ult. (*d*) Vide Infr. XVII.

Quia contingit. Quod si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta, nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur: mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore utilior, convertantur; prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter forte, etiam in hunc eventum, in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu, quod ordinatum fuit, observari curet Episcopus, aut si id non possit, ipse prout supra, utiliter provideat. Itaque si prædicti omnes, & singuli, cujuscumque Ordinis, & religionis, & dignitatis, etiam si laici fuerint, qui administrationem hospitalium habent, non tamen regularibus subjecti, ubi viget regularis observantia, ab Ordinario moniti hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, necessariis, reipsa obire cessaverint, non solum per ecclesiasticas censuras & alia juris remedia ad id compelli possint: sed etiam hospitalis ipsius administratione, curave perpetuo privari possint, aliique eorum loco ab iis, ad quos spectabit, substituantur. Et prædicti nihilominus etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur, in foro conscientiæ

genere di pellegrini, o d'infermi, o di altre persone, nè simili persone, o pochissime si ritrovino nel luogo, dove sono i detti ospedali; commette ancora, che i loro frutti si convertano in altro pio uso, il quale sia il più vicino alla loro istituzione, e il più utile secondo il luogo, ed il tempo, come all'Ordinario con due del Capitolo, i quali siano più periti dell'uso delle cose, da eleggersi dallo stesso, sembrerà esser più vantaggioso: se per avventura diversamente, anche riguardo a questo non sia stato espresso nella loro fondazione, od istituzione: nel qual caso procuri il Vescovo che si osservi, ciò ch'è stato ordinato; o se ciò non si possa, lo stesso vi provveda utilmente, come di sopra. Pertanto se tutti e ciascheduno dei predetti di qualsisia Ordine, e religione, e dignità, anche se siano laici, i quali hanno l'amministrazione degli ospedali, non però soggetti ai regolari, dove fiorisce l'osservanza regolare, avvisati dall'Ordinario, cessano di eseguire realmente l'uffizio dell'ospitalità, adoperate tutte le cose necessarie, alle quali sono tenuti, non solamente per mezzo delle censure Ecclesiastiche, ed altri rimedj del diritto, possano a ciò esser costretti; ma possano anche privarsi dell'amministrazione e cura dello stesso ospedale perpetuamente, e siano in loro luogo sostituiti altri da quelli, ai quali apparterrà. Ed i predetti non ostante siano tenuti nel foro della coscienza, anche alla restituzione dei frutti i quali riceverono contro l'istituzione degli stessi ospedali, che per nessuna remissione, e componimento venga loro rilasciata; nè l'amministrazione o governo di simili luoghi si commetta in avvenire

ad una sola medesima persona oltre un triennio, se altrimenti non si ritrovi prescritto nella fondazione; ad onta, riguardo tutte le sopraddette cose, di qualsivoglia unione, esenzione, e consuetudine in contrario, anche immemorabile, o di privilegj, o indulti di qualunque sorta.

teneantur: nec administratio, seu gubernatio hujusmodi locorum uni, & eidem personæ ultra triennium deinceps committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obstante, quoad omnia supradicta, quacumque unione, exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu privilegiis, aut indultis quibuscumque.

CAPO IX.

Come s'abbia a provare il diritto di patronato: a chi s'abbia a deferire l'uffizio di patroni. Son vietate le accessioni: da chi non si acquisti questo diritto.

SIccome non è giusto di togliere i diritti legittimi de' patronati, e di violare le pie volontà de' fedeli, nella loro istituzione; così pure non si deve permettere, che con questo pretesto si riducano in servitù i benefizj Ecclesiastici, lochè da molti sfacciatamente si fa. Perchè in tutto dunque si osservi il dovuto riguardo, ordina il Santo Concilio che il titolo del gius-patronato nasca dalla fondazione, o dotazione, il quale si dimostri con autentico documento, e con altre cose richieste dal diritto; oppure con moltiplicate presentazioni per un antichissimo corso di tempo, il quale passi la memoria degli uomini, o in altro modo secondo la disposizione del gius. In quelle persone poi, o Comunità, od Università, nelle quali il più delle volte questo diritto suole presumersi per lo più acquistato piuttosto per usurpazione, si ricerchi

CAPUT IX.

Quomodo probandum juspatronatus: cui deferendum munus patronorum: accessiones vetitæ: quibus id juris non acquiratur.

SIcuti legitima patronatuum jura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare, æquum non est; sic etiam, ut hoc colore beneficia ecclesiastica in servitutem, quod a multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum. Ut igitur debita in omnibus ratio observetur, decernit Sancta Synodus, ut titulus jurispatronatus sit ex (*a*) fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & aliis jure requisitis ostendatur; sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasve, secundum juris dispositionem. In iis vero personis, seu Communitatibus, vel Universitatibus, in quibus ad jus plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi solet,

(*a*) Supr. Sess. 14. de reformat. cap. 12. c. Piæ mentis, & seq. 16. quæst. 7. cap. de Nobis, jur. patr.

plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes, etiam continuatæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur. Reliqui patronatus omnes in beneficiis, tam sæcularibus, quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque aliis beneficiis in cathedrali, vel collegiata ecclesia, seu facultates, & privilegia concessa, tam in vim patronatus, quam alio quocumque jure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus super cathedralibus ecclesiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes, jura Imperii in dominiis suis habentes, pertinent; & (*a*) quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt, in totum prorsus abrogata, & irrita, cum quasi possessione inde secuta intelligantur. Beneficiaque hujusmodi tanquam libera, a suis collatoribus conferantur; ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur. (*b*) Ad hæc liceat Episcopo, præsentatos a patronis, si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen juxta alias statuta ab hac Sancta Synodo examinentur: alioquin in-

una più compiuta ed esatta pruova per dimostrare il vero titolo: nè la prova d' un tempo immemorabile sia loro di giovamento, se prima, oltre le altre cose a quella necessarie, non si provino anche con autentiche scritture le presentazioni continuate per lo spazio almeno di cinquant' anni, le quali tutte abbiano sortito il loro effetto. Tutti gli altri Patronati ne' benefizj tanto Secolari, quanto Regolari, o Parrocchiali, o dignità, o qualsivogliano altri benefizj nella Chiesa Cattedrale, o Collegiata; o le facoltà, e privilegj concessi tanto in virtù di patronato, quanto per qualsivoglia altro gius di nominare, di eleggere, di presentare ad essi, quando vacano, eccettuati i patronati competenti sopra le Chiese Cattedrali, ed eccettuati gli altri, i quali appartengono all' Imperatore, ed ai Re, o a quelli che possiedono regni, ed altri Principi ragguardevoli, e supremi, che hanno diritti d' Imperio ne' loro dominj; e quelli, i quali sono stati concessi in favore degli studj generali, s' intendano del tutto nulli e vani affatto, col quasi possesso indi seguito; e tali benefizj, come liberi, si conferiscano dai proprj collatori; e le provigioni di questo genere conseguiscano il pieno effetto. Oltre di ciò sia lecito al Vescovo di scacciare i presentati dai patroni, se non sieno capaci. Che se l' istituzione appartenga agl' inferiori, sieno esaminati però dal Vescovo, giusta gli Statuti altre volte fatti da questo santo Concilio, altrimenti l' istituzione fatta dagl' inferiori sia nulla e vana. I patroni poi de' benefizj di qual-

(*a*) Supra Sess. 4. cap. 19. de ref.

(*b*) Supra Sess. 14. de ref. c. 13, & Sess. 24. de ref. cap. 18.

sivoglia Ordine, e dignità, anche se siano Comunità, Università, Collegj qualsivogliano di cherici, o di laici nella percezione de' frutti, proventi, rendite di qualsivogliano benefizj, anche se veramente fossero di gius-patronato degli stessi per fondazione, e dote, in nessuna maniera, e per nessuna causa, od occasione s' ingeriscano; ma ne lascino la distribuzione liberamente al Rettore, o Benefiziato, ad onta pure di qualsivoglia consuetudine. Nè presumano di trasferire il detto gius-patronato in altri per titolo di vendita, o per qualunque altro, contro i canonici decreti; se diversamente faranno, siano soggetti alle pene della scomunica, e dell' interdetto; e sieno privati per diritto istesso del detto gius-patronato. Inoltre le accessioni fatte per mezzo di unione di benefizj liberi, a Chiese soggette al gius-patronato anche di Laici, tanto a Parrocchiali, quanto a qualisivogliano altri benefizj, anche semplici, o dignità, o spedali, cosicchè i predetti benefizj liberi divengano della medesima natura con quelli, co' quali s' uniscono, e si pongano sotto il gius-patronato; queste accessioni, dico, se non hanno peranco sortito l' intiero effetto, o di poi si faranno ad istanza di qualsivoglia, per qualunque autorità, anche Apostolica sieno state concesse, s' intendano ottenute insieme con le unioni istesse surrettiziamente; nonostante qualunque formula di parole in esse, o derogazione, la quale si abbia per espressa; nè si mandino più ad esecuzione, ma i benefizj stessi uniti quando vacheranno, si conferi-

stitutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis. Patroni autem beneficiorum, cujuscumque Ordinis, & dignitatis, etiam si Communitates, Universitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel laicorum existant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quorumcumque beneficiorum, etiam si vere de jure patronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, (*a*) nullatenus, nullave causa, vel occasione se ingerant; sed illos libere Rectori, seu beneficiato, non obstante etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant. Nec dictum jus patronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios (*b*) contra canonicas sanctiones transferre præsumant: si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subjiciantur, & dicto jure patronatus ipso jure privati existant. Insuper accessiones, per viam unionis factæ de beneficiis liberis, ad ecclesias jurispatronatui, etiam laicorum, subjectas, tam ad parochiales, quam ad alia quæcumque beneficia, etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ita ut prædicta beneficia libera ejusdem naturæ cum iis, quibuscumque uniuntur, efficiantur, atque sub jure patronatus constituantur; hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum, vel deinceps ad cujusvis instantiam fient, quacumque auctoritate, etiam Apostolica, concessæ fuerint, simul cum unionibus ipsis, per subreptionem obtentæ intelligantur: non obstante

(*a*) c. unic. ut Eccl. benef. sine dimin. conf.

(*b*) c. Quia clerici, & cap. de jur. patr.

quacumque in iis verborum forma, seu derogatione, quæ habeatur pro expressa; nec executioni amplius demandentur; sed beneficia ipsa unita, cum vacaverint, libere, ut antea, conferantur. (*a*) Quæ vero a quadraginta annis citra factæ, effectum, & plenam incorporationem sunt consecutæ; hæ nihilominus ab Ordinariis, tamquam a Sede Apostolica delegatis, revideantur, & examinentur: ac quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cum unionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipsa separentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in ecclesiis, & quibuscumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquisiti a quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi seu ex augmento dotis, seu ex nova constructione, vel alia simili causa, etiam auctoritate Sedis Apostolicæ, ab iisdem Ordinariis, ut delegatis, ut supra, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter cognoscantur; & quos non repererint ob maxime evidentem ecclesiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, in totum revocent; atque beneficia hujusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum est, in pristinum libertatis statum reducant: non obstantibus privilegiis, constitutionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

scano liberamente, come per lo innanzi. Quelle accessioni poi che fatte da 40. anni in quà l' effetto conseguirono, e la piena incorporazione; queste nonostante si rivedano, e si esaminino dagli Ordinarj, come delegati dalla Sede Apostolica: e quelle, le quali saranno state ottenute per frode, o inganno si dichiarino nulle insieme colle unioni, e si separino i benefizj stessi, e si conferiscano ad altri. Similmente sieno riconosciuti con diligenza i patronati tutti nelle Chiese, ed in qualsisiano altri benefizj, anche dignità per lo innanzi libere, acquistati da 40. anni in quà, e da acquistarsi in avvenire, o per nuova costruzione, o per altra simile causa, anche per autorità della Sede Apostolica, dai medesimi Ordinarj come delegati, come sopra, i quali non vengano da alcuno impediti in quelle facoltà, o privilegj: e quelli, i quali non ritroveranno essere stati legittimamente costituiti per una molto evidente necessità della Chiesa, o del benefizio, o della dignità, li rivochino intieramente; e tali benefizj senza danno di que' che li posseggono, e restituito ai patroni quello che per questo è stato dato da loro, li riducano nel primiero stato di libertà: ad onta de' privilegj, costituzioni, e consuetudini, anche immemorabili.

(*a*) Supra Sess. 7. de reform. cap. 6.

CAPO X.

S' hanno ad assegnare dal Sinodo i Giudici, i quali sieno delegati dalla Sede Apostolica, dai quali, come anche dagli Ordinarj, debbonsi brevemente terminare le cause.

Poichè pel malizioso suggerimento di quei che dimandano, e alle volte per la distanza dei luoghi, non si può avere pienamente notizia delle persone, alle quali si commettono le cause, e quindi le cause in partibus *si delegano alle volte a giudici non interamente capaci; ordina il Santo Concilio che in ciaschedun Sinodo Provinciale, o Diocesano si stabiliscano alcune persone, le quali abbiano qualità, giusta la costituzione di Bonifazio VIII. che incomincia:* Statutum, *e sieno per altro a ciò atte, acciocchè oltre gli Ordinarj dei luoghi, ad essi pure in avvenire si commettano le cause da delegarsi in* partibus *Ecclesiastiche, e spirituali, e appartenenti al foro Ecclesiastico. E se intanto succederà che alcuno dei destinati muoja, l'Ordinario del luogo costituisca un altro col consiglio del Capitolo nel di lui luogo fino al futuro Concilio Provinciale, o Diocesano; cosicchè ciascuna Diocesi abbia almeno quattro, od anche più persone approvate, e come sopra, qualificate, alle quali si commettano tali cause da qualsivoglia Legato, o Nunzio, ed anche dalla Sede Apostolica; altrimenti dopo l'assegnazione fatta, la quale i Vescovi tosto trasmettano al Sommo Romano Pontefice, tutte le altre delegazioni di altri giudici fatte ad altri, fuori che a*

CAPUT X.

Judices a Synodo designandi, qui delegentur a Sede Apostolica, a quibus, & Ordinariis causæ breviter terminandæ.

Quoniam ob malitiosam petentium suggestionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, personarum notitia, quibus causæ mandantur, usque adeo haberi non potest: hincque interdum judicibus, non undequaque idoneis, causæ in partibus delegantur, statuit Sancta Synodus, in singulis Conciliis provincialibus, aut diœcesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant, (*a*) juxta Constitutionem Bonifacii VIII. quæ incipit: *Statutum*, & alioquin ad id aptas designari, ut præter Ordinarios locorum, iis etiam posthac causæ ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. Et si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram provincialem aut Diœcesanam Synodum; ita ut habeat quæque diœcesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac ut supra qualificatas, quibus hujusmodi causæ a quolibet Legato, vel Nuntio, atque etiam a Sede Apostolica committantur; alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad Summum Romanum Pontificem

(*a*) Vide infra XXXIX.

transmittant; delegationes quæcumque aliorum judicium aliis, quam his factæ, subreptitiæ censeantur. Admonet dehinc Sancta Synodus tam Ordinarios, quam alios quoscumque judices, (a) ut terminandis causis, quanta fieri poterit brevitate, studeant; ac litigatorum artibus seu in litis contestatione, seu alia parte judicii differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

questi, si giudichino surrettizie. Avvisa di poi il Santo Concilio tanto gli Ordinarj, quanto gli altri giudici di qualunque sorta, che procurino di terminar le cause con la maggiore possibile brevità, e col prefiggere il termine in tutti i modi, o con altra competente maniera s' oppongano agli artifizj de' litiganti nel differire o la contestazione della lite, o altra parte del giudizio.

CAPUT XI.

Variæ locationes bonorum ecclesiasticorum prohibentur, quædam factæ irritantur.

MAgnam Ecclesiis perniciem afferre solet, cum earum bona, repræsentata pecunia, in successorum præjudicium aliis locuntur: omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fiant, (b) nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur: quocumque indulto, aut privilegio non obstante: nec hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur: (c) Non liceat etiam jurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi vicarios in spiritualibus locare: nec conductoribus per se, aut alios ea exercere; aliterque concessiones, etiam a Sede Apostolica factæ, subreptitiæ censeantur. (d) Loca-

CAPO XI.

Si proibiscono varie affittanze de' beni ecclesiastici; alcune fatte s' annullano.

SUole recare un gran pregiudizio alle Chiese, quando i beni di quelle, sborsato il danaro, si affittano ad altri in pregiudizio dei successori. Tutte queste affittanze dunque, se si facciano cogli anticipati pagamenti, non s' intendano in alcuna maniera valide in pregiudizio de' successori, nonostante qualunque indulto, o privilegio; nè tali affittanze si confermino nella Curia Romana, o fuori di essa. Non sia lecito pure di affittare le giurisdizioni Ecclesiastiche, o le facoltà di nominare, o deputare Vicarj in spiritualibus; *nè a quei che li prendono in affitto di esercitarle da per sè, o per altri; e le concessioni fatte diversamente, anche dalla Sede Apostolica, si giudichino surrettizie. Il Santo Concilio poi di-*

(a) Sup. Sess. 24. de ref. c. 10. c. Finem litibus, & c. fin. de dol. & contum. c. 2 de re jud. & cap. Constituti, de procur.
(b) c. De precariis, 10. quæst. 2, & c. de precariis.
(c) c. 1, & 2. Ne Prælati vices suas.
(d) Extrav. Ambitiosæ, de reb. Eccl. non alien.

chiara nulle le affittanze delle cose Ecclesiastiche, confermate anche coll' autorità Apostolica, le quali da 30. anni in quà, fatte a lungo tempo o come dicono in alcune parti, ad anni 29, o a cinquant' otto; il Concilio Provinciale, od i deputati da quello, giudicheranno essere state contratte in danno della Chiesa, e contro i Canonici decreti.

tiones vero rerum ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, Sancta Synodus irritas decernit, quas a triginta annis circa, ad longum tempus, seu ut in nonnullis partibus, ad viginti novem, seu bis viginti novem annos vocant, factas: Synodus provincialis, vel deputandi ab ea, in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse judicabunt.

CAPO XII.

Le decime s' hanno a pagare interamente: si devono scomunicare quei che le sottraggono. S' hanno a soccorrere piamente i Rettori delle Chiese povere.

NOn si devono tollerare coloro, i quali con varie arti cercano di sottrarre le decime, che vanno alle Chiese, o coloro, i quali occupano quelle che da altri si devono pagare, e le fanno sue; mentre la soluzione delle decime è dovuta a Dio: e quelli, i quali non vogliono darle, o impediscono que' che le danno, invadono le cose altrui. Comanda dunque il Santo Concilio a tutti, di qualsivoglia grado, o condizione siano, ai quali spetta la soluzione delle decime, che intieramente paghino in avvenire quelle, alle quali sono per diritto obbligati alla Cattedrale, o ad altre Chiese, o persone, alle quali legittimamente si devono. Que'

CAPUT XII.

Decimæ integre persolvendæ: eas subtrahentes excommunicandi. Rectoribus Ecclesiarum tenuium pie subveniendum.

(a) NON sunt ferendi, qui variis artibus decimas, ecclesiis obvenientes, subtrahere moliuntur: aut qui ab aliis solvendas temere occupant, & in rem suam vertunt: (*b*) cum decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt. Præcipit igitur Sancta Synodus omnibus, cujuscumque gradus, & conditiones sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, imposterum cathedrali, aut quibuscumque aliis ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, integre persolvant. (*c*) Qui vero eas aut sub-

(*a*) Conc. Matiscon. 2. c. 5, & Ticin. sub Leone IV. vers. *In Sacris*.
(*b*) Exod. 22, 23. Levit. 27. Num. 18. Tob. 1. Malac. 3. cap. Ecclesias. §. His ita, 13. quæst. 1. cap. Decimas, 16. quæst. 2. cap. Decimas, cum seqq. 16. quæst. 7. cap. Parochianos, c. Ex transmissa, & c. Tua, de decim.
(c) cap. Omnes decimas, 16. quæst. 7. cap. Pervenit cap. Non est, cap. Tua, & cap. In aliquibus, de decim. Clem. I. eod. titul.

trahunt, aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvantur. Hortatur dehinc omnes, & singulos pro Christiana charitate, debitoque erga Pastores suos munere, ut de bonis sibi a Deo collatis, Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsunt ecclesiis, large subvenire ad Dei laudem, atque ad pastorum suorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam, non graventur.

poi, i quali o le sottraggono, o le impediscono, siano scomunicati, nè si assolvano da tal delitto, se non seguita la intiera restituzione. Esorta poi tutti, e ciascuno, secondo la cristiana carità, e per uffizio dovuto verso i suoi Pastori, che dei beni da Dio loro conferiti non ricusino di sovvenire largamente i Vescovi, e Parrochi, i quali presiedono a Chiese povere, per sostenere la lode di Dio, e la dignità dei proprj Pastori, che per essi invigilano.

CAPUT XIII.

Quartam funeralium Cathedrales, vel Parochiales Ecclesiæ recipiant.

DEcernit Sancta Synodus, ut quibuscumque in locis jam ante annos quadraginta, (a) Quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali, aut Parochiali ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit, ex quocumque privilegio, aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscumque locis piis concessa, eadem posthac integro jure, & eadem portione, quæ antea solebat, cathedrali, seu Parochiali ecclesiæ persolvatur: non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuscumque.

CAPO XIII.

Le Chiese Cattedrali, o Parrocchiali ricevano la quarta parte de' Funerali.

ORdina il santo Concilio, che in tutti i luoghi, dove già innanzi anni 40. era solito pagarsi la quarta, che dei funerali si chiama, alla Chiesa Cattedrale, o Parrocchiale, e dopo sia stata concessa ad altri monasteri, ospedali, o ad altri luoghi per qualsivoglia privilegio, la medesima in avvenire con pieno diritto, e colla medesima porzione, che per lo innanzi si soleva, si paghi alla Chiesa Cattedrale, o Parrocchiale; ad onta delle concessioni, grazie, privilegj anche Mari magno *chiamate, o altre di qualsivoglia sorta.*

(a) De sepult. extra in 6, & in Clem.

CAPO XIV.

Si prescrive la maniera di procedere nelle cause de' Cherici concubinarj.

Quanto turpe, e indegna cosa sia del nome de' cherici, i quali si consacrarono al culto divino, l' immergersi nelle sordidezze dell' impudicizia, e nel disonesto concubinato, lo attesta abbastanza la cosa stessa, con comune offesa di tutti i fedeli, e con gran disonore della milizia chericale. Acciocchè dunque i ministri della Chiesa si richiamino a quella continenza, e integrità di vita, che conviene; ed il popolo quindi impari a tanto più rispettarli, quanto più onesti gli scorgerà nella vita; il santo Concilio proibisce a tutti i cherici, che non abbiano ardire di trattener concubine, od altre donne, delle quali possa aversi sospetto, in casa, o fuori, o di aver con quelle alcuna dimestichezza; altrimenti siano puniti colle pene imposte da' Sacri Canoni, o dagli Statuti delle Chiese. Che se avvisati dai Superiori, non si asterranno da quelle, siano sul fatto stesso privi della terza parte dei frutti, delle rendite, ed entrate de' loro benefizj, e pensioni di qualunque sorta, la quale si applichi alla fabbrica della Chiesa, o ad un altro pio luogo ad arbitrio del Vescovo. Se poi perseverando nel medesimo delitto colla medesima, o altra donna, non obbediranno neppure al secondo avviso; non solamente im-

CAPUT XIV.

Praescribitur ratio procedendi in causis Clericorum concubinariorum.

Quam turpe, ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum in impudicitiae sordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque Clericalis militiae dedecore, testatur. (*a*) Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitae integritatem ministri ecclesiae revocentur, populusque hinc eos magis discat revereri, quo illos vita honestiores cognoverit: prohibet Sancta Synodus quibuscumque Clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant, alioquin poenis a sacris Canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis, puniantur. Quod si a Superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum, (*b*) ipso facto sint privati, quae fabricae ecclesiae, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicetur. Si vero in delicto eodem cum eadem, vel alia femina perseverantes, secundae monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes,

(*a*) Sup. Sess. 24. cap. 8. de refor. Conc. Carthag. 3. cap. 17. Nicaenum 3. Matiscon. 1. cap. 1. Arelat. 2. cap. 3. Tolet. 2. cap. 3. Braccar. 1. cap. 15. Turon. 2. cap. 10, 11, & 12, & Moguntiacum temp. Arnulphi, cap. 10, & 19. cap. Interdixit. 32. Dist. cap. Cum omnibus, cap. Volumus, & cap. Foeminas, 81. Dist. 1. cap. cum multis seqq. de cohab. cler. & mulier.

(*b*) Concil. Lateran. 2. cap. 6.

ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur; sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione, quoad Ordinarius, etiam uti Sedis Apostolicæ delegatus, arbitrabitur, suspendantur: & si ita suspensi, nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & pensionibus, quibuscumque ecclesiasticis perpetuo priventur, atque inhabiles, ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis imposterum reddantur; donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum Superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint, præter prædictas pœnas (*a*), excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, aut suspendat; supradictorumque omnium cognitio, non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat; qui sine strepitu, & figura judicii, & sola facti veritate inspecta, procedere possint. Clerici vero beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes, (*b*) juxta delicti, & contumaciæ perseverantiam, & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate

mantinenti perdano tutti i frutti, e proventi de' loro benefizj, e le pensioni, i quali si applichino ai predetti luoghi, ma ancora siano sospesi dall' amministrazione dei benefizj stessi, fino a tanto che l'Ordinario, anche come delegato della Sede Apostolica, giudicherà; e se così sospesi nulladimeno non le scacciano, e ancora con quelle si trattengano, allora siano perpetuamente privati dei benefizj, o porzioni, o uffizj, e pensioni qualisisiano Ecclesiastiche, e in avvenire si rendano inabili, e indegni di qualisisiano onori, dignità, benefizj, e uffizj; finattantochè dopo una manifesta emendazione di vita sembri, che dai loro Superiori s' abbia a dispensare con essi con ragione. Ma se dopo che una volta le avranno licenziate, avranno l' ardire di ripigliare l' interrotta dimestichezza, o in altro modo riassumere tali scandalose donne; oltre le predette pene siano puniti colla spada della scomunica. Nè qualsivoglia appellazione, od esenzione impedisca, o sospenda la predetta esecuzione; e la cognizione di tutte le predette cose appartenga, non agli Arcidiaconi, nè ai Decani, o ad altri inferiori, ma ai Vescovi stessi, i quali possano procedere senza tumulto, e figura di giudizio, e conosciuta la sola verità del fatto. I cherici poi, che non hanno benefizj ecclesiastici, o pensioni, si puniscano a norma della perseveranza, e qualità del delitto, e della contumacia, dallo stesso Vescovo colla pena della prigione, sospensione dall' ordine, e inabilità ad ottenere benefizj, o con

(*a*) Cap. 2. cum seqq. de cohabit. cler. & mult. cap. Si concubinæ, de sent. excom. Conc. Aurel. 3. cap. 4.

(*b*) Sup. c. 6. Concil. Tolet. & cap. 41. Tolet. 8. quæst. 4, & cap. 6. Si autem, de coh. cler. & mulier.

altre maniere, conforme i sacri Canoni. I Vescovi pure (che Dio non voglia) se non si asterranno da un tale delitto, e avvisati dal Concilio Provinciale non si emenderanno, siano sospesi ipso facto; *e se persevereranno, siano denunciati dal medesimo Concilio al Santissimo Romano Pontefice, il quale secondo la qualità della colpa li castighi, anche colla privazione, se sarà d'uopo.*

ad beneficia obtinenda, aliisve modis, juxta sacros Canones, puniantur. Episcopi quoque, quod absit, si ab hujusmodi crimine non abstinuerint, & a Synodo provinciali admoniti, se non emendaverint; (a) ipso facto sint suspensi, & si perseveraverint, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, (b) etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat.

CAPO XV.

I figliuoli illegittimi dei cherici s'hanno a tener lontani da certi benefizj.

PErchè la memoria della paterna incontinenza si tenga lontanissima dai luoghi consecrati a Dio, ai quali conviene spezialmente la purità e santità; non sia lecito a' figliuoli de' cherici, i quali non sono nati di legittimo matrimonio, ottenere qualsivoglia benefizio, anche dissimile, nelle Chiese, dove i loro padri hanno, od ebbero qualche benefizio ecclesiastico, nè in alcuna maniera amministrare nelle dette Chiese, nè avere le pensioni sopra i frutti dei benefizj, che i loro genitori ottengono od altre volte hanno ottenuto. Che se presentemente il padre, e il figliuolo si ritrovino d'ottenere benefizj nella medesima Chiesa, sia costretto il figliuolo di rinunciare il suo benefizio, o permutarlo con un altro fuo-

CAPUT XV.

Filii clericorum illegitimi a quibusdam beneficiis arcendi.

UT (c) paternæ incontinentiæ memoria a locis Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decet, longissime arceatur; non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque, etiam dissimile beneficium obtinere, (d) nec in dictis ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. (e) Quod si in præsenti pater, & filius in eadem ecclesia beneficia obtinere reperiantur; cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio

(a) cap. Quorumdam 34. Dist. & c. Si quispiam, 81. Dist. Conc. Aurel. 5. cap. 3.
(b) cap. Presbyt. & cap. Si quis amodo, Dist. 81.
(c) Concil. 9. Tol. 1. cap. 10. cap. Proposuisti, Dist. 82. cap. Cum mult. 16. quæst. 8.
(d) Concil. 2. Later. cap. 21.
(e) cap. 2, & fere per totum de fil. presbyt.

permutare extra ecclesiam intra trium mensium spatium; alias ipso jure eo privatus existat, & super iis quæcumque dispensatio subreptitia censeatur. Ad hæc, reciprocæ resignationes, si quæ posthac a parentibus Clericis in favorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium consequatur, in fraudem hujus decreti, & canonicarum Sanctionum factæ omnino censeantur; nec collationes secutæ, vigore hujusmodi resignationum, seu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis Clericorum filiis suffragentur.

ri della Chiesa, fra lo spazio di trè mesi, altrimenti ne rimanga privo per diritto istesso, e qualunque dispensa sopra ciò si giudichi surrettizia. Inoltre le reciproche rinuncie, se in avvenire se ne facciano dai genitori cherici in favore dei figliuoli, che l'uno conseguisca il benefizio d'un altro, si stimino fatte del tutto in frode di questo decreto, e delle canoniche costituzioni: nè le collazioni seguite in virtù di tali rinunzie, o di altre qualisivogliano, le quali siano state fatte fraudolentemente, siano di giovamento ai figliuoli stessi de' cherici.

CAPUT XVI.

Beneficia curata non convertantur in simplicia: ei, in quem translata fuerit cura animarum, assignetur congrua portio. Vicaria cessent, cura ad titulos revocata.

STatuit Sancta Synodus, ut Ecclesiastica beneficia sæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum institutione, aut aliter quomodocumque retinent; illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non convertantur: non obstantibus quibuscumque gratiis, quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ. In iis vero, in quibus contra earum institutionem, seu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata est, etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si

CAPO XVI.

I benefizj curati non si convertano in semplici. Si assegni una congrua porzione a quello, nel quale si sarà trasferita la cura d'anime. Le Vicarie cessino, essendo ridotta a titoli la cura.

STabilisce il Santo Concilio, che i benefizj ecclesiastici secolari con qualsivoglia nome si chiamino, i quali ritengono la cura dell'anime per la prima loro istituzione, o per qualsivoglia altro modo, in avvenire non si convertano in benefizio semplice, anche assegnata al Vicario perpetuo la congrua porzione; ad onta di qualsivogliano grazie, le quali non hanno conseguito il loro pieno effetto. In quelli poi, ne' quali contro la loro istituzione, o fondazione, la cura dell'anime è stata trasferita in un Vicario perpetuo, avvegnachè in questo stato si ritrovino da tempo immemorabile, se la congrua porzione dei

frutti non sarà stata assegnata al Vicario della Chiesa, con qualsivoglia nome questo si chiami, essa si assegni quanto prima, o almeno dentro un anno dal fine del presente Concilio, ad arbitrio dell'Ordinario, giusta la forma del decreto sotto Paolo III. di felice memoria. Che se ciò non possa comodamente farsi, o non sarà stato fatto dentro del detto termine; quando per la prima volta per mezzo della cessione, o morte del Vicario, o del Rettore, o in qualsivoglia maniera vacherà uno di quelli, il benefizio riceva la cura dell'anime, e il nome di Vicario cessi, e si restituisca nell'antico stato.

(a) congrua portio fructuum Vicario Ecclesiæ, quocumque nomine is appelletur, non fuerit assignata, ea quam primum, & ad minus intra annum a fine præsentis Concilii, arbitrio Ordinarii, (b) juxta formam decreti sub fel. record. Paulo III. assignetur. Quod si id commode fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit; cum primum per cessum, vel decessum Vicarii, seu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacaverit, beneficium curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomen cesset, & in antiquum statum restituatur.

CAPO XVII.

I Vescovi sostentino la loro dignità con la gravità de' costumi, nè si diportino indegnamente e vilmente coi Ministri dei Re, coi Regoli, o coi Baroni.

Non può non gravemente dolersi il Santo Concilio, intendendo che alcuni Vescovi dimentichi del loro stato, non leggiermente disonorano la dignità Pontificia, i quali si diportano con una certa indecente sommessione coi ministri dei Re, coi Regoli, e Baroni nella Chiesa, e fuori, e come ministri inferiori dell'altare, troppo indegnamente non solo loro cedono il posto, ma eziandio personalmente li servono. Laonde il Santo Concilio detestando queste, e simili cose, col rinnovare tutti i Sacri Ca-

CAPUT XVII.

Episcopi dignitatem suam morum gravitate commendent, nec cum Regum ministris, Regulis, aut Baronibus indigna demissione se gerant.

NON potest Sancta Synodus non graviter dolere, audiens Episcopos aliquos, sui status (c) oblitos, Pontificiam dignitatem non leviter dehonestare, qui cum Regum ministris, Regulis, & Baronibus in Ecclesia, & extra, indecenti quadam demissione se gerunt, & veluti inferiores ministri altaris, nimis indigne non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inserviunt. Quare hæc, & similia detestans Sancta Synodus, sacros Canones omnes, Con-

(a) Quantitatem portionis declarat S. Pius V. const. *Ad exequendum* 1567.
(b) Supr. Sess. 8. de ref. cap. 7.
(c) Vide Conc. Agath. cap. 23, & Braccar. 1. cap. 24. nec Episc. posteriorem sinunt priori præponi, cap. Quanto de offic. ordin. & supra de Regul. cap. 4.

ciliaque generalia, (a) atque alias Apostolicas sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorem, & gravitatem pertinentes renovando, præcipit, ut ab hujusmodi imposterum Episcopi se abstineant, mandans eisdem, ut tam in Ecclesia, quam foris suum gradum, & Ordinem præ oculis habentes, ubique se Patres, & Pastores esse meminerint; reliquis vero tam Principibus, quam cæteris omnibus, ut eos paterno honore, ac debita reverentia prosequantur.

noni, e Concilj Generali, ed altri Apostolici decreti appartenenti al decoro, e gravità della dignità Vescovile, comanda che in avvenire i Vescovi si astengano da simili cose; commettendo ai medesimi, che tanto nella Chiesa, quanto fuori, avendo il loro grado, ed Ordine innanzi gli occhj, dappertutto si risovvengano d'esser Padri, e Pastori; agli altri poi tanto Principi, che di qualunque altro genere, che con paterno onore, e colla dovuta riverenza li riguardino.

CAPUT XVIII.

Canones adamussim serventur: si quando in eis dispensandum, id valide, mature, & gratis fiat.

SIcuti (b) publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius, evenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi utilitate satisfiat; sic frequentius legem solvere exemplo potius, quam certo personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. (c) Quapropter sciant universi sacratissimos Canones exacte ab omnibus, & quoad ejus fieri poterit, indistincte observandos. Quod si urgens, justaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, (d) cum ali-

CAPO XVIII.

Si osservino i Canoni a puntino. Se talvolta si ha a dispensare in essi, ciò si faccia validamente, maturamente, e gratuitamente.

SIccome è di pubblico bene l'allentar talvolta il vincolo della Legge per soddisfare con maggior pienezza ai casi, e necessità sopravvegnenti per comun vantaggio, così il romper le leggi troppo frequentemente, e condiscendere alle inchieste di chi dimanda più per esempio, che per certa scielta di persone e di cose, non è altro che aprir la porta ad ognuno, perchè possa trasgredire le leggi. Per la qual cosa sappiano tutti, che i sacratissimi Canoni si devono osservare esattamente da tutti, e devonsi osservare, per quanto mai si può, indistintamente. Che se una pressante e giusta causa, e una maggiore

(a) Supra cap. 6. cap. Valentinianus, 52. Distinct. cap. Episc. in Ecclesia, 95. Dist. cap. Quis dubitet, cap. Duo sunt, cum seqq. 96. Distinct. & cap. Sollicitæ, de major. & obed.

(b) c. Requisitis, & c. Dispensat. 1. quæst. 7.

(c) c. Si Romanorum, & cap. Enim vero, 19. Dist. c. Si quis omnem, 1. quæst. 7 cap. 1. de Const. (d) cap. 1. de voto.

utilità ricerchi, che s' abbia a dispensare con alcuni, ciò dovrà concedersi a causa conosciuta, con somma maturità, e gratuitamente da quelli, che hanno il diritto di dispensare; e la dispensa diversamente conceduta dovrà riputarsi surrettizia.

quibus dispensandum esse; id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis a quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, præstandum: aliterque facta dispensatio, subreptitia censeatur.

CAPO XIX.

Si punisce con pene gravissime la monomachia, o sia il duello.

L'uso detestabile dei duelli, introdotto per invenzione del diavolo onde guadagnare colla sanguinosa morte de' corpi anche la rovina dell' anime, si sbandisca affatto dal mondo Cristiano. L'Imperatore, i Re, i Duchi, i Principi, i Marchesi, i Conti, e qualunque altro nome abbiano i padroni temporali, i quali concederanno il luogo al duello nelle loro terre fra i Cristiani, siano immantinente scomunicati, e s' intendano privati della giurisdizione e dominio che ottengono dalla Chiesa della città, del castello, o del luogo, nel quale, o appresso il quale avranno permesso, che si faccia il duello; e se sieno feudali, tosto si acquistino dai padroni diretti. Que' poi, i quali abbiano commesso combattimento, e quelli, i quali si chiamano loro padrini, incorrano la pena della scomunica, e della proscrizione di tutti i loro beni, e della perpetua infamia, e come omicidj debbano punirsi, giusta i sacri Canoni, e se muojono nello stesso combattimento, siano in perpetuo privi dell' ecclesiastica se-

CAPUT XIX.

Monomachia pœnis gravissimis punitur.

DEtestabilis (*a*) duellorum usus, fabricante diabolo, introductus, ut cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine, domini temporales, qui locum ad (*b*) monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac jurisdictione, & dominio civitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur: & si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. (*c*) Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum præscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & ut homicidæ, (*d*) juxta sacros Canones, puniri debeant, & si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura.

(*a*) c. Monomachiam, 2. quæst. 5. cap. 1. de torneam.
(*b*) De ea Nicol. I. Decretorum suorum tit. 12.
(*c*) Bulla Greg. XIII. *Ad tollendum*, 1582. extendit ad duella privata.
(*d*) cap. 2. de cler. pugnat. de duella de torneam. & de homicid. per totum.

Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in jure, quam in facto dederint; (*a*) aut alia quacumque ratione ad id quemquam suaserint; nec non spectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obstante quocumque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili.

poltura. Quelli pure, i quali avranno dato consiglio nella causa del duello tanto nel diritto, quanto nel fatto; o con qualsivoglia altra ragione avranno persuaso a ciò qualcheduno, come pure gli spettatori, siano perpetuamente scomunicati, e maledetti, nonostante qualunque privilegio, o prava consuetudine, anche immemorabile.

CAPUT XX.

Quæ sunt juris Ecclesiasticis Principibus sæcularibus commendantur.

CUpiens Sancta Synodus ecclesiasticam disciplinam in Cristiano populo non solum restitui, sed etiam perpetuo sartam tectam a quibuscumque impedimentis conservari: præter ea quæ de Ecclesiasticis personis constituit, sæculares quoque Principes (*b*) officii sui admonendos esse censuit, confidens eos, ut Catholicos, (*c*) quos Deus sanctæ fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit, jus suum Ecclesiæ restitui non tantum esse concessuros, sed etiam (*d*) subditos suos omnes ad debitam erga Clerum, parochos, & superiores Ordines reverentiam revocaturos: neque permissuros, ut officiales, aut inferiores magistratus Ecclesiæ, & personarum ecclesiasticarum immunitatem, (*e*) Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconside-

CAPO XX.

Si raccomandano ai Principi secolari le cose che sono di diritto Ecclesiastico.

DEsiderando il Santo Concilio, che la disciplina Ecclesiastica non solamente si restituisca nel popolo Cristiano, ma ancora si conservi sana e salva da qualisisiano impedimenti; oltre quelle cose, le quali determinò intorno le persone Ecclesiastiche, stimò pure di avvisare i Principi secolari del loro dovere; confidando ch' essi, come Cattolici, i quali Dio volle che siano i protettori della santa Fede e della Chiesa, non solamente siano per concedere, che venga restituito alla Chiesa il suo diritto, ma anche per richiamare i loro sudditi tutti alla dovuta riverenza verso il Clero, i Parrochi e i Superiori; nè permetteranno che gli uffiziali, ed inferiori Magistrati, per qualche cupidigia, o inconsideratezza violino l' immunità della Chiesa, e delle persone ecclesiastiche stabilita per ordinazion di Dio, e dai canonici decreti; ma insieme cogli stessi Prin-

(*a*) Bulla Clement. VIII. *Illius vices*. 1592. declaratur & extenditur.
(*b*) c. fin. de constit.
(*c*) cap. Boni, 96. Dist. cap. Principes, 23. quæst. 5.
(*d*) cap. Conc. §. Hinc 17. Distinct. c. Quis dubitet. c. Duo sunt, 96. Dist.
(*e*) 1 Mac. 10.

cipi prestino il dovuto rispetto alle sacre Costituzioni dei Sommi Pontefici, e de' Concilj. Ordina pertanto e comanda, doversi osservare esattamente tutti i sacri Canoni, e i Concilj tutti Generali, come pure gli altri Apostolici decreti, emanati in favore delle persone ecclesiastiche, e della libertà ecclesiastica, e contro i di lei violatori, le quali cose tutte rinnova anche col presente decreto. Ed inoltre avvisa l' Imperatore, i Re, le Repubbliche, i Principi, e tutti e ciascheduno di qualsivoglia stato, e dignità siano, che, quanto più largamente sono decorati di beni temporali, e di potestà sopra gli altri, con tanto maggior santità venerino quelle cose, le quali sono del diritto Ecclesiastico, come particolari di Dio, e difese dal di lui patrocinio; nè permettano che vengano danneggiate da Baroni, piccoli Padroni, Rettori, ed altri Padroni temporali, o Magistrati, e specialmente dai ministri degli stessi; ma gastighino severamente coloro, i quali ne impediscono la libertà, immunità, e giurisdizione, ai quali ancora essi stessi servano d' esempio per la pietà, religione, e protezione delle Chiese; imitando i Principi antecessori ottimi, e religiosissimi, i quali non solamente difesero dall' ingiurie altrui; ma accrebbero anche colla loro autorità, e munificenza le cose della Chiesa. E perciò in tal affare ognuno diligentemente faccia il suo dovere, onde possa

ratione aliqua violent, sed una cum ipsis Principibus debitam sacris summorum Pontificum, & Conciliorum constitutionibus observantiam præstent. Decernit itaque & præcipit, (*a*) sacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apostolicas sanctiones, in favorem ecclesiasticarum personarum, libertatis ecclesiasticæ, & contra ejus violatores editas, quæ omnia præsenti etiam decreto innovat, exacte ab omnibus observari debere, prætereaque admonet Imperatorem, Reges, Resp. Principes, & omnes, & singulos, cujuscumque status, & dignitatis extiterint, ut, quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati, eo sanctius quæ ecclesiastici juris sunt, tamquam Dei præcipua, ejusque patrocinio tecta, venerentur; (*b*) nec ab ullis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliisve dominis temporalibus, seu magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum, lædi patiantur, sed severe in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque jurisdictionem impediunt, animadvertant; quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, ecclesiarumque protectionem existant; (*c*) imitantes anteriores optimos, religiosissimosque Principes, qui res Ecclesiæ sua in primis (*d*) auctoritate, &

(*a*) Pii II. Epist. 2.

(*b*) cap. Pervenit, 86. Dist. c. Si quis suadente, 17. quæst. 4. Toto tit. de immun. Ecclesiæ, cap. Quamquam, de censib. in 6. c. Felicis, de pœnit. eodem Conc. Ticinens. vers. *Statuimus*, & vers. *Sancimus*, Concil. Aquisgran. cap. 9. Later. sub Leone X. Sess. 9, & 10.

(*c*) Plurima circa ecclesiar. immunitatem statuit Gregor. XIV. in Bulla *Cum alias* 1590.

(*d*) cap. Valentinian., 63. Distinct. cap. Ecclesiæ, in fin. 97. Distinct. c. Constan. & cap. ult. 96. Distinct.

munificentia auxerunt, nedum ab aliorum injuria vindicarunt. Adeoque ea in re quisque officium suum sedulo præstet, quo cultus divinus devote exerceri, & Prælati, cæterique Clerici (*a*) in residentiis, & officiis suis, quieti, & sine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi permanere valeant.

il culto divino esercitarsi divotamente, ed i Prelati, e gli altri cherici possano rimaner quieti, e senza impedimenti, con frutto, ed edificazione del popolo nelle residenze, ed uffizj.

CAPUT XXI.

In omnibus salva Sedis Apostol. auctoritas maneat.

POstremo Sancta Synodus, omnia, & singula sub quibuscumque clausulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Ecclesiastica disciplina, tam sub felicis recordationis Paulo III. ac Julio III. quam sub Beatissimo Pio IV. Pontificibus Maximis, in hoc (*b*) Sacro Concilio statuta sunt, declarat, ita decreta fuisse, ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur.

CAPO XXI.

In tutto resti salva l'autorità della Sede Apostolica.

FInalmente il santo Concilio dichiara, che tutte, e ciascheduna delle cose sotto qualsivogliano clausule, e parole, le quali sono state stabilite in questo sacro Concilio intorno la riforma dei costumi, e la disciplina Ecclesiastica, tanto sotto Paolo III. e Giulio III. di felice ricordanza, quanto sotto il Beatissimo Pio IV. Pontefici Massimi, furono decretate in maniera, che in tutto sempre sia, e s'intenda essere salva l'autorità della Sede Apostolica.

Decretum de continuanda Sessione in diem sequentem.

Cum ea omnia, quæ in præsenti Sessione tractanda erunt, quia hora tarda est, commode expediri non possint; propterea juxta id, quod in generali Congregatione a Patribus statutum fuit, ea, quæ supersunt, in diem crastinam, hanc eamdem Sessionem continuando, differuntur.

Decreto sopra la continuazione della Sessione nel giorno seguente.

Non essendosi potuto esaurire comodamente tutte quelle cose, le quali si doveano trattare nella presente Sessione, perchè l'ora è tarda; perciò conforme a quel ch'è stato stabilito dai Padri nella Congregazione generale, si differiscono le cose, che restano nel giorno venturo continuando questa medesima Sessione.

(*a*) c. fin. de rebus Eccl. non alien.

(*b*) Supra Sess. 7. de reformat. in princ.

CONTINUAZIONE

Della Sessione, il dì 4. Dicembre.

Decreto sopra le Indulgenze.

Essendo stata da Cristo concessa alla Chiesa la potestà di conferir le Indulgenze, e di questa potestà a se data da Dio, essendosi quella servita anche ne' tempi antichissimi, il santo Concilio insegna, e comanda che si debba ritenere nella Chiesa l'uso delle Indulgenze cotanto salutare al popolo Cristiano, ed approvato dall'autorità de' sacri Concilj, e condanna colla Scomunica quelli, i quali o asseriscono esser inutili, o negano che nella Chiesa vi sia la potestà di concederle; desidera che si adoperi però la moderazione nel concederle, giusta l'antica, ed approvata consuetudine nella Chiesa; acciocchè l'ecclesiastica disciplina non si rilassi per la troppa facilità. Gli abusi poi, che in queste s'introdussero, e per occasione dei quali questo insigne nome delle Indulgenze viene deriso dagli eretici, desiderando che sieno emendati e corretti; col presente decreto generalmente ordina che sieno del tutto aboliti tutti i cattivi guadagni per conseguirle, donde provenne nel popolo Cristiano la causa principal degli abusi. Gli altri poi, i quali derivarono dalla superstizione, dall'ignoranza, dall'irriverenza, o altronde in qualsivoglia ma-

CONTINUATIO

Sessionis die IV. Decembris.

Decretum de Indulgentiis.

Cum (*a*) potestas conferendi Indulgentias a Christo Ecclesiæ concessa sit, atque hujusmodi potestate, divinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit; Sacrosancta Synodus Indulgentiarum usum, Christiano populo maxime salutarem, & sacrorum (*b*) Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, & præcipit; eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant; in his tamen concedendis moderationem, juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit, ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus vero qui in his irrepserunt, & quorum occasione insigne hoc Indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur, emendatos, & correctos cupiens, præsenti decreto generaliter statuit, (*c*) pravos quæstus omnes pro his consequendis, unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Ceteros vero, qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomo-

(*a*) Matth. 16. Joann. 20. cap. Audivimus, & c. Quodcumque ligaverit, 24. qu. 1. cap. Ut Constitueretur, 50. Distinct. cap. Adhuc, de Pœn. Distinct. 3. Toto tit. de Pœn. & remis. extra in 6, & in Clem.

(*b*) Ancyrani, per molta capita, Neocæsar. cap. 3. Niceni 1. cap. 1, & 11 Carth. 4 cap. 75. Agathen. cap. 60. Claremont. sub Urbano II. cap. 2. Later. 1. cap. 11. Lugdun. 2 sub Greg. X. Vienn. sub Clemente V. c. Cum ex eo de pœnit. & remis.

(*c*) Clem. Abusionibus, de pœnit. & remis. Confirmatur Const. S. Pii V. *Et si Dominici* 1567.

documque provenerunt, cum ob multiplices locorum & provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas, commode nequeant specialiter prohiberi, mandat omnibus (*a*) Episcopis, ut diligenter quisque hujusmodi abusus ecclesiæ suæ colligat, eosque in prima Synodo provinciali referat, ut aliorum quoque Episcoporum sententia cognita, statim ad Summum Romanum Pontificem deferantur, cujus auctoritate, & prudentia, quod Universali Ecclesiæ expediet, statuatur: ut ita sanctarum Indulgentiarum munus pie, sancte, & incorrupte omnibus fidelibus dispensetur.

De delectu ciborum, jejuniis, & diebus festis.

Insuper hortatur Sancta Synodus, & per sanctissimum Domini nostri, atque Salvatoris adventum Pastores omnes obtestatur, ut tamquam boni milites illa omnia, quæ sancta Romana Ecclesia, (*b*) omnium Ecclesiarum mater, & magistra, statuit, nec non ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in aliis œcumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulo commendent, omnique diligentia utantur, ut illis omnibus, & iis præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, ut dierum festorum devota, & religiosa cele-

niera, non potendosi per le moltiplicate corruttele de' luoghi, e delle provincie, appresso le quali questi si commettono, comodamente e spezialmente proibire: commette a tutti i Vescovi, che ognuno diligentemente raccolga tali abusi della sua Chiesa, e quelli riferisca nel primo Concilio Provinciale, acciocchè conosciuta ancora la sentenza degli altri Vescovi, tosto ne facciano rapporto al Sommo Romano Pontefice, coll' autorità e prudenza del quale si stabilisca ciò, che torna a conto della Chiesa tutta; perchè così piamente, santamente, e incorrottamente si dispensi a tutti i fedeli il dono delle Sante Indulgenze.

Sulla scelta de' cibi, digiuni, e giorni di Festa.

Inoltre esorta il santo Concilio, e scongiura tutti i Pastori per la venuta del Santissimo Salvatore, Signor nostro, che come buoni soldati raccomandino con tutta premura a cadauno de' fedeli tutte quelle cose, le quali la Santa Romana Chiesa madre, e maestra di tutte le Chiese stabilì; come pure quelle, le quali sono state decretate tanto in questo Concilio, quanto negli altri Ecumenici; e adoprino ogni diligenza, perchè sieno obbedienti a tutte, e spezialmente a quelle, le quali giovano per mortificar la carne, come la scelta dei cibi, e i digiuni, ed anche quelle, le quali servono per accrescer la pietà, come la divota e religiosa celebrazione de' giorni festivi: avvertendo spes-

(*a*) Supr. Sess. 21. de ref. cap. 9.
(*b*) cap. Non decet, 12. Dist. Vigilius in epist. ad Eleutherium in fin. Felix I. in epist. 3. can. Dudum, 1. quæst. 6.

so i popoli ad ubbidire ai loro Superiori, i quali chi ascolta, ascolterà Dio rimuneratore; chi poi li disprezza, proverà Dio stesso vendicatore.

bratio; admonentes populos crebro, (*a*) obedire Præpositis suis: quos, qui audiunt, Deum remuneratorem audient, qui vero contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

Intorno l'Indice de' Libri, e del Catechismo, Breviario, e Messale.

De Indice librorum, & Catechismo, Breviario, & Missali.

Il Sacrosanto Concilio nella seconda Sessione celebrata sotto il Santissimo Signor Nostro Pio IV. commise ad alcuni scelti Padri, che considerassero che cosa si dovesse fare intorno a varie censure, e libri o sospetti, o perniciosi, e lo riferissero allo stesso Santo Concilio; intendendo ora essere stata data l'ultima mano da loro a quest'opera, nè potersi però giudicare distintamente, e comodamente dal Santo Concilio per la varietà, e moltitudine dei Libri, comanda, che tuttociò che da essi è stato fatto, si rassegni al Santissimo Romano Pontefice acciocchè secondo il giudizio, e l'autorità di lui si termini e si pubblichi. E lo stesso commette che si faccia del Catechismo, e Messale, e Breviario dai Padri, ai quali ciò era stato commesso.

Sacrosancta Synodus (*b*) in secunda Sessione, sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. celebrata, delectis quibusdam Patribus commisit, ut de variis censuris, ac libris, vel suspectis vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent, atque ad ipsam S. Synodum referrent: audiens nunc, huic operi ab eis extremam manum impositam esse; nec tamen, ob librorum varietatem, & multitudinem distincte, & commode possit a sancta Synodo dijudicari; præcipit, ut, quidquid ab illis præstitum est, Sanctiss. Romano Pontifici exhibeatur, (*c*) ut ejus judicio atque auctoritate terminetur, & evulgetur. Idemque de (*d*) Catechismo a Patribus, quibus illud mandatum fuerat, (*e*) & de Missali, & Breviario fieri mandat.

Del luogo degli Ambasciatori.

De loco Oratorum.

Dichiara il Santo Concilio, che dal luogo assegnato agli Ambasciatori tanto Ecclesiastici, quanto Secolari, nel

Declarat Sancta Synodus, (*f*) ex loco assignato Oratoribus, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus,

(*a*) c. Quisquis, 93. Dist. c. Quia frater, 7. quæst. 1. Lucæ 10. Hebr. 13.
(*b*) Supr. Sess. 18. in princ.
(*c*) Vide Regulas libror. prohibit. infra.
(*d*) Supr. Sess. 24. cap. 2. de refor.
(*e*) Vide Const. S. Pii V. *Superni* 1571. Clem. VIII. *Cum in Ecclesia* 1602, & Urbani VIII. *Divinam* 1631.
(*f*) Supra Sess. 2. in fin.

in sedendo, incedendo, aut quibuscumque aliis actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præjudicium; sed omnia illorum, & Imperatoris, & Regum, Rerumpublicarum, ac Principum suorum jura, & prærogativas illæsas, & salvas esse, in eodemque statu permanere, prout ante præsens Concilium reperiebantur.

sedere, nel camminare, o in qualisisiano altri atti, non provenne ad alcuno di essi alcun pregiudizio, ma che tutti i diritti e prerogative loro, e dell' Imperatore, dei Re, e delle Repubbliche, e de' loro Principi sono illese e salve, e nel medesimo stato rimangono, come innanzi il presente Concilio si ritrovavano.

De recipiendis & observandis Decretis Concilii.

Intorno il ricevere, ed osservare i Decreti del Concilio.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inveterata malitia, ut nihil tam clarum in fide nostra asserenda umquam fuerit, aut tam certo statutum, quod non, humani generis hoste suadente, illi errore aliquo contaminaverint: ea propter Sancta Synodus id potissimum curavit ut præcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnaret, & anathematizaret, veramque, & Catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout damnavit, anathematizavit, & definivit. Cumque tamdiu tot Episcopi, ex variis Christiani orbis provinciis evocati, sine magna gregis sibi commissi jactura, & universali periculo ab ecclesiis abesse non possint; nec ulla spes restet, hæreticos, toties, (a) fide etiam publica, quam desiderarunt, invitatos, & tamdiu expectatos, huc amplius adventuros, ideoque tandem huic Sacro Concilio finem imponere necesse sit: superest nunc, (b) ut Principes omnes,

Sì grande fu la disgrazia di questi tempi, e l' inveterata malizia degli Eretici, che niente mai vi fu di così chiaro nel professare la nostra fede, niente così fuor di dubbio stabilito, che quelli non abbiano contaminato con qualche errore, indotti dal nemico del genere umano: per la qualcosa il santo Concilio spezialmente procurò di condannare, e scomunicare i principali errori degli eretici del nostro tempo, e di esporre ed insegnar la vera e Cattolica dottrina, come condannò, scomunicò, e definì. E non potendo tanti Vescovi chiamati da varie provincie del mondo Cristiano starsene per tanto tempo lontani dalle Chiese senza grave danno della greggia loro commessa, e universale pericolo, nè rimanendo alcuna speranza che gli eretici tante volte invitati anche con pubblica fede, siccome desiderarono, e tanto tempo aspettati, siano più per venir quà; e perciò essendo di mestieri di terminare finalmente questo sacro Concilio: resta ora che ammonisca, come fa, tutti i Principi nel Signore a

(a) Sup. in fin. Sess. 13, 15, & 18.
(b) Idem in fin. quatuor primorum Conc. Gener. Nicæn. Constan. Ephes. & Chalced.

prestar talmente la loro assistenza, che non permettano che quelle cose, le quali sono state dal medesimo decretate, vengano guastate, o violate dagli eretici; ma da questi, e da tutti siano divotamente ricevute, e fedelmente osservate. Che se qualche difficoltà nasca nel riceverle, o alcune cose occorrano le quali (ciò che non crede) ricerchino dichiarazione, o definizione; oltre gli altri rimedj, in questo Concilio istituiti, confida il santo Concilio, che il Beatissimo Romano Pontefice procurerà che o richiamati da quelle provincie donde la difficoltà sarà nata, quelli, i quali conoscerà adattati a trattare utilmente il medesimo negozio, o anche colla celebrazione d'un Concilio Generale, se giudicherà necessario, o in qualsivoglia più opportuna maniera, si provveda alle necessità delle provincie per la gloria di Dio, e per la tranquillità della Chiesa.

quod facit, in Domino moneat; ad operam suam ita præstandam, ut quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis depravari aut violari non permittant: sed ab his, & omnibus devote recipiantur, & (a) fideliter observentur. Quod si in his recipiendis aliqua difficultas oriatur, aut aliqua inciderint, quæ declarationem, quod non credit, aut definitionem postulent, præter alia remedia in hoc Concilio instituta, confidit Sancta Synodus, Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, ut vel evocatis ex illis præsertim provinciis, unde difficultas orta fuerit, iis, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilii generalis celebratione, si necessarium judicaverit, vel commodiore quacumque ratione ei visum fuerit, provinciarum necessitatibus pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

Sul recitare i Decreti del Concilio sotto Paolo III. e Giulio III. nella Sessione.

Poichè in diversi tempi tanto sotto Paolo III. quanto sotto Giulio III. di felice memoria sono state stabilite, e definite molte cose in questo sacro Concilio concernenti i dogmi, e la riforma de' costumi; vuole il santo Concilio, che quelle ora si recitino, e leggano. Furono recitate.

De recitandis Decretis Concilii sub Paulo III. & Julio III. in Sessione.

Quoniam (b) diversis temporibus, tam sub fel. rec. Paulo III. quam Julio III. multa in hoc Sacro Concilio, quoad dogmata, ac morum reformationem statuta, & definita sunt, vult Sancta Synodus, ut illa nunc recitentur, & legantur. *Recitata sunt.*

(a) Ne quis juramento se adstringat adversus Conc. Decreta, vetat Greg. XIII. in Bulla *Inter Apostolicas* 1584.

(b) Sup. Sess. 5, 6, 7, 13, & 14.

De fine Concilii, & confirmatione petenda a Sanctissimo Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reverendissimique Patres, Placetne vobis, ut ad laudem Dei omnipotentis huic sacræ Œcumenicæ Synodo finis imponatur? & omnium, & singulorum; quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Julio III. quam sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. Romanis Pontificibus, in ea decreta, & definita sunt, (a) confirmatio nomine sanctæ hujus Synodi per Apostolicæ Sedis Legatos; & Præsidentes a Beatissimo Romano Pontifice petatur?

Responderunt: Placet.

Postmodum *Illustrissimus, & Reverendissimus Cardinalis Moronus, primus Legatus, & Præsidens, benedicens Sancta Synodo, dixit:* Post gratias Deo actas, Reverendissimi Patres, ite in pace.

Qui Responderunt: Amen.

ACCLAMATIONES

Patrum in fine Concilii.

Cardinalis a Lotharingia.

Beatissimo PIO Papæ, & Domino nostro, Sanctæ Universalis Ecclesiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.

Responsio Patrum.

DOmine Deus, Sanctissimum Patrem diutissime Ecclesiæ tuæ conserva multos annos.

Del fine del Concilio, e del chiedere la conferma dal Santissimo Nostro Signore.

Illustrissimi Signori, e Reverendissimi Padri, vi piace che si dia fine a questo Sacro Ecumenico Concilio, a lode di Dio Onnipotente? e di tutte e ciascheduna di quelle cose, le quali tanto sotto Paolo III. e Giulio III. di felice memoria, quanto sotto il Santissimo Signor Nostro Pio IV. Pontefici Romani, sono state decretate, e definite in quello, se ne chieda la conferma a nome di questo santo Concilio per mezzo dei Legati della Sede Apostolica, e presidenti, al Beatissimo Romano Pontefice?

Risposero: *Ci piace.*

Dipoi l'Illustrissimo, e Reverendissimo Cardinale Morone, primo Legato, e Presidente, benedicendo il santo Concilio, disse: *Reverendissimi Padri, dopo d'aver ringraziato Iddio, andate in pace.*

I quali risposero: *Così sia.*

LE ACCLAMAZIONI

Dei Padri nel fine del Concilio.

Il Cardinal di Lorena.

Molti anni, ed un'eterna memoria al Beatissimo PIO Papa, e Signor Nostro, Pontefice della Santa Chiesa universale.

Risposta dei Padri.

DIo Signore, conservate per moltissimi anni, e lunghissimo tempo il Santiss. Padre alla vostra Chiesa.

(a) Juxta Gelas. Pap. super Conc. Chalc. & Pelag. Pp. II. in epist. decretalis, & Marcel. in ep. decretali, ad Episc. Antioch. provinc. & Concil. Chalced. in fin. in ep. Concilii ad Leonem Papam, & cap. Si Romanorum, Dist. 19.

Il Cardinale: *Sia pace nel Signore, e gloria e felicità eterna nella luce de' Santi alle anime de' Sommi Pontefici Paolo III. e Giulio III. coll' autorità de' quali questo Sacro generale Concilio è stato incominciato.*

Risp. *Sia la memoria nella benedizione.*

Il Card. *Sia la memoria di Carlo V. Imperatore, e de' Serenissimi Re, i quali promossero, e protessero questo Uuiversale Concilio, nella benedizione.*

Risp. *Così sia, così sia.*

Il Card. *Molti anni al Serenissimo Imperatore Ferdinando, sempre Augusto, Ortodosso, e pacifico, e a tutti i Re, Repubbliche, e Principi nostri.*

Risp. *O Signore, conservateci il pio, e cristiano Imperatore: o Imperator celeste, custoditeci i Re terreni conservatori della vera fede.*

Il Card. *Si rendano grandi ringraziamenti accompagnati da molti anni ai Legati dell' Apost. Romana Sede, e presidenti in questo Concilio.*

Risp. *Grandi ringraziamenti: il Signore li ricompensi.*

Il Card. *Ai Reverendissimi Cardinali, ed illustri Ambasciatori.*

Risp. *Grandi ringraziamenti, e molti anni.*

Il Card. *Vita, e felice ritorno alle loro Chiese ai Santissimi Vescovi.*

Risp. *Una perpetua memoria ai banditori della verità: molti anni al Senato Ortodosso.*

Il Card. *Il Sacrosanto Ecumenico Concilio di Trento: confessiamo la di lui fede, osserviamo sempre i di lui decreti.*

Risp. *Sempre confessiamo, sempre osserviamo.*

Card. Beatissimorum Summorum Pontificum animabus, Pauli III, & Julii III. quorum auctoritate hoc sacrum generale Concilium inchoatum est, pax a Domino, & æterna gloria, atque felicitas in luce Sanctorum.

Resp. Memoria in benedictione sit.

Card. Caroli V. Imperatoris, & Serenissimorum Regum, qui hoc universale Concilium promoverunt, & protexerunt, memoria in benedictione sit.

Resp. Amen. Amen.

Card. Serenissimo Imperatori Ferdinando, semper Augusto, Orthodoxo, & pacifico, & omnibus Regibus, Rebuspub. & Principibus nostris, multi anni.

Resp. Pium, & Christianum Imperatorem, Domine, conserva, Imperator cœlestis, terrenos Reges, rectæ fidei conservatores, custodi.

Card. Apostolicæ Romanæ Sedis Legatis, & in hac Synodo Præsidentibus cum multis annis magnæ gratiæ.

Resp. Magnæ gratiæ: Dominus retribuat.

Card. Reverendiss. Cardinalibus, & Illustribus Oratoribus.

Resp. Magnas gratias, multos annos.

Card. Sanctiss. Episcopis vita, & felix ad Ecclesias suas reditus.

Resp. Præconibus veritatis perpetua memoria: Orthodoxo Senatui multos annos.

Card. Sacrosancta Œcumenica Tridentina Synodus, ejus fidem confiteamur, ejus decreta semper servemus.

Resp. Semper confiteamur, semper servemus.

Card. Omnes ita credimus: omnes id ipsum sentimus: omnes consentientes, & amplectentes subscribimus. Hæc est fides Sancti Petri, & Apostolorum; hæc est fides Patrum: hæc est fides Orthodoxorum.

Resp. Ita credimus; ita sentimus; ita subscribimus.

Card. His decretis inhærentes, digni reddamur misericordiis, & gratia primi, & magni supremi Sacerdotis, Jesu Christi Dei, intercedente simul inviolata Domina nostra Sancta Deipara, & omnibus Sanctis.

Resp. Fiat, fiat: Amen, Amen.

Card. Anathema cunctis hæreticis.

Resp. Anathema, Anathema.

Post hæc mandatum fuit a Legatis, & Præsidentibus, sub pœna excommunicationis, omnibus Patribus, ut, antequam discederent e civitate Tridentina, subscriberent manu propria decretis Conc., aut ea per publicum instrumentum approbarent: qui omnes deinde subscripserunt; & fuerunt numero CCLV. videlicet, Legati IV. Cardin. II. Patriarchæ III. Archiepisc. XXV. Episcopi CLXVIII. Abbates VII. Procuratores absentium cum legitimo mandato XXXIX. Generales Ordinum VII.

LAUS DEO.

Il Card. *Tutti così crediamo, tutti lo stesso sentiamo, tutti consentienti, e d'accordo soscriviamo. Quest' è la fede di S. Pietro, e degli Apostoli: questa è la fede dei Padri: questa è la fede degli Ortodossi.*

Risp. *Così crediamo, così sentiamo, così soscriviamo.*

Il Card. *Inerendo a questi decreti rendiamosi degni delle misericordie, e della grazia del primo, e del gran Supremo Sacerdote Gesù Cristo, coll' intercessione insieme di Nostra Signora la Santa Madre di Dio e di tutti i Santi.*

Risp. *Si faccia, si faccia: così sia, così sia.*

Il Card. *Scomunica a tutti gli Eretici.*

Risp. *Scomunica, scomunica.*

Dopo di ciò è stato commesso dai Legati, e Presidenti sotto pena della scomunica a tutti i Padri, che prima di partire dalla Città di Trento, sottoscrivessero di proprio pugno i decreti del Concilio, o li approvassero per pubblico Istromento, i quali tutti dipoi sottoscrissero; e furono di numero CCLV. cioè Legati IV. Cardinali II. Patriarchi III. Arcivescovi XXV. Vescovi CLXVIII. Abati VII. Procuratori di assenti con legittimo mandato XXXIX. Generali degli Ordini VII.

LODE A DIO.

Concorda con l' originale, in fede di che abbiamo sottoscritto.

Io Angelo Massarello Vescovo Telesino Secretario del sacro Concilio di Trento.

Io Marcantonio Pellegrino di Como Notajo del medesimo Concilio.

Io Cinzio Panfilio Cherico della Diocesi di Camerino, Notajo del medesimo Concilio.

Confermazione del Concilio.

NOi *Alessandro Diacono Cardinale di S. Lorenzo in Damaso dei Farnesi, Vicecancelliere della S. Romana Chiesa, facciamo fede e attestiamo, qualmente in oggi, giorno di Mercoledì 26. di Gennajo MDLXIV. del Pontificato del Signor Nostro Pio, per divina provvidenza, Papa Quarto, l' anno quinto, nel Concistoro Secreto appresso S. Pietro, i Reverendissimi Signori miei Cardinali Morone, e Simonetta, poco fa ritornati dal Sacro Concilio di Trento, al quale aveano presieduto come Legati della Sede Apostolica, chiesero dal medesimo Santissimo Signor nostro, come di sotto.*

O Beatissimo Padre, nel decreto pubblicato ai 4. del passato Decembre sopra il fine del Concilio Ecumenico di Trento si stabilì, che per mezzo dei Legati di Vostra Santità, e della Santa Sede Apostolica, e per mezzo dei Presidenti si chiedesse a nome del detto Concilio dalla Santità Vostra la confermazione di tutte, e ciascheduna delle cose, le quali in quello sono state decretate, e definite tanto sotto Paolo III. e Giulio III. di felice memoria, quanto sotto la Santità Vo-

Concordat cum originali, in cujus fidem subscripsimus.

Ego Angelus Massarellus, Episcopus Thelesinus, Sacri Concilii Tridentini Secretarius.

Ego M. Antonius Peregrinus, Comensis, ejusdem Concilii Notarius.

Ego Cynthius Pamphilius, Clericus Camerinensis diœcesis, ejusdem Concilii Notarius.

Confirmatio Concilii.

NOS Alexander, Sancti Laurentii in Damaso Cardinalis de Farnesio, S. R. E. Vicecancellarius, fidem facimus, & attestamur, qualiter hodie, die Mercurii, 26. Januarii, MDLXIV. Pontificatus Sanctissimi D. nostri Pii, divina providentia Papæ Quarti, anno quinto, in Consistorio secreto apud S. Petrum, Reverendissimi D. D. mei Cardinales Moronus, & Simoneta, nuper reversi a Sacro Concilio Tridentino, cui uti Sedis Apostolicæ Legati præerant, petierunt ab eodem Sanctiss. Domino nostro ut infra.

Beatissime Pater, in decreto super fine Conc. Œcumenici Tridentini, pridie Nonas Decembris præteriti publicato, statutum fuit, ut per Sanctitatis vestræ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Legatos, & Præsidentes peteretur nomine dicti Concilii a Sanctitate Vestra confirmatio omnium, & singulorum, quæ tam sub fel. rec. Paulo III. & Julio III. quam sub Sanctitate vestra in eo decreta, & definita sunt. Quapropter nos Joannes Card.

Moronus, & Ludovicus Cardinalis Simoneta, qui tunc Legati, & præsidentes, eramus, volentes exequi, quod in dicto decreto stabilitum fuit, humiliter petimus, nomine dicti Concil. Œcumenici Tridentini, ut Sanctitas Vestra dignetur confirmare omnia, & singula, quæ tam sub fel. rec. Paulo III, & Julio III. quam sub Sanctitate Vestra in eo decreta, & definita sunt.

Quibus auditis, Sanctitas Sua, viso, & lecto tenore dicti Decreti, & habitis votis Reverendissimorum Dominorum meorum Cardinalium, respondit per hæc verba.

Petitioni, nomine Concilii Œcumenici Tridentini super ejus confirmatione per dictos Legatos nobis factæ, annuentes, omnia, & singula, quæ in dicto Concilio tam sub fel. rec. Paulo III., & Julio III. Prædecessoribus nostris, quam Pontificatus nostri tempore decreta, & definita sunt, auctoritate Apostolica, etiam de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio, & assensu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus, atque ab omnibus Christifidelibus recipi, & inviolabiliter observari mandamus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est. *A. Cardinalis Farnesius Vicecancell.*

stra. Laonde noi Giovanni Card. Morone, e Lodovico Card. Simonetta, i quali allora eravamo Legati, e Presidenti, volendo eseguire, ciò che nel detto decreto è stato stabilito, umilmente chiediamo a nome del detto Concilio Ecumenico Tridentino, che la Santità Vostra si degni di confermate tutte, e ciascheduna di quelle cose, le quali tanto sotto Paolo III. e Giulio III. di felice memoria, quanto sotto la Santità Vostra sono state in quello decretate, e definite.

Intese le quali cose, la Santità Sua visto, e letto il tenore del Decreto suddetto, e avuti i voti dei Reverendissimi Signori miei Cardinali, rispose con queste parole.

Annuendo all' inchiesta fattaci, a nome del Concilio Ecumenico Tridentino sopra la di lui conferma per mezzo dei suddetti Legati, con Apostolica autorità, anche di consiglio e consenso dei Venerabili nostri fratelli Cardinali, tenuta prima con quelli una matura deliberazione, confermiamo tutte le cose che sono state decretate, e definite nel detto Concilio tanto sotto Paolo III. e Giulio III. di felice memoria, nostri predecessori, quanto nel tempo del nostro Pontificato; e commettiamo, che da tutti i Cristiani siene ricevute, e inviolabilmente osservate, nel nome del Padre, e del Figliuolo, e dello Spirito Santo. Così sia.

Così è. A. Cardinale Farnese Vice-Cancelliere.

BOLLA

Del Santissimo Signor Nostro Pio per Divina provvidenza Papa Quarto sopra la Confermazione dell' Ecumenico generale Concilio di Trento.

Pio Vescovo Servo de' Servi di Dio, a perpetua memoria della cosa.

IL Benedetto Dio, e padre del nostro Signor Gesù Cristo, padre delle misericordie, e Dio d' ogni consolazione, il quale si degnò di riguardare la Chiesa sua santa, agitata, ed afflitta da tante procelle e tempeste, e di giorno in giorno più gravemente inferma, finalmente la sovvenne con opportuno e desiderato rimedio. Per estirpare le moltissime e perniciosissime eresie, per correggere i costumi, e per mettere in piedi la disciplina Ecclesiastica, per procurare la pace, e concordia del popolo Cristiano, già da gran tempo nella Città di Trento era stato intimato un Ecumenico generale Concilio da Paolo III. di pia memoria nostro predecessore, e incominciato già con alquante Sessioni; poscia da Giulio di lui successore nella medesima città richiamato, dopo altre Sessioni celebrate, incontratisi varj impedimenti, e difficoltà, neppure allora si era potuto eseguire; pertanto era stato per lungo tempo interrotto, non senza grandissimo cordoglio di tutte le persone pie, mentre ogni giorno più la Chiesa implorava un siffatto rimedio. Noi poi dopo l' intrapreso governo della Sede Apostolica, ci siamo messi sulla fiducia della divina misericordia a compiere tanto necessaria, e

BULLA.

S. D. N. Pii, Divina Providentia Papæ Quarti super confirmatione Œcumenici generalis Concilii Tridentini.

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

(a) BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui respicere dignatus Ecclesiam suam sanctam, tot procellis, & tempestatibus agitatam, atque vexatam, & gravius in dies laborantem, apto tandem ei subvenit optatoque remedio. Ad plurimas, & perniciosissimas hæreses extirpandas, ad corrigendos mores, & restituendam ecclesiasticam disciplinam, ad pacem, & concordiam Christiani populi procurandam, indictum jampridem in civitate Tridentina Œcumenicum, & generale Concilium a piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & Sessionibus aliquot habitis cæptum fuerat: ab ejus autem successore Julio in eamdem urbem revocatum, post alias Sessiones celebratas, variis impedimentis, & difficultatibus objectis, ne tum quidem peragi potuerat: itaque diutius intermissum fuerat, non sine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis Ecclesia ejusmodi remedium imploraret. Nos autem post susceptum Sedis Apostolicæ regimen, tam necessarium, ac salutare opus, sicut Pastoralis sollicitudo mone-

(a) 2. Corinth. 2.

bat: divinæ misericordiæ fiducia perficere agressi, adjuti pio studio carissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Christianorum Regum, Rerumpublicarum, & Principum, tandem consecuti sumus, quoad nec diurnis, nec nocturnis curis elaborare destitimus, quodque a (*a*) Patre luminum assidue precati sumus. Cum enim eam in urbem undique ex Christiani nominis nationibus convenisset, nostris convocata litteris, & sua etiam ipsorum pietate excitata Episcoporum, & aliorum insignium Prælatorum maxima, & œcumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios, & sacrarum litterarum scientia, divinique, & humani juris cognitione præstantes viros, præsidentibus ipsi Synodo Sedis Apostolicæ Legatis, nobis adeo Concilii libertati faventibus, ut etiam de rebus Sedi Apostolicæ proprie reservatis liberum ipsi Concilio arbitrium per litteras ad Legatos nostros scriptas, ultro permiserimus, quæ de Sacramentis, & aliis rebus, quæ quidem necessariæ visæ sint, tractandæ, definiendæ, & statuendæ restabant, ad confutandas hæreses, ad tollendos abusus, & emendandos mores, a Sacrosancta Synodo summa libertate, diligentiaque tractata, & accurate, ac mature admodum definita, explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tanta omnium, qui illi interfuerunt, concordia peractum fuit, ut consensum eum plane a Do-

salutevole opera, come la sollecitudine Pastorale esigeva, e assistiti dalla pia premura del Carissimo Figliuol nostro in Cristo Ferdinando de' Romani Imperatore eletto, e di altri Re Cristiani, Repubbliche, e Principi Cristiani, finalmente abbiamo conseguito ciò che nè di giorno nè di notte abbiamo mai desistito di ansiosamente procurare, e ciò che assiduamente abbiamo dimandato dal Padre de' lumi. In quella città da tutte le parti del nome Cristiano chiamatavi dalle nostre Lettere, e dalla loro anche propria pietà eccitata una grandissima moltitudine di Vescovi, ed altri insigni Prelati, e degna d'un Concilio Ecumenico; oltre moltissimi altri pii personaggi, e valenti nella scienza delle Sacre Lettere, e nella cognizione del gius divino, e umano, essendo presidenti allo stesso Sinodo i Legati della Sede Apostolica, e noi favorendo in tal maniera la libertà del Concilio, che spontaneamente per mezzo di lettere scritte ai nostri Legati abbiamo permesso allo stesso Sinodo libero l'arbitrio anche intorno le cose riservate propriamente alla Sede Apostolica, quelle le quali restavano da trattarsi, definirsi, e stabilirsi sopra i Sacramenti, ed altre cose, le quali sono sembrate necessarie per confutar l'eresie, per togliere gli abusi, e per correggere i costumi, sono state con somma libertà, e diligenza trattate, ed accuratamente e maturamente al sommo definite, spiegate, e stabilite dal Sacrosanto Concilio. Terminate le quali, il Concilio è stato eseguito con grande concordia di tutti quelli i quali v'intervennero, che chiaramente apparì essere stato quel

(*a*) Jacob. 1.

consenso guidato interamente dal Signore, e ciò fu molto maraviglioso agli occhj nostri, e di tutti. Pel qual dono tanto singolare di Dio, intimammo subito in quest' alma città pubbliche preghiere, le quali furono celebrate con gran pietà dal Clero, e dal popolo, e procurammo che meritamente si rendessero lodi, e grazie alla Maestà Divina avendo il fine di tal Concilio apportata una grande, e quasi certa speranza, che maggiori di giorno in giorno ridondino li frutti alla Chiesa dai decreti, e dalle costituzioni dello stesso. Essendo che poi lo stesso Santo Sinodo per la sua riverenza verso la Sede Apostolica, inerendo anche sull' orme degli antichi Concilj ha dimandato a noi la conferma di tutti i suoi decreti, i quali sono stati fatti nel nostro tempo, e de' nostri Predecessori, con decreto fatto intorno a ciò in pubblica Sessione: Noi conosciuta la domanda dello stesso Sinodo prima dalle Lettere dei Legati, dipoi dopo il loro ritorno dalle cose le quali diligentemente riferirono a nome del Sinodo, tenuta sopra un tal affare una matura deliberazione coi venerabili fratelli nostri Cardinali di Santa Romana Chiesa; ed in primo luogo invocato l' ajuto dello Spirito Santo, avendo conosciuto tutti que' decreti, che sono Cattolici, ed utili e salutevoli al popolo Cristiano, a lode di Dio Onnipotente, di consiglio, e consenso dei medesimi nostri fratelli nel nostro Concistoro secreto, oggi con Apostolica autorità abbiamo confermati tutti e ciascheduno di quelli, e abbiamo decretato che si abbiano da ricevere, e

mino effectum fuisse constiterit: (a) idque in nostris, atque omnium oculis valde mirabile fuerit. Pro quo tam singulari Dei munere supplicationes statim in alma hac Urbe indiximus, quæ magna Cleri, & populi pietate celebratæ fuerunt; laudesque, & gratias divinæ Majestati merito persolvendas curavimus, cum ejusmodi Concilii exitus spem magnam, & prope certam attulerit fore, ut majores in die fructus ad Ecclesiam ex ipsis decretis, constitutionibusque perveniant. Cum autem ipsa Sancta Synodus pro sua erga Sedem Apostolicam reverentia, antiquorum etiam Conciliorum vestigiis inhærens, decretorum suorum omnium, quæ nostro, & prædecessorum nostrorum tempore facta sunt, (b) confirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica Sessione facto: Nos, ex Legatorum litteris prius, deinde post reditum eorum, ex iis, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, postulatione ipsius Synodi cognita, habita super hac re cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalibus deliberatione matura, sanctique Spiritus in primis auxilio invocato, cum ea decreta omnia Catholica, & populo Christiano utilia, ac salutaria esse cognovissemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem fratrum nostrorum consilio, & assensu, in Consistorio nostro secreto illa omnia, & singula auctoritate Apostolica hodie confirmavimus, & ab omnibus

(a) Psalm. 117.
(b) In fine ultima Sessionis.

Christifidelibus suscipienda ac servanda esse decrevimus: sicut harum quoque litterarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & suscipi, observarique decernimus. Mandamus autem in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis a sacris Canonibus constitutis, aliisque gravioribus etiam privationis, arbitrio nostro infligendis, universis, & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibusvis ecclesiarum Prælatis, cujuscumque status, gradus, ordinis, & dignitatis sint, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, ut eadem decreta, & statuta in ecclesiis suis, civitatibus, & diœcesibus, in judicio, & extra judicium diligenter observent, & a subditis quisque suis, ad quos quomodolibet pertinent, inviolabiliter faciant observari: contradictores quoslibet, & contumaces, per sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas etiam in ipsis decretis contentas, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio. Ipsum vero charissimum filium nostrum Imperatorem electum, cæterosque Reges, Respublicas, ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ Domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut qua pietate Concilio per Oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio, divini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro Sedis quoque Apostolicæ, & Sacræ Synodi reverentia, ad ejusdem Concilii exequenda, & observanda decreta, Prælatis,

osservare da tutti i fedeli di Cristo; siccome col tenore pure di quelle Lettere, a più chiara intelligenza di tutti, confermiamo e decretiamo che si debbano ricevere, ed osservare. Commettiamo poi in virtù di santa obbedienza, e sotto le pene stabilite dai Sacri Canoni, ed altre più gravi anche di privazione da infligersi ad arbitrio nostro, commettiamo, dico, a tutti e ciascuno dei Venerabili Fratelli nostri, Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, ed altri qualisisiano Prelati di Chiese di qualsivoglia essi siano stato, grado, ordine, e dignità, anche se godessero dell' onore del Cardinalato, che nelle loro Chiese, Città, e Diocesi, in giudizio, e fuori di giudizio diligentemente osservino, e facciano che sieno inviolabilmente osservati i medesimi decreti, e statuti da' proprj sudditi, a' quali in qualsivoglia maniera appartengono: tenendo in dovere posposta ogni appellazione, i contraddittori di qualunque sorta, ed i contumaci per mezzo delle Sentenze, censure, e pene Ecclesiastiche, contenute anche negli stessi decreti, chiamato ancora, se farà di mestieri in ajuto il braccio secolare. Avvisiamo poi, e per le viscere della misericordia del nostro Signor Gesù Cristo scongiuriamo il carissimo Figliuolo nostro Imperatore eletto, e gli altri Re, Repubbliche, e Principi Cristiani, che con quella pietà, con la quale presiedettero al Concilio per mezzo dei loro Ambasciatori, colla medesima pietà, e con egual premura per motivo dell' onor di Dio, e della salute de' loro popoli, per riverenza anche della Sede Apostolica, e del sacro Concilio, assistano quanto fia d' uopo, coll' ajuto e favor loro ai Prelati per la esecuzione, ed osser-

VOlendo noi, che la libertà, (la quale la santa Sede Apostolica ha accordato ad alcuni per privilegio d' esenzione) così illesa si mantenga, che gli altri non la offendano, ed essi non eccedano i limiti della medesima, con irrefragabile spiegazione definiamo, che per quanto così esenti godano la libertà; ciò non ostante, per rispetto del delitto, o contratto, o cosa alcuna, della quale si tratta contro di loro, possino al solito esser convenuti dagli Ordinarj dei luoghi, ad usar quelli la sua giurisdizione contro di essi riguardo a questo, come il diritto lo esige. Forse dunque sono in queste cose totalmente privi del comodo della libertà? no certamente, perchè nè d' avanti gli stessi Ordinarj, purchè il delitto sia stato commesso in luogo esente, od incominciato un contratto, od un affare contenzioso, nè possono esser tampoco sopra di queste cose convenuti ove han domicilio, se altrove manchino, o facciano contratti, od esista una qualche controversia; nè sotto pretesto dei domicilj i Diocesani dei luoghi respettivi (purchè ivi sieno contenuti ove mancarono, o fecero contratto, o l' istessa controversia sussiste) abbiano alcuna potestà di rimandarli colà, o di ordinare ad essi, che ivi rispondano: salvi ciò non pertanto gli altri casi, nei quali ordinano le canoniche istituzioni, che restino essi soggetti alla giurisdizione dei Vescovi. E l' istessa cosa decretiamo riguardo a quelli, ai qua-

li è stato concesso per privilegio Apostolico di non esser tenuti a rispondere, che sotto un sol giudice ai querelanti contro di loro. Verso quelli poi, ai quali è stato accordato dalla Sede Apostolica non potere essere interdetti, sospesi, o scomunicati da alcuno, siccome lo sono molti Religiosi, nei privilegj dei quali si contiene che alcun Vescovo, od Arcivescovo non presuma d' interdire, sospendere, o scomunicare per alcuna causa od alcuna incostanza i monaci de' suoi monasteri: in quanto a questi medesimi Ordinarj, dovunque eglino saranno, non possono onninamente esercitare la loro giurisdizione, se per avventura gli stessi monaci non saranno destinati ai priorati dei loro monasteri sottoposti agli Ordinarj. Perciocchè allora, quantunque possano esser richiamati ai medesimi monasteri, ed i monaci si riguardino tanto di quelli, che di essi priorati (non essendo disconveniente che in ciascheduno dei due alcuno abbia il luogo monastico) comprendesi che uno è sottoposto all' altro monastero, o dipende dall' istesso: in considerazione però dei medesimi priorati i predetti Ordinarj possono lecitamente fare uso della propria giurisdizione sopra di essi, anche riguardo alle già premesse cose, finchè dimorano in quelli.

pondere, Apostolico privilegio est concessum. In eos autem, quibus, ne interdici, suspendi, vel excommunicari a quoquam valent, a Sede Apostolica est indultum (sicut sunt religiosi quamplures) in quorum privilegiis continetur ne quisquam Episcopus, vel Archiepiscopus monasteriorum suorum monachos pro ulla causa, ullove loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat, iidem Ordinarii jurisdictionem suam, quantum ad ista, ubicumque illi fuerint, penitus exercere non possint, nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorum prioratus Ordinariis iisdem subjectos fuerint destinati. Tunc enim etsi libere possint ad eadem monasteria revocari, ac tam illorum, quam ipsorum prioratuum monachi reputentur, (cum non sit inconveniens aliquem utrobique locum habere monasticum) unum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere: ratione tamen eorumdem prioratuum dicti Ordinarii sua jurisdictione in ipsis, etiam quoad præmissa, quamdiu morantur in iis, licite uti possunt.

In Clementinis, lib. 3. tit. De Religiosis domibus.

(*a*) Quia contingit interdum, quod xenodochiorum, leprosariorum, eleemosynariorum seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res, & jura ipsorum interdum ab occupatorum, & usurpatorum manibus excutere negligunt, quin immo ea collabi, & deperdi, domos, & ædificia ruinis deformari permittunt: & non attento, quod loca ipsa ad hoc fundata, & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes, infectique lepra reciperentur inibi, & ex proventibus sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus eosdem in usus suos damnabiliter convertentes, cum tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Sedis Apostolicæ auctoritate) converti: Nos incuriam, & abusum hujusmodi detestantes, hoc Sacro Concilio approbante sancimus, ut ii, ad quos id de jure, vel statuto in ipsorum fundatione locorum apposito, aut ex consuetudine præscripta legitime, vel privilegio Sedis Apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare: ac occupata, deperdita, & alienata indebite, in statum reduci debitum faciant: & ad ipsarum miserabilium personarum receptionem, & sustentationem debitam, rectores prædictos compellere non omittant. In quo si for-

Nella Clementina, lib. 3. Delle case religiose.

Perchè talvolta accade, che i Rettori degli spedali, degl' incurabili, delle case di carità, degli ospizj, abbandonata la cura de' luoghi stessi, trascurano di esigere i beni, le sostanze, e diritti di essi dalle mani degli occupatori, ed usurpatori, ed anzi permettono che vadano in desolazione, e si disperdano, che le case, e le fabbriche restino deformate dalle rovine, e senza avere attenzione, che essi luoghi furono perciò fondati, e dotati della generosità dei fedeli, perchè i poveri, e gl' infetti dalla lebbra fossero ivi accolti, ed alimentati con le loro rendite, inumanamente ricusano di farlo, impiegando con grave danno in usi proprj le medesime entrate; non ostante, che quelle cose, che dalla generosità dei fedeli sono state destinate ad un certo uso, in quello e non in altro debbano impiegarsi, salva sempre l' autorità della Sede Apostolica: Noi detestando una simile negligenza, ed abuso, coll' approvazione di questo sacro Concilio decretiamo, che quelli, ai quali per diritto, o statuto annesso alla fondazione di essi luoghi, o per consuetudine legittimamente prescritta, o privilegio della Sede Apostolica ciò appartiene, procurino di riformare salutevolmente in tutte le predette cose gli stessi luoghi: e facciano rimettere nel dovuto stato le cose già occupate, male amministrate, ed indebitamente alienate, e non trascurino di obbligare i predetti Rettori alla debita accoglienza, e sostegno delle persone miserabili a norma delle

(*a*) Sess. 7. de ref. cap. 15. de ref. cap. 8.

facoltà, e proventi degli stessi luoghi. Nel che se per avventura incorreranno in negligenza, o difetto, comandiamo agli Ordinarj, che, quantunque i predetti luoghi pii siano muniti del privilegio d' esenzione, da loro stessi, o per mezzo d' altri adempiano tutte, e ciaschedune delle cose premesse, ed i Rettori medesimi per altro non esenti gli obblighino con la propria, gli altri poi esenti, e privilegiati, coll' Apostolica autorità. Acquietando per mezzo dell' Ecclesiastica censura, e con altri rimedj della legge i contradittori di qualunque stato, o condizione siano, o gli esibitori ai medesimi di consiglio, ajuto, o favore circa le cose già premesse; senza però produrre alcun pregiudizio con questo mezzo riguardo all' altre cose, all' esenzioni, o privilegj stessi; ed acciocchè più speditamente vengano osservate le già premesse, niuno di questi luoghi pii sia conferito in benefizio ai cherici secolari, ancorchè sia ciò stato osservato per consuetudine, la quale totalmente riproviamo: se non sia stato diversamente stabilito nella loro fondazione, o debbasi provvedere al Rettore di simili luoghi per mezzo d' elezione. Il loro governo però sia affidato a persone prudenti, idonee, e di buona fede, che sappiano, vogliano, e possano amministrare gli stessi luoghi, loro beni, e diritti, e dispensar fedelmente in uso delle persone miserabili i proventi, ed entrate loro; ed in altri usi ancora, nei quali non siavi una verisimile presunzione d' impiegare i predetti beni: nelle quali cose sotto l' invocazione del divino giudizio aggraviamo le coscienze di coloro, ai quali appartiene la commissione di detti luoghi. Quelli ancora, cui sa-

te commiserint negligentiam, vel defectum, Ordinariis locorum injungimus, ut, etiam si pia loca prædicta exemptionis privilegio munita consistant, per seipsos, vel alios impellant omnia præmissa, & singula, & rectores eosdem utique non exemptos propria, exemptos vero, & alios privilegiatos, Apostolica ad id auctoritate compellant. Contradictores, cujuscumque status, aut conditionis existant; aut præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel favorem, per censuram ecclesiasticam, & aliis juris remediis compescendo: nullam tamen per hoc exemptionibus, seu privilegiis ipsis quoad alia præjudicium generando; ut autem præmissa promptius observentur, nullus ex locis ipsis sæcularibus, clericis, in beneficium conferatur; etiam si de consuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit observatum: nisi in illorum fundatione secus fuerit constitutum, seu per electionem sit de rectore loci hujusmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & boni testimonii committatur, qui sciant, velint, & valeant loca ipsa, bona eorum, ac jura utiliter regere, & eorum proventus, & reditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare; & quos in usus alios bona prædicta convertere præsumptio verisimilis non existat: in quibus sub obtestatione divini judicii, illorum, ad quos dictorum locorum commissio pertinet, conscientias oneramus. Illis etiam, quibus dictorum locorum gubernatio, seu administratio committetur, ad in-

star tutorum, & curatorum juramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, & Ordinariis, seu aliis quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. Quod si secus a quoquam fuerit attentatum, collationem, provisionem, seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis. Præmissa vero ad hospitalia militarium Ordinum, aut religiosorum etiam aliorum extendi minime volumus. Quorum tamen hospitalium rectoribus in sanctæ obedientiæ virtute mandamus, ut in illis secundum suorum Ordinum instituta, & antiquas observantias providere pauperibus, & hospitalitatem debitam in illis tenere procurent; ad quod per Superiores eorum arcta districtione cogantur, statutis, aut consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in præmissis. Cæterum nostræ intentionis existit, quod si quæ hospitalia, altare, vel altaria, & cœmeterium ab antiquo habentia, & presbyteros celebrantes, & Sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes, seu si parochiales rectores consueverint in illis exercere præmissa; antiqua consuetudo servetur quoad exercenda, & ministranda spiritualia supradicta.

rà affidato il governo, e l' amministrazione di detti luoghi siano obbligati a dar giuramento a guisa di tutori, e curatori, e completare gl' inventarj dei beni dei luoghi medesimi, ed a render conto ciascun anno della loro amministrazione agli Ordinarj, od altri, sotto de' quali sono simili luoghi, o a quelli da deputarsi da loro. Che se diversamente sarà da alcuno attentato, decretiamo che sia priva di qualunque vigore di fortezza l' istessa collazione, provisione, od ordinazione. Non vogliamo poi che si estendano in conto alcuno le cose già premesse agli spedali dei militari, ed ancora degli altri religiosi. Ai Rettori dei quali spedali ordiniamo nondimeno in virtù di santa obbedienza, che in essi procurino provvedere ai poveri secondo l' istituzioni, ed antiche osservanze dei loro Ordini, e mantenere la debita ospitalità; alla qual cosa con rigorosa riserva vengano obbligati per mezzo dei lor superiori, nonostanti tutte le costituzioni, e consuetudini accennate nelle premesse. Del resto nostra intenzione si è, che se alcuni spedali aventi anticamente altare, od altari, e cemitero siano stati soliti avere preti, che celebrassero, od amministrassero i Sacramenti ecclesiastici ai poveri, o i rettori parrocchiali esercitassero in quelli le già accennate cose; si mantenga l' antica consuetudine rispetto all' esercizio, ed amministrazione delle sopraddette cose spirituali.

Concilio Lateranense sotto Innocenzio III. cap. 21. Della Penitenza, e remiss. cap. *Omnis*.

Qualunque fedele dell' uno, e dell' altro sesso, dopo che sarà giunto agli anni della discrezione, da se solo fedelmente confessi tutti i suoi peccati al proprio sacerdote, almeno una volta l' anno, e procuri, per quanto può, di soddisfare alla penitenza imposta, ricevendo con riverenza almeno nella Pasqua il Sacramento dell' Eucaristia, se per aventura, consigliandolo il proprio sacerdote, non crederà bene doversi astenere per qualche tempo dal ricevimento di esso per un qualche ragionevole motivo; altrimenti, e da vivo sia rimosso dall' ingresso nella Chiesa, e da morto resti privo della Cristiana sepoltura. Questo salutevole decreto frequentemente sia pubblicato nelle Chiese, onde alcuno sotto cecità d' ignoranza non prenda un' apparenza di scusa. Se alcuno poi vorrà per giusto motivo confessare i suoi peccati ad un altro Sacerdote, domandi prima, ed ottenga la licenza del proprio Sacerdote, non potendo egli altrimenti scioglierlo, o legarlo.

Concilium Lateranen. sub Innoc. III. cap. 21. De pœnit. & remiss. cap. Omnis.

(*a*) Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno (*b*) proprio sacerdoti, &. injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur; ne quispiam ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet, & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit solvere, vel ligare.

Lib. 3. Clemen. Della vita, ed onestà dei Cherici.

Poichè chiunque, lasciate le vesti convenienti al proprio ordine, pretende assumerne altre, e portarle in pubblico senza ragionevol motivo, rendesi indegno della prerogativa dei professi di quell' Ordine; decretiamo colla presente costituzione, che qualun-

Lib. 3. Clement. De vita, & honestate Clericorum.

Quoniam qui, abjectis vestibus proprio congruentibus ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante præsumit, professorum illius Ordinis prærogativa se reddit indignum; præsenti constitutione sancimus,

(*a*) Sess. 13. de Sacram. Euch. can. 9, & Sess. 14. de Sacr. Pœn. can. 8.

(*b*) Id est *Parocho*.

quod quicumque clericus virgata, vel partita veste publice utetur (nisi causa rationabilis subsit) si beneficiatus exciterit, per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, sit eo ipso suspensus; si vero beneficiatus non fuerit, in sacris tamen Ordinibus citra sacerdotium constitutus, per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum.

Idem quoque censemus de clericis aliis, vestem talem, simul & tonsuram publice deferentibus clericalem. Dignitatem vero, personatum, seu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, nec non cæteri in sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem ostendere, si, præterquam ex causa rationabili, publice vestem ferant hujusmodi, aut insulam, seu pileum lineum publice portent in capite, sint eo ipso, beneficiati videlicet a perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, suspensi per annum; cæteri vero sacerdotes, & religiosi quilibet per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Sed & tales, & cæteri quicumque clerici utentes epitogio, seu tabardo foderato usque ad oram, & ita brevi, quod vestis inferior notabiliter videatur, epitogium ipsum sæculares clerici, & religiosi, administrationem habentes, teneantur intra mensem dare pauperibus; cæteri vero religiosi administrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur

que Cherico userà pubblicamente veste rigata od aperta, senza che vi sia un ragionevol motivo, se sarà benefiziato, eo ipso *resti sospeso per sei mesi dalla percezione dei frutti dei benefizj, che possiede; se poi non sarà benefiziato, ma abilitato nei sacri Ordini eccetto il sacerdozio, per l'istesso tratto di tempo* eo ipso *si renda inabile ad ottenere qualunque benefizio.*

L'istesso ancora pensiamo degli altri Cherici, che portano pubblicamente tal veste, e la tonsura chericale. Chi ottiene poi dignità, cariche personali, od altro benefizio, al quale incombe la cura d'anime, ed anche gli altri abilitati al sacerdozio, e tutti i religiosi, i quali conviene, che con la decenza dell'abito esteriore mostrino l'onestà interna dei costumi, se, eccetto un motivo ragionevole, pubblicamente portino simile veste, o pubblicamente portino in testa berretto, o cappello di lino, siano immediatamente i benefiziati sospesi per un anno dalla percezione dei frutti dei benefizj, che ottengono, gli altri sacerdoti poi, e religiosi tutti divengano per l'istesso tratto di tempo inabili a conseguire qualunque ecclesiastico benefizio. Ma tali Ecclesiastici, e tutti gli altri Cherici ancora, che fanno uso della zimarra o tabarro foderato fino al lembo, e così corto, che la veste inferiore notabilmente si veda; i Cherici secolari, ed i religiosi, che hanno amministrazione siano tenuti dentro un mese a dare ai poveri la istessa zimarra, gli altri religiosi poi, che non hanno amministrazione, siano tenuti dentro l'istesso tempo a consegnarlo ai loro superiori per essere destinato in alcu-

ni usi pii. Altrimenti i beneficiati sappiano d'essere incorsi nella pena di sospensione, gli altri poi per il tempo stesso nelle pene già dette dell' inabilitazione.

Inoltre aggiungiamo a questo decreto, che i Cherici specialmente beneficiati non vestano pubblicamente calze a scacco, di color rosso, o verde.

CAPO II.

Lib. 3. decretal. Sulla fabbrica delle Chiese.

SAprai esser giunto alle nostre orecchie, che il villaggio chiamato H. dicesi esser tanto distante dalla Chiesa Parrocchiale, che in tempo d' inverno, allorchè abbondano le pioggie, non possono ad essa concorrere senza gran difficoltà i Parrocchiani onde non sono in istato di assistere in tempo congruo agli uffizj Ecclesiastici. Poichè dunque dicesi che la mentovata Chiesa talmente abbonda di rendite, che oltre ai proventi di quel Villaggio, il di lei ministro può convenientemente avere il suo sostentamento; quando la cosa sia così, ordiniamo di fabbricare ivi una Chiesa, ed istituire in essa coll' assenso canonico del fondatore un sacerdote, che percepirà per suo sostentamento i sussidj Ecclesiastici del medesimo Villaggio, tolto qualunque ostacolo d' appellazione per la presentazione del Rettore della Chiesa maggiore: provvedendo però che in essa, secondo la possibilità del luogo, si osservi il conveniente onore alla Chiesa matrice; loche certamente sembra potersi fare,

suis superioribus assignare, in pios usus aliquos convertendum. Alioquin beneficiati suspensionis, cæteri vero inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus se noverint incurrisse.

Huic insuper adjicimus sanctioni, ut clerici, præsertim beneficiati, caligis scaccatis, rubeis, aut viridibus publice non utantur.

CAPUT II.

Lib. 3. Decret. de Ecclesiis ædificandis.

(a) AD audientiam nostram noveris pervenisse, quod villa quæ dicitur H. tantum perhibetur ab Ecclesia parochiali distare, ut tempore hiemali, cum pluviæ inundant, non possunt parochiani sine magna difficultate ipsam adire: unde non valent congruo tempore Ecclesiasticis interesse officiis. Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur reditibus abundare, quod, præter illius villæ proventus, minister illius convenienter valet sustentationem habere: mandamus, quatenus, si res ita se habet, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad præsentationem rectoris Ecclesiæ majoris cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum: providens tamen, ut competens in ea honor, pro facultate loci, matrici Ecclesiæ servetur; quod quidem fieri posse videtur, cum

(a) Sess. 21. de reform. cap. 4.

ejusdem villæ dominus viginti arras terræ frugiferæ velit ad usus sacerdotis conferre. Si vero persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum, appellationis cessante diffugio, instituere non omittas.

quando il padrone del medesimo Villaggio voglia contribuire venti arre di terra fruttifera ad uso del medesimo Sacerdote. Se poi la persona della Chiesa matrice tarderà a presentare un personaggio idoneo, o vorrà impedire quell' opera, tu nonostante procura che la predetta opera si porti al suo fine, e non tralasciare di collocarvi una persona dabbene, cessando ogni sutterfugio d' appellazione.

Lib. 1. Clement. De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

Lib. 1. Clement. Dell' età, qualità, ed ordine delle persone da eleggersi.

(a) Ut ii, qui divinis in Cathedralibus, vel collegiatis, sæcularibus vel regularibus Ecclesiis sunt mancipati Officiis, vel mancipabuntur imposterum, ad suscipiendos sacros Ordines propensius inducantur, statuimus, ut nullus de cætero in hujusmodi Ecclesiis vocem in Capitulo habeat (etiam si hoc sibi ab aliis libere concedatur), nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus. Illi vero, qui dignitates, personatus, officia, vel præbendas, quibus certi Ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in eisdem Ecclesiis, vel obtinuerint in futurum, nisi justo impedimento cessante, ad hujusmodi Ordines se promoveri fecerint intra annum, ex tunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in Capitulo habeant earumdem; ipsisque distributionum, quæ dantur iis, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus quibuslibet consuetudi-

Perchè con maggior propensione s' inducano a ricevere i sacri Ordini, quelli i quali sono, o in avvenire saranno addetti ai divini uffizj nelle Cattedrali, o Collegiate, nelle Chiese secolari, o regolari, decretiamo, che niuno per l' avvenire abbia voce in Capitolo in simili Chiese, (ancorchè liberamente dagli altri gli venga accordato) se non sarà costituito nell' ordine almeno del Suddiaconato. Quelli poi, i quali pacificamente adesso possiedono, o possederanno per l' avvenire nelle medesime Chiese dignità, cariche personali, uffizj, o prebende, alle quali siano annessi certi determinati ordini, se non si saranno fatti promuovere dentro l' anno a simili Ordini, cessando un giusto impedimento, non abbiano voce in Capitolo delle medesime in conto alcuno, finchè non saranno a quelli promossi; e sia loro sottratta la metà delle distribuzioni, che si accordano a coloro, che intervengono alle solite ore, non ostante tutte le consuetudini, o statuti; dovendo nulladi-

(a) Sess. 22. de reform. cap. 4.

meno rimanere in vigore le altre pene, che sono decretate nella legge contro tali persone, che ricusano d' esser promosse agli ordini.

CAPO III.

Nel sesto, lib. 2. tit. Delle appellazioni.

LA *Romana Chiesa, e al di là di essa. Dei suffraganei della Chiesa di Rems, e suoi Uffiziali (i quali generalmente, col supplire le veci degli stessi, giudicano delle cause appartenenti al loro foro) dovendosi considerare uno, e l' istesso il Consistoro, o sia Auditorio: però dai medesimi Uffiziali devesi far l' appellazione, non ai mentovati Suffraganei (onde non sembri che dai medesimi s' interponga l' appellazione d' avanti loro stessi) ma* de jure *alla curia di Rems. Dagli Arcidiaconi poi, ed altri inferiori Prelati sottoposti ai medesimi Suffraganei, e loro Uffiziali devesi far l' appellazione agli stessi Suffraganei, e non alla medesima curia (eccettuati i detti Suffraganei;) se altro non convenga per consuetudine in questa parte alla Chiesa di Rems. Essendo poi stata fatta appellazione alla mentovata curia dall' Uditorio dei medesimi Suffraganei, o suoi Uffiziali, e l' Arcivescovo* pro tempore *di Rems, od il suo Uffiziale prima della sentenza definitiva in niun conto citino le parti in causa dell' appellazione interposta, e molto meno commettano quella ad altri, senza esprimere un motivo probabile, o legittimo d' appellazione.*

(a) Sess. 22. de reform. cap. 7.

nibus vel statutis; pœnis aliis, quæ contra tales promoveri ad ordines recusantes statuuntur in jure, nihilominus in suo robore permansuris.

CAPUT III.

In Sexto, lib. 2. tit. De appellationibus.

(a) ROmana Ecclesia, & infra. Cum Suffraganeorum Rhemensis Ecclesiæ, suorumque Officialium, (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorum vices supplendo cognoscunt) unum, & idem consistorium, sive auditorium sit censendum: ab ipsis Officialibus, non ad dictos Suffraganeos (ne ab eisdem ad seipsos interponi appellatio videatur) sed de jure ad Rhemensem est curiam appellandum. Ab Archidiaconis vero, aliisque inferioribus prælatis Suffraganeis subjectis, ejusdem, & eorum Officialibus, ad Suffraganeos ipsos debet, & non ad eamdem curiam (omissis dictis Suffraganeis) appellari; nisi aliud Rhemensis Ecclesiæ de consuetudine competat in hac parte. Cum autem ad præfatam curiam ab eorumdem Suffraganeorum vel suorum Officialium audientia fuerit appellatum, Rhemensis Archiepiscopus (qui pro tempore fuerit) vel Officialis ipsius, nullatenus in appellationis causa interpositæ ante definitivam sententiam citent partes, nec etiam aliis illam committant, appellationis ejusdem causa probabili, seu legitima non expressa.

Si vero vocatis partibus, vel nullatenus, aut non intra decem dies post interlocutoriam, vel definitivam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, sicque non esse per appellationem ad eumdem Archiepiscopum, vel ejus Officialem devolutum negotium proponatur, iidem (nisi prius ipsis constiterit causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam) prohibere, ne in causa illa, vel ne ad executionem procedatur sententiæ, non præsumant.

Quod si objiciatur ex injusta causa, seu minus legitima, ante sententiam appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem hujusmodi admittendam, nequeunt prædicti Archiepiscopus, vel ejus Officialis prohibere, ne procedatur in causa, nisi prius appellatione recepta velut emissa ex causa probabili, cognoscere incipiant de causis hujusmodi, an sit vera. Si autem post sententiam in casibus a jure prohibitis (utpote a sententia super manifesto, & notorio crimine, vel de quo quis in jure confessus extitit promulgata) vel consimilibus appellatum fuisse dicatur; possunt, ne sententia executioni mandetur (postquam cognoscere cœperint, utrum sit recipienda, vel non appellatio ab eo interposita) inhibere. In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem, & appellatum controversia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentat, non valet occasione hujusmodi jurisdictionem aliquam vindicare. Cum vero is, qui ad Rhemensem curiam super aliqua causa vocem

Se poi chiamate le parti propongasi non essere stata fatta appellazione in conto alcuno, o neppure dentro lo spazio di dieci giorni dopo la sentenza interlocutoria, o definitiva, o qualche altra simil cosa, e così non essere stato devoluto l'affare per appellazione al medesimo Arcivescovo, o al di lui Uffiziale; i medesimi (se prima non costerà ad essi che la stessa causa è stata a loro totalmente rimessa) non pretendano di proibire, che non si proceda in quella causa, o all' esecuzione della sentenza.

Che se si obietti, che per ingiusta causa, o meno legittima sia stata interposta l'appellazione prima della sentenza, e perciò non doversi ammettere simile appellazione; non possono i predetti Arcivescovo, e di lui Uffiziale proibire, che non si proceda nella causa, se prima ricevuta, o dimessa l'appellazione per un motivo probabile, non incomincino a conoscere sull' oggetto di questa causa, se ella sia vera. Se poi dopo la sentenza, in casi proibiti dalla legge (come di un delitto manifesto, e notorio, o del quale alcuno rimase confesso in jure *per sentenza già emanata) od in altri consimili dicasi essere stata l'appellazione, possono inibire, che la sentenza non si produca all' esecuzione (dopo che avranno incominciato a conoscere se debba accettarsi anche la non appellazione da esso interposta.) Non può parimente appropriarsi alcuna giurisdizione per simile occorrenza contro un altro, il quale attenta qualche cosa dopo la loro inibizione circa un affare, di cui verte controversia fra l'appellante, e l'appellato. Quando però quegli, il quale dà corso alla voce d' appellazione sopra un qualche moti-*

vo presso la curia di Rems, e non pertanto resti soggetto nelle cause alla giurisdizione del suo Ordinario; l' Arcivescovo di Rems, o l' Uffiziale dell' istesso non impediscano in verun conto essa giurisdizione in altri, a segno di esimere in tal maniera l' appellante dalla totale potestà del medesimo Ordinario. Devesi poi ricorrere a quello dai Vescovi della predetta provincia sopra le cause, nelle quali esercita una giurisdizione temporale, se per avventura secondo la consuetudine, o privilegio, od altro diritto si debba appellare ad un altro. Parimente non revochino in veruna maniera, e non pubblichino esser nulle le sentenze d' interdetto, sospensione, o scomunica promulgata contro l' appellante da quello, da cui vien proposta la cosa appellata, se non chiamate le parti, e fattà legittima cognizione sopra l' appellazione. Essendo poi stata fatta appellazione all' Arcivescovo di Rems dal tribunale del suo Suffraganeo sopra una qualche causa prima della sentenza, il medesimo Arcivescovo (dopoche consterà dalla cognizione dell' appellazione essere stata quella meno ragionevole) non differisca di rimetter la causa al medesimo Suffraganeo.

appellationis emittit, nihilominus in causis Ordinarii sui jurisdictioni subjiciatur; Rhemensis Archiepiscopus, vel Officialis ipsius nequaquam jurisdictionem ipsam in aliis impediant, ut ab ejusdem Ordinarii potestate totaliter eximant taliter appellantem. Debet autem ad eum ab Episcopis præfatæ provinciæ super causis, in quibus temporalem jurisdictionem exerceat, nisi forte de consuetudine aut privilegio, sive jure alio speciali sit appellandum ad alium appellari. Sententias quoque interdicti, vel suspensionis, seu excommunicationis in appellantem ab eo, a quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenus, nisi vocatis partibus, et de appellatione legitime cognita, revocent, aut denuntient esse nullas. Cum autem ad Rhemensem Archiepiscopum ab audientia Suffraganei sui super aliqua causa fuerit ante sententiam appellatum, idem Archiepiscopus (postquam de appellatione cognita constiterit eam minus rationabilem extitisse) causam ad eumdem Suffraganeum remittere non postponat.

Bonifazio VIII. Nel sesto, lib. 3. tit. 2. Sopra i Cherici conjugati. Cap. unic.

I Cherici che han contratto matrimonio con donne uniche, e vergini, se portano tonsura, e vestono abiti Chericali, mantengano il privilegio del Canone pubblicato in favore di tutto l' ordine chericale da Innocen-

Bonifacius VIII. in Sexto, lib. 3. tit. 2. de Clericis conjugatis, cap. unic.

(a) Clerici, qui cum unicis, et virginibus contraxerunt, si tonsuram, et vestes deferant clericales, privilegium retineant *(b)* Canonis ab Innocentio Secundo prædecessore nostro editi in favorem

(a) Sess. 23. de ref. cap. 6.

(b) Si quis suadente, 17. quæst. 4.

Totius ordinis clericalis. Et cum juxta (*a*) Parisiense Concilium nullus clericus distringi debeat, aut condemnari a judice sæculari; præsenti declaramus edicto, hujusmodi clericos conjugatos pro commissis ab eis excessibus, vel delictis trahi non posse criminaliter, aut civiliter ad judicium sæculare, nec ab ipsis sæcularibus judicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter (ne per unam viam concedatur eisdem judicibus, quod per aliam denegatur) nullatenus condemnari. In ceteris autem, vel nisi, ut præmittitur, tonsuram, vel vestes deferant clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus privilegio clericali.

zo Secondo nostro predecessore. E non dovendosi a norma del Concilio di Parigi molestare, o condannare dai giudici secolari verun Cherico; dichiariamo col presente editto, che simili Cherici conjugati non possano essere criminalmente, nè civilmente condotti in giudizio per eccessi o delitti da loro commessi, nè debbano in verun conto esser condannati personalmente, od ancora pecuniariamente dagli stessi giudici secolari (per non rilasciare agli stessi giudici per una parte, quello, che vien loro in un' altra negato.) Riguardo poi agli altri, non vogliamo, che godano del privilegio chericale, anche nelle cose già premesse, se o non portino la tonsura, o gli abiti clericali, come si è premesso.

Gregorius X. in Generali Concilio Lugdunensi. In 6. lib. 3. tit. 10 *De Censibus, & exactionibus, cap.* 2.

(*b*) Exigit perversorum audacia, ut non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicis recordationis Innoc. Papæ Quarti, prædecessoris nostri, editam super non recipiendis in pecunia procurationibus, ac super receptione munerum visitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire; volentes inviolabiliter observari, eam decernimus pœnæ adjectione innovandam: Statuentes, ut universi, et singuli, qui ob

Gregorio X. nel Generale Concilio di Lione. Nel 6. lib. 3. tit. 10. Dei Censi, ed esazioni, cap. 2.

Esige la sfrontatezza dei malvagi, che non dobbiamo contentarci della sola proibizione dei delitti, ma imporre eziandio una pena ai delinquenti. Volendo noi pertanto che inviolabilmente sia conservata la Costituzione di Innocenzo Papa IV. di felice memoria pubblicata rispetto alla non accettazione di procure in danaro, e sopra la percezione di regali proibita ai visitatori, e loro domestici, abbiamo perciò determinato di rinnovar la medesima con una aggiunta di pena: Decretando, che tutti, e ciascheduni, i quali ardiranno esigere danaro per una procura a loro dovuta in ragione di visita, o ri-

(*a*) Cap. Nullus de Foro comp. in 6.

(*b*) Sess. 24. de reform. cap. 3.

esserne ancora da chi volesse; od altrimenti presumeranno di violare l' istessa costituzione col ricever regali; o senza avere compiuto il dovere della visita; alterar la procura, in cose di vitto; o qualche altro di simile in occasione di procura, siano obbligati a restituire dentro un mese alla Chiesa, dalla quale è stato preletto, il duplo di quel che avranno ricevuto. Altrimenti da quel momento i Patriarchi, gli Arcivescovi, e Vescovi, che differiscono a restituire fuori del tempo prescritto l' istesso duplo, sappiano esser loro interdetto l' ingresso nella Chiesa. Gl' inferiori poi conoscano esser sospesi dall' uffizio, e benefizio finchè non paghino alle Chiese aggravate di questo duplo una total soddisfazione, senza che per loro sia valido in questo punto il rilascio, la liberalità, o grazia dei donatori.

Dal Concilio Lateranense sotto Innocenzo III. cap. 8. lib. 5. delle Decretali tit. 1. Delle accuse, e processi, cap. 24.

Evidentemente si ricava dalle autorità del vecchio, e nuovo Testamento qualmente, e quando debba un Prelato devenire al processo, e punizione degli eccessi dei sudditi; dalle quali autorità di poi emanarono le sanzioni canoniche, siccome tempo fa abbiamo chiaramente distinto, e adesso lo confermiamo con approvazione del sacro Concilio. Perciocchè si legge nell' Evangelio, che quel fattore, che era stato infamato d' aver quasi dissipati i beni del suo padrone, udì

procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam a volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipiendo munera, sive visitationis officio non impenso, procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione violare præsumpserint, duplum ejus, quod receperint, Ecclesiæ, a qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi Ecclesiæ sentiant interdictum. Inferiores vero ab officio, et beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo hujusmodi gravatis Ecclesiis plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate, seu gratia valitura.

Ex Concil. Lateran. sub Innoc. III. cap. 8. & lib. 5. Decret. tit. 1. de accusat. & inquisit. cap. 24.

(*a*) Qualiter, et quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, et puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus novi, et veteris Testamenti colligitur evidenter: ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones, sicut olim aperte distinximus, et nunc sacri approbatione Concilii confirmamus. Legitur enim in Evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: (*b*) *Quid hoc au-*

(*a*) Sess. 24. de ref. cap. 5.

(*b*) Luc. 16.

dio de te? redde rationem villitationis tuæ; jam enim non poteris villicare. Et in Genesi Dominus ait: (a) *Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverunt*. Ex quibus auctoritatibus manifeste comprobatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem, et famam ad aures Superioris pervenerit, non quidem a malevolis, et maledicis, sed a providis, et honestis, nec semel tantum, sed sæpe; quod clamor innuit, et diffamatio manifestat, debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, ut si rei poscerit qualitas, canonica districtio culpam feriat deliquentis, non tamquam sit auctor, et judex, sed quasi deferente fama, vel denuntiante clamore, Officii sui debitum exequatur. Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen observandum est in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex Officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare; quin etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, et insidias patiuntur. Ideo sancti Patres provide statuerunt, ut accusatio Prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis, corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt

(a) Gen. 18.

dal medesimo: Cosa sento a parlare di te? rendimi conto della tua amministrazione; perciocchè quindi innanzi non potrai più amministrare. *E nella Genesi disse il Signore*: Scenderò, e vedrò, se hanno compiuto coll' opere quel clamore, che è giunto fine a me. *Dalle quali autorità si comprova manifestamente, che non solo quando un suddito, ma ancora quando un Prelato eccede, se per diceria, e fama giungerà all' orecchie d' un superiore, non già dai malevoli, e maldicenti, ma da persone prudenti, ed oneste; non una sola, ma più volte in faccia ai più provetti della Chiesa deve con maggior diligenza esaminare quel che la comun diceria accenna, e la diffamazione manifesta, acciocchè se l' esigerà la qualità dell' affare, una canonica punizione ferisca la colpa del delinquente, ed egli eseguisca il debito del suo uffizio non come autore, e giudice, ma quasi per pubblica fama, e clamorose denunzie. E benchè sia ciò da osservarsi nei sudditi, con maggior cura devesi nei Prelati, che sono posti quasi bersaglio alla saetta. Perchè poi non possono compiacere a tutti, essendo tenuti* ex officio *non solo a redarguire ma ancora a sgridare; che anzi talvolta eziandio a sospendere, non mai però vincolare, ben sovente incontrano l' odiosità di molti, e ne soffrono l' insidie. Perciò providamente hanno istituito i Ss. Padri, che l' accusa dei Prelati non venga facilmente ammessa, onde, scosse le colonne, non precipiti l' edifizio; senza aver prima usata una diligente cautela, per la quale si chiuda ogni adito non solo alla falsa, ma ancora alla maliziosa calun-*

nia. Ma vollero provvedere ai Prelati, perchè non fossero ingiustamente calunniati, in modo tale, da cautelarsi ciò non pertanto, che insolentemente non mancassero; ritrovando una congrua medicina contro l' uno, e l' altro morbo, cioè che un' accusa criminale, la quale è diretta alla diminuzione, vale a dire degradazione del capo, non debbasi in verun conto ammettere, se prima non proceda una legittima iscrizione. Ma essendo stato taluno diffamato sopra i proprj eccessi, così che ora mai il clamore si sollevi a segno di non poter più lungamente dissimularlo senza scandalo, e tollerando senza pericolo, si proceda senza scrupolo di dubbio all' esame, e punizione di quell' eccesso non per fomite d' odio, ma per affetto di carità; purchè se sarà grave l' eccesso, benchè non venga degradato dall' ordine, sia però totalmente esentato dall' amministrazione; lo che è secondo l' Evangelica sentenza, che sia rimosso dalla sua amministrazione quel ministro, che non può rendere un degno conto della medesima. *Deve dunque esser presente quello, contro del quale si deve fare il processo, se non si sia allontanato per contumacia; e debbono esporsegli quei capitoli, sopra dei quali dovrà esser inquisito, onde abbia facoltà di difendersi. E non solamente debbono pubblicarsegli le parole, ma ancora gli stessi nomi dei testimonj onde apparisca quel che, e da chi sia stato detto; ed ancora ammettersi l' eccezioni, e repliche legittime, per non dare ansa ad infamare e deporre il falso colla soppressione dei nomi, e coll' esclusione dell' eccezioni. Ad oggetto per tanto di correggere gli eccessi dei sudditi tanto più diligente-*

providere Prælatis, ne criminarentur injuste, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter; contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis, (id est, degradationem) intenditur, nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ita ut jam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupolo, ad inquirendum, et puniendum ejus excessus, non ex odii fomite, sed charitatis procedatur affectu: quatenus si fuerit gravis excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino: quod est secundum evangelicam sententiam, a villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentaverit, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi seipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, ut quid, & a quo sit dictum, appareat, publicanda; necnon exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionem vero exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet Prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas dese-

reret incorrectas: contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem eorum, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave dispendium veniatur; sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denuntiationem charitativa admonitio; & inquisitionem clamosa insinuatio prævenire; illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequaque servandum, quæ, cum causa requirit, facilius, & liberius a suis possunt administrationibus amoveri.

mente deve insorgere il Prelato, quanto con maggior danno lascerebbe inemendate le loro offese: contro dei quali, per tacere degli eccessi notorj, benchè si possa procedere in tre maniere, cioè per accusa, denunzia, od inquisizione di essi, onde non si divenga a grave dispendio in grazia d'un lieve compendio; siccome deve precedere all'accusa una legittima inscrizione, così anche alla denunzia una caritatevole ammonizione, ed una risentita insinuazione deve prevenire l'inquisizione; conservata sempre quella moderazione, che la forma delle sentenze ancora sia dettata a tenore della forma del giudizio. Questo ordine però non crediamo doversi osservare per nessun verso circa le persone regolari, le quali, esigendolo un motivo, più facilmente, e liberamente possono esser rimosse dalle loro amministrazioni.

Lib. 6. Decretal. tit. 33. de Privilegiis, & excess. prel. c. 16.

(a) Cum capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur hujusmodi privilegio, quod nullus Archiepiscopus vel Episcopus in personas Canonicorum ejusdem capellæ suspensionis, vel excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam capellæ supradictæ Canonici, qui parochiales Ecclesias a te tenent, occasione privilegii prælibati, in his etiam quarum jurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcumque graviter interdum excedant, tuæ correctioni recusent, et sententiæ subjacere. Quocirca

Lib. 6. Delle decretali, tit. 33. dei Privilegj, ed eccessi prel. cap. 16.

Dicendosi, che la Cappella del Duca di Borgogna goda tal privilegio, che niuno Arcivescovo, o Vescovo ardisca di promulgare sentenze di sospensione, scomunica, o interdetto contro i Canonici della medesima Cappella: alcuni Canonici della sopraddetta Cappella, i quali ottengono da te Chiese parrocchiali, dicono coll'occasione del privilegio prelibato, di essere esenti, ancora in quelle Chiese, la giurisdizione delle quali a te appartiene, in modo tale, che quantunque talvolta gravemente eccedono, ricusano di sottoporsi alla tua correzione, e sentenza. Sopra di che ordiniamo, che tu

(a) Sess. 24. de reform. cap. 11.

desferisca ossequiosamente, riguardo alla medesima cappella, ai privilegj Apostolici, in quanto che ne sono esenti, ma in quanto poi si riconoscono obbligati a riguardare la tua giurisdizione ad oggetto delle Chiese parrocchiali, ed altre, liberamente eseguisci contro i medesimi il tuo dovere.

mandamus, quatenus in quantum exempti sunt, ejusdem ratione capellæ Apostolicis privilegiis deferas reverenter, sed in quantum ratione parochialium Ecclesiarum, vel alias, jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officii tui debitum in eosdem libere prosequaris.

Nel sesto, lib. 3. Dei Cherici che non fan residenza, cap. unico.

In Sexto, lib. 3. tit. de clericis non residentibus, cap. unic.

Riprovando noi totalmente la consuetudine, la quale è oramai inveterata in alcune parti, e per la quale i Canonici, ed altri benefiziati, o Cherici delle Cattedrali, ed altre Chiese Collegiate, come se continuamente servissero in esse Chiese nei medesimi uffizj, ricevono per l'intero le distribuzioni quotidiane, che altrimenti chiamansi benefizj manuali o vittuali, e solo si distribuiscono ai residenti, come se siano presenti nelle città, od altri luoghi, (nei quali esse Chiese consistono) benchè non intervengano ai divini uffizj; decretiamo che le stesse quotidiane distribuzioni, in qualunque cosa consistano, si distribuiscano, a norma dell'ordinazione ragionevole di qualunque Chiesa già fatta, o da farsi ancora, ai Canonici, ed altri benefiziati, e Cherici di esse Chiese, che avranno assistito ai medesimi uffizj in esse Chiese; chi poi avrà diversamente percetto qualunque cosa delle stesse distribuzioni (eccettuati quelli, i quali una qualche infermità, o giusta, e ragionevole necessità corporale, od evidente vantaggio della Chiesa scusasse) non acquisti il dominio di co-

(*a*) Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inolevit, qua canonici, et alii beneficiati seu clerici cathedralium, et aliarum collegiatarum Ecclesiarum, distributiones quotidianas, quæ alias manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, et tantum residentibus tribuuntur, qualitercumque in civitatibus, seu aliis locis (in quibus ipse consistunt Eccl.) sint præsentes, licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt, ac si continue in ipsis Ecclesiis, in eisdem officiis deservirent, penitus improbantes: statuimus, ut distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscumque rebus consistant, Canonicis, ac aliis beneficiatis, et clericis Ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officiis in ipsis Ecclesiis, adfuerint, tribuantur juxta Ecclesiæ cujuslibet ordinationem rationabilem jam factam, seu etiam faciendam: qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis quos infirmitas, seu justa, et rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excusaret) rerum

(*a*) Sess. 24. de reform. cap. 11.

sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas; imo ad omnium restitutionem, quæ contra hujusmodi constitutionem nostram receperit, teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniversariis largiendis idem decernimus observandum.

se in tal modo percette, nè se le appropri; anzi sia tenuto alla restituzione di tutte quelle, che avrà percette contro questa nostra costituzione. Decretiamo ancora, che l' istesso debba osservarsi per le distribuzioni da elargirsi per gli anniversarj dei defunti.

In sexto, lib. 3. tit. 16. De statu regularium. cap. unic.

decedentium, quæ etiam ampliamus, et extendimus ad habentes Ecclesias in Urbis districtu, ibique residentes, et decedentes, spolia Cameræ Apostolicæ applicata, hactenus emanatis nullatenus præjudicare, neque quidquam in eis alterare intendimus, sed ea in suo robore, ut antea, manere volumus, præterquam quoad eos, qui in suis Ecclesiis juxta formam prædicti Concilii resederint, et specialem licentiam testandi habuerint: hanc enim tantum salvam eis esse volumus, ita ut generalis licentia testandi eis, quamquam residentibus, minime suffragetur, sed sola speciali, si quam habuerint, tueri se possunt. Cæterum, ut præceptum, mandatum, statutum, ordinatio, revocatio, cassatio, decretum, et alia præmissa, præsentesque litteræ ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusque possit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuo firma, et illibata permaneant; volumus, mandamus, quod eædem præsentes in Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, et Cancellariæ nostræ valvis, ac Acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris affixæ, copia illarum ibi dimissa, ab ea die omnes perinde arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent; non obstantibus præmissis, ac in favorem curialium per fel. rec. Sixtum IV. Leonem X. Julium III. et quoscumque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos editis et approbatis, necnon aliis litteris, constitutionibus, et ordina-

tionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostri præcepti, mandati, statuti, ordinationis, revocationis, cassationis, annullationis, decreti, ampliationis, extensionis, intentionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Cæs. Glorierius.
Visa de Curia M. de Enciso.
H. Cumyn.

Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Indictione septima, die vero 20. Mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et D. N. Pii divina Providentia Papæ IV. anno quinto. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ publicatæ, et affixæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, et ad valvas Cancellariæ Apostolicæ, et in Acie Campi Floræ, dimissis in præfatis locis præsentium retroscriptarum literarum copiis affixis, ut moris est, per nos Julium Parinum, et Bernardinum Andreutium, prælibati Sanctiss. Dom. nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

re lo sdegno dell' Onnipotente Iddio, e dei Beati di lui Apostoli Pietro, e Paolo. Data in Roma in S. Pietro l' anno dell' Incarnazione del Signore 1564. adi 25. Novembre l' anno quinto del nostro Pontificato.

Ces. Gloriero.
Vista in Curia M. de Enciso.
H. Cumyn.

L' anno della Natività del Signore millesimo cinquecentesimo sessagesimo quarto, Indizione settima, il giorno 20. del mese di Dicembre, del Pontificato del Santissimo in Cristo Padre e Signor Nostro Pio per divina Providenza Papa IV. l'anno quinto. Le addietro scritte lettere Apostoliche furono pubblicate, ed affisse alle porte della Basilica del Principe degli Apostoli in Città, e alle porte della Cancellaria Apostolica, e in Campo Fiore, lasciate affisse nei prefati luoghi le copie delle presenti di retroscritte lettere, com' è costume per mezzo di noi Giulio Parino, e Bernardino Andreuzio, Banditori del sullodato Santissimo Signor nostro Papa.

Antonio Clerici Maestro dei Banditori.

MOTU PROPRIO.

Del Santiss. S. N. Pio per Divina Provvidenza Papa Quarto, Sopra l'esecuzione del Concilio, e delle lettere del medesimo Santissimo contro gli Arcivescovi, e Vescovi, Prelati, ed altre persone Ecclesiastiche non residenti nelle loro Chiese.

PIO PAPA IV.

Di proprio moto ec. Essendo che tanto per mezzo del Sacrosanto Ecumenico Concilio di Trento, quanto anche per mezzo delle nostre lettere, o sia bolle anche sopra ciò emanate, e fra l' altre sotto la data di Roma presso San Pietro l' anno dell' Incarnazione del Signore 1564. ai 25. di Novembre, del nostro Pontificato l' anno quinto, è ingiunto a tutti i Vescovi, Arcivescovi, ed altri, a' quali è affidata la cura dell' anime, di conoscere le proprie pecore, di offerire il Sacrifizio, per esse, e di pascerle con la predicazione della divina parola, coll' amministrazione de' Sacramenti, e coll' esempio di tutti i buoni, di aver una paterna cura dei poveri, e dell' altre miserabili persone, e segnatamente di esercitare i doveri pastorali, e attendere ed assistere diligentemente ad essi, e far altre cose, le quali si contengono nel detto Sacro Concilio, e nelle dette nostre lettere, ossia bolle. Le quali cose tutte non si possono eseguire, ed adempiere da essi, quando non vegliano, nè assistono alle greggie, ma a guisa di mercenarj abbandonano le pecore; e perciò avrebbero dovuto, e dovrebbero tutti e ciascheduno dei Vescovi, Arcivescovi, ed altri costi-

MOTUS PROPRIUS.

SS. D. N. D. PII D. Providentia Papæ Quarti super executione Concilii, et litterarum ejusdem Sanctiss. contra Archiepiscopos, et Episcopos, Prælatos, et alias personas Ecclesiasticas non residentes in eorum Ecclesiis.

PIUS PAPA IV.

Motu proprio, etc. cum tam per sacrosanctum œcumenicum Concilium Tridentinum, quam etiam per nostras litteras sive bullas, etiam desuper emanatas, et inter alias sub Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1564. 7. Kal. Decemb. Pontificatus nostri anno quinto, mandatum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis et aliis, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et signanter munera pastoralia, et eis diligenter incumbere, et assistere, aliaque facere, quæ in dicto sacro Concilio, et in dictis nostris litteris, sive bullis continentur. Quæ omnia nequaquam ab eis præstari, et adimpleri possunt, cum gregibus non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more oves deserunt; et propterea debuissent, et deberent omnes, et singuli Episcopi, Archiepiscopi, et alii in dignitatibus Ecclesiasticis

constituti, et præfecti, et quibus animarum cura existit, juxta divina præcepta, et prædicti œcumenici Concilii, ac prædictarum nostrarum literarum, seu Bullarum vim, formam, continentiam, et tenorem ad eorum respective Ecclesias, Diœceses ac alia beneficia, quibus personalis residentia requiritur ad effectum in eis personalem residentiam faciendi, sese contulisse, ac omnia, et singula in eisdem præceptis, Concilio, et literis, sive bullis respective contenta adimplevisse, et observasse. Attamen, sicut accepimus, multi, et multi præfatorum præceptorum, et mandatorum contemptores, animarumque suarum, propriæque salutis immemores, in dictis dignitatibus Ecclesiasticis, quibus cura animarum imminet, ac Episcopalibus, et Archiepiscopalibus respective constituti præmissa facere, & adimplere hactenus minime curarunt, sed distulerunt, & differunt in grave animarum suarum, gregiumque sibi commissorum periculum, & ovium suarum perniciosum exemplum, & scandalum, sententias, censuras, & pœnas propterea sibi inflictas temere, & damnabiliter incurrendo. Quæ omnia cum non sint conniventibus oculis, aut impune prætermittenda, sed graviter, ut cæteris transeant in exemplum, cum jam per tot menses inobedientes fuerint, censuras præfatas sustinendo, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque potestatis nostræ plenitudine, Dilecto filio nostro Alexandro Riario Cameræ Apostolicæ generali Auditori, cui alias etiam, seu præ-

tuiti e proposti in dignità Ecclesiastiche, e quelli a' quali incombe cura d' anime, giusta i divini precetti, e la forza, la forma, il contenuto, e il tenore del predetto Ecumenico Concilio, e delle predette nostre lettere, o bolle, essersi trasportati alle loro respettive Chiese, Diocesi, ed altri benefizj, ne' quali si ricerca la personal residenza ad effetto di fare in essi la residenza personale, ed aver adempiuto e osservato tutte e ciascheduna delle cose respettivamente contenute nei medesimi precetti, Concilio, e lettere, ossia bolle. Con tutto ciò, come abbiamo inteso molti e molti disprezzatori dei prefati precetti e comandamenti, e dimentichi delle proprie anime, e della propria salute nelle dette dignità Ecclesiastiche, alle quali incombe cura d' anime, e nelle Episcopali, Arcipiscopali rispettivamente constituiti non si curarono sino a qui di fare, ed adempiere le cose premesse, ma le differirono, e le differiscono a grave pericolo delle anime proprie, e delle greggie loro affidate, e a pernizioso esempio, e scandalo delle proprie pecore, temerariamente, e dannosamente incorrendo le sentenze, le censure, e pene perciò loro addossate. Le quali cose tutte non essendo da trasandarsi con occhi socchiusi, o impunemente; ma gravemente, perchè passino agli altri in esempio, quando già per tanti mesi sono stati disubbidienti, sostenendo le prefate censure: di moto proprio, e di certa nostra scienza, e pienezza della nostra potestà con l' oracolo della viva voce abbiamo commesso al diletto nostro figliuolo Alessandro Riario Uditor generale della Camera Apostolica, a cui altre volte ancora, e al suo predecessore, che dichiarasse, che i

detti Vescovi, Arcivescovi, ed altre persone Ecclesiastiche che hanno cura d' anime, non residenti, erano incorse le pene prefate nel detto Concilio, e nelle lettere o bolle nostre contenute, e procedesse all' effettuale esecuzione di quelle, e ad altre cose più gravi: nonostante perchè allora avea decretato, e rilassato alcuni monisteri contro certi Vescovi, ed altre persone prefate in forza di simile nostra commissione a lui fatta, acciocchè non avvenga in avvenire che si dubiti della giurisdizione di quello, di nuovo al medesimo Uditor nostro, che esercita ora l' uffizio dell' Auditorato, con la nostra autorità commettiamo e ordiniamo, qualmente tosto, essendo a se constato quanto sembrerà bastare sommariamente, semplicemente, e pianamente, conosciuta la sola verità, e con mano regia intorno alla propria disubbidienza proceda fino alla sentenza esclusivamente contro i Vescovi, Arcivescovi, ed altri Prelati di qualunque genere, esistenti tanto in Città, quanto altrove, e in qualsisia luogo, e non residenti nelle proprie Diocesi, e poscia ce ne dia parte, acciocchè noi nel Concistoro nostro secreto, col consiglio de' nostri fratelli, com' è costume, possiamo procedere, come intendiamo di procedere, alla sentenza di privazione, e deposizione di simili disobbedienti Prelati: in quanto poi agli altri che hanno cura di anime inclusivamente sino alla sentenza proceda, ed eseguisca giusta la forma, e il tenore del detto Concilio, e delle predette nostre lettere, con le medesime facoltà, come sopra, e faccia, ed eseguisca le altre cose, come si contiene nelle dette lettere, o bolle, con potestà di citare, inibire, scomunicare, sospende-

decessori suo vivæ vocis oraculo commisimus, ut dictos Episcopos, Archiepiscopos, & alias personas ecclesiasticas animarum curam habentes, non residentes, pœnas præfatas in dicto Concilio, & literis sive Bullis nostris contentas incurrisse declararet, & ad illarum effectualem executionem, aliaque graviora procederet: tamen quia nonnulla monitoria contra certos Episcopos & alias personas præfatas in vim commissionis nostræ hujusmodi sibi factæ tunc decreverat, & relaxaverat, ne in posterum de illius jurisdictione dubitari contingat, denuo eidem Auditori nostro nunc officium Auditoratus exercenti, auctoritate nostra committimus, & mandamus, quatenus statim contra Episcopos Archiepiscopos, & alios quoscumque Prælatos, tam in Urbe, quam alibi, & ubique locorum existentes, & in propriis Diœcesibus non residentibus constito sibi quantum sufficere videbitur summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu regia de inobedientia propria usque ad sententiam exclusive procedat, & deinde nobis referat, ut nos in Consistorio nostro secreto, de fratrum nostrorum consilio, ut moris est, ad sententiam privationis, & depositionis Prælatorum inobedientium hujusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quo vero ad alios curam animarum habentes usque ad sententiam inclusive procedat, & exequatur juxta formam, & tenorem dicti Concilii, & litterarum nostrarum prædictarum, cum eisdem facultatibus, ut supra ac alia

faciat, & exequatur, prout in dictis literis, sive bullis continetur, cum potestate citandi, inhibendi, excommunicandi, suspendendi a divinis, declarandi, interdicendi, aggravandi, reaggravandi, carcerandi, & brachium sæculare decernendi, relaxandi, & exequendi, aliaque faciendi necessaria quomodolibet, & opportuna, contrariis quibuscumque non obstantibus, & quod præsentis nostri Motus proprii sola signatura sufficiat, ac ubique fidem faciat, in judicio, & extra, regula contraria, & aliis quibuscumque, quibus omnibus expresse derogamus, non obstantibus.

Placet *Motu proprio I.*

Præsentetur B. Amerin. Regens.

BULLA

S. D. N. PII Divina Providentia Papæ IV. Super declaratione temporis ad observanda decreta sacri œcumenici, & generalis Concilii Tridentini.

Pius Episcopus, servus servorum Dei; ad perpetuam rei memoriam.

SIcut ad sacrorum Conciliorum decreta, ac Canones, auctoritas, atque confirmatio Apostolicæ Sedis & debet, & solet accedere: ita si qua super eis exorta sit dubitatio, ejusdem Sedis judicio, & declaratione tollenda est. Ad aures nostras pervenit, multos esse, qui dubitent, ex quo tempore cœperint decreta sacri generalis Concilii Tridentini, ad reformationem, & jus positivum dumtaxat spectantia, eos, ad quos pertinent,

re a divinis, dichiarare, interdire, aggravare, reaggravare, carcerare, e decretare il braccio secolare, rilassare, ed eseguire, e fare altre cose in qualsisia modo necessarie, ed opportune, nonostante qualunque cosa in contrario, e che la sola segnatura del presente nostro moto proprio basti, e dappertutto faccia fede in giudizio, e fuori, nonostante la regola contraria, ed altre cose di qualunque sorta, alle quali tutte espressamente deroghiamo.

Piace Motu proprio I.

Si Presenti B. Amerin. Regens.

BOLLA

Del Santissimo Signor Nostro Pio per Divina Provvidenza Papa IV. Sulla dichiarazione del tempo per osservare i Decreti dell' Ecumenico e General Concilio di Trento.

Pio Vescovo Servo de' Servi di Dio, a perpetua memoria della cosa.

SIccome l' autorità, e la conferma della Sede Apostolica, e deve, e suole aggiungersi ai decreti, e Canoni de' Sacri Concilj; così se qualche dubbio insorga sopra di essi, si deve togliere col giudizio, e dichiarazione della medesima Sede. Arrivò a nostra notizia esservi molti, i quali dubitino da qual tempo i decreti del Sacro General Concilio di Trento appartenenti solamente alla riforma, e al gius positivo abbiano incominciato ad obbligare quelli, ai quali appar-

tengono, que' spezialmente, i quali stabiliscono certi tempi per celebrare i Concilj Provinciali, e Diocesani per ricevere i Sacri Ordini, per professare la religione, per rinunziare le Chiese Parrocchiali, ed altri benefizj Ecclesiastici, che dai decreti del medesimo Concilio venga proibito ritenersi, e per eseguire molte cose di tal fatta, e l'altre tutte spettanti alla predetta riforma, e al giuspositivo soltanto da osservarsi, o da schifarsi. Noi pertanto, perchè si tolga ogni controversia, e dubbio, di moto proprio, stimammo doversi ciò dichiarare, secondo che abbiamo giudicato conveniente alla ragione, e al gius, e all'equità. Imperciocchè, quantunque i decreti dello stesso Concilio sono stati da noi confermati anche col consiglio, e consenso dei Venerabili Fratelli nostri, Cardinali di S. Romana Chiesa nel nostro Consistoro segreto sul fine del mese di Gennajo, e da quel tempo ancora cominciarono ad essere osservati appresso questa Santa Sede, nonostante perchè non poco tempo è stato consumato nell'istamparli diligentemente, e correttamente in Roma, ed è stato anche decretato dal diritto comune, che le nuove Constituzioni non abbiano forza, se non se dopo un certo tempo; ci parve conveniente e giusto, che tutti i predetti decreti spettanti alla detta riforma, e al giuspositivo solamente, abbiamo incominciato ad obbligar tutti dai primi di Maggio prossimo passato, nè che dopo quel giorno s'abbia ad ammettere la scusa di chicchessia, che gli abbia ignorati; e così con Apostolica autorità dichiariamo e definiamo, e commettiamo, e stabiliamo, che così si debba giudicare da tutti, e decretando nulla e

obligare, illa præsertim, quæ tempora certa præstituunt ad provinciales, diœcesanasque Synodos celebrandas, ad sacros Ordines suscipiendos, ad religionem profitendam, ad parochiales Ecclesias, aliaque beneficia ecclesiastica, quæ ejusdem Concilii decretis retineri prohibitum sit resignanda, & ad complures hujusmodi exequendas; ac alias omnes ad prædictam reformationem, jusque positivum tantum spectantes, quæ observari, aut evitari debeant, Nos, itaque ut omnis controversia dubitatioque tollatur: Motu proprio eam rem, prout rationi, juri, & æquitati convenire censuimus, duximus declarandam. Nam etsi ipsius Concilii decreta etiam de venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu in Consistorio nostro secreto confirmata a nobis fuerunt, sub finem mensis Januarii, & ab eo etiam tempore apud hanc Sanctam Sedem observari cœperunt: quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter, emendateque imprimendis necessario consumptum fuit, & jure etiam communi sancitum est, ut Constitutiones novæ vim non nisi post certum tempus obtineant; æquum nobis, et justum visum est, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem, jusque positivum dumtaxat spectantia, a Kal. Maji proximæ præteriti omnes obligare cœpisse, neque post eam diem excusationem cujusquam, quod ea ignoraverit, admittendam, atque ita Apostolica auctoritate declaramus ac definimus; & ab omnibus judicari debere mandamus

atque statuimus. Decernentes irritum, & inane, si quid secus a quoquam quacumque dignitate, auctoritate, & potestate prædito contigerit judicari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, quintodecimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Fed. Card. Cæsius.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Indictione septima, die vero vigesima mensis Julii, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. PII divina providentia Papæ IV. anno quinto, retroscriptæ litteræ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valvis Basilicarum Principis Apostolorum de Urbe, & sancti Joannis Lateran. necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ,

vana qualunque cosa, la quale avverrà che diversamente sia giudicata da chicchessia, anche di qualsivoglia dignità, autorità, e potestà adorno, ad onta delle constituzioni, e ordinazioni Apostoliche e d'altre cose che facessero in contrario. A nessuno dunque sia lecito affatto di lacerare, o con temerario ardimento contravvenire a questa pagina di nostra dichiarazione, definizione, comando, statuto, e decreto. Se qualcheduno poi presumerà di attentar ciò, sappia che sarà per incorrere lo sdegno di Dio onnipotente, e dei Beati di Lui Apostoli Pietro, e Paolo. Data in Roma appresso San Pietro l'anno dell'incarnazione del Signore 1564. ai 18. di Luglio l'anno 5. del nostro Pontificato.

Ferdinando Card. Cesi.

Cesare Gloriero.

H. Cumyn.

Registrata appresso Cesare Segretario.

L'anno della nascita del Signore 1564. indizione 7. il giorno 20. del mese di Luglio, del Pontificato del Santissimo Padre e Signore nostro Pio, per divina provvidenza Papa IV. l'anno quinto. Le retroscritte lettere furono affisse, lette, e pubblicate nelle porte delle Basiliche del Principe degli Apostoli della città, e di San Giovanni Lateranense, come pure della Cancellaria Apostolica, e di Campo Fiore, per mezzo di noi Giacopo Carra, e Giulio Parino Bandito-

ri del lodato Santissimo Signor nostro Papa.

Antonio Clerici Maestro dei Banditori.

MOTU PROPRIO.

Del Santissimo S. N. Pio per divina Provvidenza Papa IV.

Per mezzo di cui si deputano otto Reverendissimi Cardinali, i quali facciano, che sieno osservate le riforme da esso pubblicate, come pure i decreti del Sacro ecumenico, e generale Concilio di Trento.

PIO PAPA IV.

MOtu proprio &c. *Abbiamo pubblicato altre volte alcune constituzioni, ed ordinazioni concernenti la riforma del maggior Penitenziere, e della nostra Sacra Penitenzieria, e del Vicario nostro, e del di lui Uffizio, come pure del Camerario, e della Camera Apostolica, e dell' Uditore delle cause di quella, come anche dell' Uditor delle cause del Palazzo Apostolico, e del Governatore, e della Capitolina delle Curie, e Contradittorie, e di altri tribunali ed Uffizj dell' alma nostra Città, e Curia Romana, le quali però (come abbiamo inteso) dai prefetti, o uffiziali dei medesimi uffizj, e tribunali sono poco diligentemente osservate. Ma conciossiachè è di nostra deliberata volontà, che quelle, e parimenti i decreti del Sacro Concilio di Trento nelle cose, le quali appartengono ai loro Uffizj, del tutto dai medesimi sieno osservati; noi perciò considerando esser poco lo stabilir leggi, se non*

per nos Jacobum Carra & Julium Parinum, prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

MOTUS PROPRIUS.

S. D. N. D. PII, Divina Providentia Papæ IV.

Per quem deputantur octo Cardinales, qui faciant observari reformationes ab ipso editas, nec non decreta sacri œcumenici, & generalis Concilii Tridentini.

PIUS PAPA IV.

MOtu proprio, &c. Alias nonnullas constitutiones, & ordinationes, reformationem majoris Pœnitentiarii, ac sacræ Pœnitentiariæ nostræ, ac Vicarii nostri, ac ejus officii, necnon Camerarii, & cameræ Apostolicæ, ac illius causarum Auditoris, nec non palatii Apostolici causarum Auditorum, ac Gubernatoris, & Capitolinæ curiarum, & contradictoriarum, aliorumque almæ Urbis nostræ, ac Romanæ Curiæ tribunalium, & officiorum concernentes, edidimus; quæ tamen (ut intelleximus) ab eorumdem officiorum, & tribunalium præfectis, ac officialibus minus diligenter observantur. Cum autem enixæ nostræ voluntatis sit, ut illa, & pariter decreta sacri Concilii Tridentini in his, quæ ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino observentur: Nos propterea considerantes parum esse jura condere,

nisi sint, qui ea executioni demandari faciant, & in præmissis, prout ex debito pastoralis officii nobis (meritis licet imparibus) injuncti obligamur, salubriter, & utiliter providere, præfatasque constitutiones, & ordinationes, ac decreta Concilii, quas, & quæ hic haberi volumus pro expressis, inviolabiliter observari volentes; Venerabili fratri nostro Joanni Episcopo Tusc. Morono, Joann. Michaeli Sanctæ Anastasiæ Saraceno, ac Joann. Baptistæ S. Clementis Cicadæ, necnon Michaeli S. Sabinæ Alexandrino, Clementi S. Mariæ in Aracœli, & Ludovico S. Cyriaci in Thermis Simonetta, ac Carolo S. Martini in Montibus Borromæo Presbyteri: necnon Vitellotio S. Mariæ in porticu Vitellio nuncupatis, titulorum, diacono, (*a*) Cardinalibus committimus, & mandamus: quatenus ipsi, (*b*) seu eorum major pars, conjunctim, vel divisium, eorum arbitrio, etiam tamquam executores dictarum litterarum, constitutionum, & decretorum prædictorum constitutiones, ordinationes, ac decreta præfata, juxta tenores eorum, ac litterarum desuper confectarum, per quoscumque Pœnitentiariæ, Vicariæ, & Cameræ, ac Rotæ curiarum, ac tribunalium prædictorum judices, & officiales, sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis officiorum, & aliis eisdem Cardinalibus bene visis, etiam pecuniarum, eo ipso incurrendis pœ-

vi sieno quelli, i quali facciano che siano eseguite, e nelle premesse volendo, come vi siamo obbligati per debito del pastoral uffizio a noi (sebbene di meriti disuguali) ingiunto, provvedere salutevolmente, ed utilmente, e volendo che inviolabilmente sieno osservate le predette costituzioni, e ordinazioni, e i decreti del Concilio, le quali, e i quali vogliamo che qui si abbiano per espressi; commettiamo e ordiniamo al Venerabile Fratello nostro Giovanni Morone Vescovo Tosculano, a Giovanni Michiele di S. Anastasia Saraceno, ed a Giovambattista Cicala di S. Clemente, come pure a Michiele di S. Sabina Alessandrino, a Clemente di S. Maria in Araceli, ed a Lodovico di S. Ciriaco nelle Terme Simonetta, e Carlo di S. Martino ne' monti Borromeo Prete, come pure a Vitellozio di S. Maria in portico Vitelli Diacono, Cardinali chiamati nei titoli; che essi, o la maggior parte di loro unitamente, o disgiuntamente a loro arbitrio, anche come esecutori di dette bolle, costituzioni, e decreti, facciano che fermamente, e con effetto sieno eseguite le predette costituzioni, ordinazioni, e decreti predetti, secondo il tenore di essi, e delle bolle fattevi sopra, da tutti i predetti giudici, ed uffiziali della Penitenzieria, Vicaria, e Camera, e Rota delle Curie, e dei Tribunali, sotto pena della scomunica di sentenza data, e della privazione degli Uffizj, ed altre pene, che ai medesimi Cardinali sembreran bene, anche di danaro, da incorrersi, tanto nell' esecuzione

(*a*) Sixtus V. istius Congregationis facultates declaravit in Bulla quæ incip. *Immensa*, 1588. art. 7.
(*b*) Confirmatur Bulla S. PII V. *Cum felicii*, 1566.

dei detti decreti del Concilio, quanto delle dette nostre bolle se non salti fuori qualche dubbiezza, o difficoltà: nel qual caso riferiscano a noi, implorato anche perciò, se sarà d'uopo, l'ajuto del braccio secolare; e quelli, i quali non ubbidiranno alle bolle, e decreti predetti, e alle ordinazioni dei medesimi Cardinali, fin dall'ora, come dal medesimo giorno; e al contrario colla nostra autorità procurino, annunzino, decretino, e dichiarino, come noi col tenore di questa bolla annunziamo, decretiamo, e dichiariamo, che sieno privati degli uffizj loro, e resi inabili per conseguire in avvenire quelli, ed altri uffizj della Curia Romana, ed essi in tal maniera privati dei medesimi uffizj, che quelli come vacanti per privazione si possano liberamente e lecitamente vendere dal nostro Datario, e comperare da qualunque persona idonea pel prezzo conveniente; nonostante qualunque costituzione, e ordinazione Apostolica, e gli statuti della Penitenziaria, e delle Curie, e dei predetti Tribunali ec. anche da giuramento ec. corroborati, nonostanti anche gl'indulti privilegj, e le bolle Apostoliche a quelli, e ai detti Uffiziali, e Tribunali sotto qualunque tenore e forma, e con qualsivoglia clausula, e decreto anche di pari moto ec. oppure in qualunque altra maniera concesse. Alle quali cose tutte ec. il tenore di quelli ec. in questa volta amplissimamente deroghiamo, e vogliamo che in nessuna maniera sieno di giovamento contro le premesse; nonostante qualunque altra cosa in contrario.

Piace di *Moto proprio I.*

Data in Roma presso S. Marco ai 2. d'Agosto l'Anno 5.

nis, firmiter observari faciant, & cum effectu, nisi, tam in executione dictorum decretorum Concilii, quam dictarum litterarum nostrarum, aliqua dubietas, aut difficultas emerserit; quo casu ad nos referant, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, ac eos, qui litteris, & decretis prædictis, & eorumdem Cardinalium mandatis non paruerint, ex tunc, prout ex eadem die, & e contra, illorum officiis privatos, necnon ad illa, & alia Romana curiæ officia in posterum obtinenda inhabiles, ac ipsis ab eisdem officiis sic privatis: illa tamquam per privationem vacantia a Datario nostro vendi, & a quibusvis personis idoneis pro pretio convenienti emi, libere, & licite posse auctoritate nostra curent, nuntient, decernant, ac declarent, prout nos harum serie nuntiamus, decernimus, & declaramus: non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Pœnitentiariæ, & curiarum, necnon tribunalium prædictorum statutis, &c. etiam juramento, &c. roboratis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis, illis, ac dictis officialibus, & tribunalibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu simili, &c. & alias quomodocumque concessis, &c. Quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, eaque adversus præmissa nullatenus suffragari volumus: cæterisque contrariis quibuscumque.

Placet Motu proprio I.

Datum Romæ apud S. Marcum quarto Nonas Augusti anno 5.

BULLA

S. D. N. PII Divina Providentia Papæ IV. Contra quoscumque Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica quæcumque in confidentiam retinentes, sive recipientes.

Pius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ROmanum Pontificem in excelsa militantis Ecclesiæ specula constitutum, vigiles mentis oculos non solum in absentium extendere, sed potissimum in præsentium, domesticorumque fratrum, & filiorum suorum mores diligenter perscrutando, aliquando reflectere, ac eos præsertim, quos in Apostolicæ sollicitudinis partem evocavit Altissimus, nedum ab omni pactionis illicitæ contagione, verum etiam ab ejus omnimoda suspicione vacuos, & immunes conservare decet; ut, qui cæteros illustris officii sublimitate antecellunt, eosdem prisca etiam illa morum integritate præstare dignoscantur. Sane, licet dudum, cum certam simoniacæ gravitatis speciem, quam beneficiorum confidentiam vocant, in Romanam Curiam atque adeo in sacrum venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Eccles. Card. Collegium, quasi per cuniculos irrepsisse, ac nonnullos ex ipsis fratribus nimia quadam facilitate, seu potius importunis amicorum, familiarumque precibus adductos beneficia Ecclesiastica in confidentiam hujusmodi recepisse, & frequenter recipere, intelleximus, hanc illicitam bene-

BOLLA

Del Santissimo Signor Nostro Pio per divina providenza Papa IV. Contro tutti quelli, che ritengono, o ricevono Chiese, e qualisisieno benefizj Ecclesiastici in confidenza.

Pio Vescovo servo de' servi di Dio a perpetua memoria della cosa.

IL Romano Pontefice posto nell' alta specula della Chiesa militante, è conveniente che non solamente dei lontani, ma spezialmente rivolga qualche volta i vigilanti occhi della mente con diligente ricerca sopra i costumi dei presenti, e dei domestici fratelli, e figl uoli suoi, e conservi quelli principalmente, i quali dall' Altissimo furono chiamati a parte dell' Apostolico travaglio, liberi ed immuni non solamente da ogni contagio d' illecito patto, ma anche da qualsivoglia sospetto di esso; onde quelli, i quali per la sublimità dell' illustre uffizio soprastanno agli altri, si conoscano anche essere eminenti per quella antica integrità di costumi. In fatti, quantunque da molto tempo, quando appunto abbiamo inteso, che una certa specie di simoniaca pravità, la quale chiamano confidenza di benefizj, quasi di soppiato s' era intrusa nella Curia Romana, anzi nel Sacro Collegio dei venerabili fratelli nostri Cardinali di Santa Romana Chiesa, e che alcuni degli stessi fratelli indotti da una certa troppa facilità, o piuttosto dalle importune preghiere degli amici, e familiari aveano ricevuto, e frequentemente ricevano benefizj ecclesiastici così in confidenza, desiderando di

cacciar fuori da un così santo Collegio questa illecita maniera di esercitar la beneficenza, o di coltivar l' amicizie, quantunque, dissi, da molto tempo non una sola volta abbiamo nel Concistoro nostro segreto avvisati i medesimi Fratelli, perchè non si accostumassero a questo modo di custodire i benefizj altrui, o perchè a nessun patto li ricevessero, e perchè così ricevuti li rinunciassero: nonostante poco fa arrivò alle nostre orecchie, che alcuni di essi dimentichi della nostra ammonizione, anzi piuttosto di sestessi, non ancora hanno dimessi quei benefizj, che avevano ricevuti per custodire. E che inoltre quelli, e alcuni altri Patriarchi, Arcivescovi, ed altri Vescovi, e Cherici ancora della Camera Apostolica avevano accettato Chiese, monasterj, dignità, ed altri simili benefizj, rinunziati, ceduti, o in altro modo dimessi a favor loro, o che di quelli per morte, o per altra causa vacanti avevano ottenuto d' esser a vantaggio altrui provveduti da noi, e dai nostri predecessori, ó anche dagli Ordinarj, ed altri inferiori collatori, anche a presentazione di patroni, e che qualche volta avranno ceduti o in altra guisa dimessi a favore dei rinunzianti, o dei cedenti, o anche d' altri quelli, ed altri ancora altramente vacanti, concessi loro in titolo, commenda, o amministrazione, o altra altramente con la detta autorità. E che perciò avevano procurato e ottenuto, che fossero loro riservate pensioni annue, e i frutti, rendite, e proventi delle Chiese, monasterj dignità ed altri simili benefizj in tutto, o in parte, anche qualchevolta con la facoltà di trasferir quelle, o quelli, ed anche la collazione,

ficientiæ exercendæ, seu amicitiæ colendæ viam a tam Sancto Collegio, prorsus eliminare cupientes, eosdem Fratres in Consistorio nostro secreto non semel admonuerimus, huic aliena beneficia custodiendi modo ne assuescerent, neve illa hoc pacto reciperent, utque sic recepta dimitterent: nihilominus nuper ad aures nostras pervenit, eorum aliquos monitionis nostræ, immo potius suimet oblitos, ea quæ custodienda receperant, beneficia nondum tamen dimisisse. Et insuper illos, & nonnullos alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos & alios Episcopos, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos, Ecclesias, Monasteria, dignitates, & alia beneficia hujusmodi, in sui favorem resignata, cessa, vel alias dimissa acceptasse, aut de illis per obitum, vel alias vacantibus, a nobis, & prædecessoribus nostris, seu etiam ab Ordinariis, & aliis inferioribus collatoribus, etiam ad patronorum præsentationem, ad alterius commodum sibi provideri obtinuisse, illaque, ac etiam alia aliter vacantia, sibi in titulum, commendam, vel administrationem, aut alias dicta auctoritate concessa, quandoque in resignantium, vel cedentium, seu etiam aliorum favorem cessisse, vel alias dimisisse. Ac sibi propterea pensiones annuas, ac fructus, reditus, & proventus Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum hujusmodi in toto, vel in parte, etiam aliquando cum facultate illas, & illos transferendi, ac etiam collationem, provisionem, præsentationem, & aliam dispositio-

nem beneficiorum Ecclesiasticorum, ad earumdem Ecclesiarum, monasteriorum, & dignitatum Prælatos pro tempore existentes, ac alios hujusmodi beneficia pro tempore obtinentes pertinentium, nec non regressus, sive accessus, & ingressus ad Ecclesias etiam cathedrales, monasteria, & alia diversa beneficia Ecclesiastica sibi reservari procurasse, & obtinuisse, ad hoc videlicet, ut confidentes sic decimarum Apostolicarum, vel communis dicti Collegii, & annatæ, aliorumque jurium dictæ Cameræ debitorum solutionem eludant, integrisque beneficiorum, etiam in mensibus Apostolicis vacantium, aut alias dispositioni Sedis Apostolicæ generaliter reservatorum collationibus, ac interdum ut beneficia ipsa, tempore procedente, in aliquorum tunc forsan de jure inhabilium, & incapacium, vel nondum adhuc natorum favorem cedantur, seu resignentur, vel ut personæ inhabiles, & incapaces hujusmodi, etiam laici, pensionibus, ac fructibus, redditibus, & proventibus Ecclesiasticis fruantur, & gaudeant, seu potius illis, & facultate transferendi prædicta abutantur in animarum suarum periculum & perniciosum exemplum. Quare nos hanc Cardinalium eorumdem in monitionibus nostris parendo incuriam, & tam illorum quam cæterorum Prælatorum, etiam clericorum, ac aliorum quorumcumque indignam fallaciam conniventibus oculis diutius minime dissimulandam, sed huic errori, ne radices altius agat, occurrendum tandem esse censentes. Et quo-

provisione, presentazione, ed altra disposizione dei benefizj Ecclesiastici appartenenti ai Prelati esistenti pro tempore *delle medesime Chiese, Monasteri, e dignità, ed altri, che* pro tempore *ottengono simili benefizj, come ancora i regressi, o accessi e ingressi alle Chiese anche Cattedrali, ai Monasteri, e ad altri diversi benefizj ecclesiastici, col fine appunto di eludere così confidentemente il pagamento delle decime Apostoliche, o del comune di detto Collegio, e dell' annata, e d' altri diritti dovuti alla detta Camera, e di godere delle intere collazioni de' benefizj, anche vacanti nei mesi Apostolici, oppure generalmente riservati alla disposizione della Sede Apostolica, e qualche volta affine che i benefizj stessi, coll' andar del tempo, siano ceduti, o rinunziati a favore di alcuni, allora forse inabili per diritto, e incapaci, o non ancora nati, o perchè persone simili inabili ed incapaci anche laici, godano delle pensioni, e frutti, rendite, e proventi Ecclesiastici, o piuttosto per abusarsi di quelli, e della predetta facoltà di trasferire con pericolo dell' anime proprie, e con pernicioso esempio. Perlochè noi giudicando finalmente che non sia più a lungo da dissimularsi con connivenza questa trascuratezza dei medesimi Cardinali nell' ubbidire alle nostre ammonizioni, e la indegna frode tanto di quelli, quanto degli altri Prelati, anche dei Cherici, e di qualunque altro, ma che sia da opporsi a questo errore, perchè più profonde non getti le radici. E poichè facilmente pensiamo, che questa trascuratezza di quegli stessi, i quali non ubbidendo alla nostra ammonizione ritennero simili benefizj in confidenza, come*

di sopra si disse, e col ricavare frutti indebitamente da quelli, o col permettere che si ricavassero per mezzo d'altri a nome loro, anche per mezzo delle loro simulate affittanze, e finte quietanze, e donazioni, e condonazioni, oltrepassarono gravemente la meta dei Cardinali, sia provenuta piuttosto da smoderata condiscendenza verso i suoi, che da disprezzo alcuno dei nostri comandi. Perciò per Apostolica autorità, col tenore della presente decretiamo, e dichiariamo, che tutte e cadaune Chiese, anche Metropolitane, ed altre Cattedrali, e Monasteri, anche Concistoriali, Priorati, Prepositure, Prepositati, Dignità, anche maggiori e principali, anche Conventuali, amministrazioni di personato, e uffizj, ed altri benefizj Ecclesiastici con cura, e senza cura, secolari, e regolari di qualsivoglia Ordine, anche di gius patronato, anche di laici, anche nobili, e illustri, anche per fondazione, e dotazione esistenti dagli stessi Vescovi Cardinali della medesima Chiesa Romana, e da qualsivogliano altri anche Patriarchi, Arcivescovi, ed altri Vescovi, ed anche Cherici della medesima Camera a contemplazione, od oggetto di qualunque persona, in qualunque modo ricevuti in titolo, commenda, e amministrazione, come altre volte in siffatta confidenza dalla legge proibita, col tenore di questa bolla riservando la libera collazione, e disposizione di quelli a Noi, e alla Sede Apostolica, dichiariamo, dissi, che per diritto istesso sieno vacati, e vachino dal dì, che furono ricevuti; e che le riserve dei frutti, e delle pensioni, e le facoltà di trasferire, e le concessioni della collazione dei benefizj ad essi fatte, come si promette,

niam hanc ipsorum, qui monitioni nostræ non parentes, beneficia hujusmodi in confidentiam, ut præfertur, retinuerunt, & fructus ex eis indebite vel percipiendo, vel per alios nomine suo; etiam per simulatas illorum locationes, et fictas de receptis quietantias, ac donationes, et remissiones percipi sinendo, graviter excesserunt Cardinalium metam: potius ex immoderata erga suos indulgentia, quam aliquo præceptorum nostrorum spretu processisse facile reputamus. Idcirco omnes & singulas Ecclesias, etiam Metropolitanas, & alias Cathedrales, ac Monasteria, etiam Consistorialia, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Dignitates etiam majores, & principales, etiam Conventuales, personatus, administrationes, & officia, cæteraque beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, etiam de jure patronatus, etiam laicorum, etiam nobilium, & illustrium, etiam ex fundatione, & dotatione existentia, per ejusdem Romanæ Ecclesiæ etiam Episcopos Cardinales, et quoscumque alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos, et alios Episcopos, ac etiam ejusdem Cameræ clericos, in titulum, commendam, vel administrationem, ut alias in hujusmodi confidentiam jure proibitam, cujusvis personæ ut præfertur, contemplatione, vel intuitu, quovis modo recepta, illorum liberam collationem, et dispositionem nobis, et Sedi Apostolicæ, harum serie reservantes, ipso jure a die receptionis eorumdem vacavisse, et vacare, ac fructuum, et

pensionum reservationes, ac facultates transferendi, et collationis beneficiorum concessiones eis, ut præmittitur, factas, ac regressus, sive accessus, et ingressus concessos hujusmodi cessasse, et cessare, ac extinctos esse, et eosdem Cardinales, seu quosvis alios, a prima die receptionis beneficiorum hujusmodi, citra fructus, et reditus, et proventus earumdem Ecclesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, et aliorum beneficiorum, ac pensiones prædictas, indebite percipere, suosque facere non potuisse, neque debuisse; sed illos omnes, et singulos ad Cameram devolutos fuisse, et esse, illique deberi, ac ipsos Cardinales, et alios, ad quorum manus quomodolibet pervenerunt, et eorum hæredes ad integram illorum restitutionem in utroque foro teneri, et ad id opportunis juris remediis compelli debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, et declaramus. Et insuper universis, et singulis tam ejusdem Romanæ Eccl. Cardinalibus, etiam Episcopis, quam Prælatis, et Clericis, et aliis prædictis, præsentibus, et futuris, ne deinceps ullo unquam tempore aliquas Ecclesias, Monasteria, Dignitates, vel alia beneficia etiam de dicto jure patronatus, uti præfatur, existentia, aut fructus, vel pensiones, aut regressus, seu accessus in confidentiam prædictam, aut ad effectum reservationum hujusmodi sibi postmodum cedentibus procurandarum, recipere præsumant. Cardinalibus vero, et aliis Prælatis, hujusmodi in virtute sanctæ obedientiæ, et

e i regressi, ossia accessi e ingressi in tal modo concessi, siano cessati, e cessino, e rimangano estinti, e che i medesimi Cardinali, o qualisivogliano altri, dal primo dì, che hanno ricevuti simili benefizj, indebitamente percepiscono i frutti, e rendite, e proventi delle medesime Chiese, Monasteri, dignità, ed altri benefizj, e le predette pensioni, nè hanno potuto, nè dovuto farsi suoi; ma che tutti e cadauno di quelli sono stati, e sono devoluti alla Camera, e a quella sono dovuti, e che gli stessi Cardinali, ed altri, alle mani de' quali in qualsisia modo pervennero, e i loro eredi sono tenuti nell' uno, e l' altro foro all' intera restituzione di quelli, e che a ciò si debbono costringere cogli opportuni rimedj della legge. E inoltre a tutti e ciascheduno tanto Cardinali della medesima Chiesa Romana, anche Vescovi, quanto ai Prelati, e Cherici, e agli altri predetti presenti, e futuri severamente proibiamo, che in avvenire in nessun tempo mai non presumano di ricevere alcune Chiese, Monasteri, dignità, o altri benefizj, anche esistenti come si è detto, del giuspatronato, o frutti, o pensioni, e regressi, ossia accessi nella predetta confidenza, o ad effetto di siffatte riserve da procurarsi a chi poi le cede. Più severamente poi la proibiamo ai Cardinali, ed altri tali Prelati in virtù di santa ubbidienza, e sotto pena d' interdetto ingresso di Chiesa, agli altri sotto pena della scomunica maggiore di sentenza data, da incorrersi sul fatto stesso dai contraffacenti, dalla quale non possano essere assolti, senonchè da noi, o dal Romano Pontefice allora esistente, fuorchè costituiti nel punto di morte. E decre-

tiamo, che tutte le collazioni, provisioni, perfezioni, commende, riserve, facoltà anche di trasferire e di regresso, o accesso ed ingresso, ed altre disposizioni circa le Chiese, i Monasteri, le dignità, ed altri benefizj, e i frutti loro, e le collazioni de' benefizj per mezzo nostro, e per mezzo d' altri Romani Pontefici successori nostri anche di proprio moto, o concistorialmente, ed anche per mezzo degli Ordinarj, ed altri inferiori Collatori, e a presentazione de' medesimi patroni, e altramente in qualsivoglia maniera fatte coll' intervento di tal confidenza, espressamente, e attualmente, e per diritto presunta, ed altramente contro le cose premesse, decretiamo, dissi, che sieno nulle e invalide, e di niuna forza o peso, nè suffraghino ad alcuno, ma che le Chiese, Monasteri, dignità, ed altri simili benefizj vachino per diritto istesso, e che sieno e si giudichino riservati alla disposizione nostra, e della Sede Apostolica, e i frutti, e le pensioni applicate alla Camera Apostolica, come si è detto; e che così in tutte e ciascheduna delle cose premesse si debba giudicare, e definire da qualisisiano Giudici e Commissarj, anche Cardinali della stessa Romana Chiesa, tolta loro qualunque facoltà d' interpretare e giudicare altrimenti, anche per mezzo di presunzioni e congetture legittime; e col procedere ad arbitrio loro (quando consti che non si possa in altra guisa metter fuori, e provare siffatta confidenza). E similmente decretiamo irrito e nullo tuttociò, che sopra queste cose avverrà che diversamente venga attentato da chicchessia, con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente, nonostan-

sub interdicti ingressus Ecclesiæ; reliquis vero sub majoris excommunicationis latæ sententiæ pœna, per contrafacientes eo ipso incurrenda, a qua, nisi a nobis, aut a Rom. Pont. pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, districtius inhibemus. Ac quascumque collationes, provisiones, perfectiones, commendas, reservationes, facultates, etiam transferendi, ac regrediendi, sive accedendi, et ingrediendi, ac alias dispositiones de Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, et aliis beneficiis, eorumque fructibus, et beneficiorum collationibus, per nos, et alios Romanos Pontifices successores nostros etiam Motu proprio, seu Consistorialiter, ac etiam per Ordinarios, et alios inferiores Collatores, et ad patronorum eorumdem præsentationem, et alias quomodolibet, cum interventu confidentiæ hujusmodi expresse, sive occulte, ac de jure præsumptæ, et alias, contra præmissa pro tempore factas, nullas, et invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam suffragari, sed Ecclesias, Monasteria, dignitates, ac alia beneficia hujusmodi ipso Jure vacare, ac nostræ, et Sedis Apostolicæ dispositioni reservata, fructusque, et pensiones Cameræ Apostolicæ applicatos, ut præfertur, esse, et censeri. Sicque in præmissis omnibus, et singulis, per quoscumque Judices, et Commissarios, etiam ipsius Ecclesiæ Romanæ Cardinales, sublata eis quavis aliter interpretandi, et judicandi facultate, etiam per præsumptiones, et

conjecturas legitimas, et eorum arbitrio (cum alias confidentiam hujusmodi in lucem erui, et probari non posse constet) procedendo, judicari, et definire debere. Ac quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum, et inane similiter decernimus; non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, et Conc. generalis de duabus Dietis, ac aliis constitutionibus Apostolicis; nec non Collegii præfati juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim, ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et ne quispiam ullo unquam tempore præsentium ignorantiam prætendere possit, volumus, et eadem auctoritate decernimus, quod ipsæ præsentes literæ ad Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe valvas, et per aliquem ex Cursoribus nostris illarum copia ibi affixa, et ibi dimissa, et etiam in Cancellaria Apostolica de more publicentur, ac in ejusdem Cancellariæ quinterno, ad majorem partium, illas in judicio producere volentium, commoditatem describantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reservationis, declarationis, inhi-

te la Costituzione di Bonifazio Papa VIII. di felice memoria nostro predecessore intorno ad una, e la Costituzione del Concilio generale intorno a due diete, ed altre Apostoliche Costituzioni; nonostanti gli statuti dal giuramento del prefatto Collegio, dalla conferma Apostolica, o da qualunque altra fermezza; nonostanti le consuetudini contrarie di qualunque sorta. E se dalla medesima Sede sia stato concesso ad alcuni comunemente, o separatamente, che non possano essere interdetti, sospesi, o scomunicati per mezzo di lettere Apostoliche, che di simile indulto non fanno menzione piena, ed espressa, e parola per parola. E perchè alcuno in alcun tempo non possa allegare ignoranza della presente bolla, vogliamo e decretiamo con la medesima autorità che questa presente bolla secondo il costume si pubblichi alle porte della Basilica del Principe degli Apostoli di città, o per mezzo di qualcheduno dei nostri Cursori si affigga, e si lasci colà una copia di quella, ed anche nella Cancellaria Apostolica; e per maggior comodità delle parti, che vogliono produrla in giudizio, si descriva nel quinterno della stessa Cancellaria.

Non sia dunque lecito ad alcun uomo al mondo di lacerare, o contravvenire con temerario ar-

dimento a questa pagina della nostra riserva, dichiarazione, inibizione, decreto, e volontà. Se sia poi che taluno presuma di ciò attentare, sappia che sarà per incorrere lo sdegno di Dio Onnipotente, e dei Beati di lui Apostoli Pietro, e Paolo. Data in Roma presso S. Pietro, l' anno dell' Incarnazione del Signore 1564. ai 26. di Ottobre, del nostro Pontificato l' anno quinto.

Vista in Curia M. de Enciso.

Ces. Glorierio.

H. Cumyn.

L' anno della Natività del Signore 1564. Indiz. 7. il dì 3. del mese di Dicembre, del Pontificato del Santissimo in Cristo Padre, e Signor nostro Pio, per divina Provvidenza Papa IV. l' anno quinto, la soprascritta Bolla Apostolica fu pubblicata, ed affissa alle porte della Basilica del Principe degli Apostoli di Città, e della Cancellaria Apostolica, e in Campo Fiore, lasciate colà nei soprascritti luoghi affisse copie della soprascritta Bolla, com' è costume, per mezzo di noi Giulio Pariano, e Bernardino Andreucci Banditori del prelodato Santissimo Signor nostro Papa.

Antonio Clerici Maestro dei Banditori.

bitionis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1564, 17. Kal. Novemb. Pontificatus nostri anno quinto.

Visa de Curia M. de Enciso.

Cas. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno a Nativitate Domini 1564. Indict. 7. die vero 3. mensis Decembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri D. PII, divina providentia Papæ IV. anno quinto, suprascriptæ literæ Apostolicæ publicatæ, et affixæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, et Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem in suprascriptis locis suprascriptarum litterarum copiis affixis, ut moris est, per nos Julium Parinum, et Bernardinum Andreutium, prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

BOLLA

S. D. N. Pii Papæ IV. Revocatoria Privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conservatoriarum, indultorum, confessionalium, Maris magni, et aliarum quarumcumque similium gratiarum, quibuscumque locis, et personis concessarum, in his, in quibus statutis, et decretis sacri Concilii Tridentini contrariantur.

Pius Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

(a) IN Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti, nihil neque universali Ecclesiæ curæ, et sollicitudini nostræ commissæ salubrius, neque injuncto nobis Apostolicæ servitutis officio decentius præstare possumus, quam quod providentiæ nostræ ministerio œcumenicum Conc. Tridentinum, sicut nostris potissimum auspiciis, summaque sanctorum Patrum concordia, per Dei misericordiam feliciter absolutum fuit: ita per universos qui Christiana pietate censentur, ubique suscipiatur, et remotis quibuslibet obstaculis, ab omnibus æqualiter observetur. Cum itaque in eodem Concilio quamplurima salubria, et ad universalem morum reformationem valde utilia decreta atque statuta, maturo præsentium ipsorum examine præcedente, sint edita, quibus multa, atque di-

BOLLA

Del Ss. S. N. Pio Papa IV. Rivocatoria dei privilegj, esenzioni, immunità, facoltà, conservatorie, Indulti, Confessionali, Mare magno, ed altre di qualunque genere simili grazie a qualunque luogo, e persona concesse, in quelle cose nelle quali sono contrarie agli statuti, e decreti del Sacro Concilio di Trento.

Pio Vescovo Servo de' Servi di Dio, a perpetua memoria della cosa.

NElla Sede del Principe degli Apostoli, benchè di meriti disuguali, per divina disposizione costituiti, niente possiamo fare nè più salutevole alla Chiesa universale alla nostra cura, e sollecitudine affidata, nè più conveniente al debito ingiuntoci dell' Apostolica servitù, quantochè pel ministero della Provvidenza nostra l' Ecumenico Concilio di Trento, siccome coi nostri auspicj specialmente, e con somma concordia dei Santi Padri per misericordia di Dio fu felicemente compiuto; così da tutti quelli, i quali son forniti di Cristiana pietà, si abbracci dappertutto, e allontanato ogni ostacolo, da tutti ugualmente si osservi. Pertanto essendochè nel medesimo Concilio si son pubblicati moltissimi decreti, e statuti salutevoli, e molto utili all' universale riforma dei costumi, previo il maturo esame degli stessi presenti, ai quali decreti, e statuti molti, e diversi privilegj, esenzioni, immunità, dispense,

(a) Greg. XIII. privilegia Regularibus concessa a S. Pio V. reduxit inter terminos Concil. per Bullam, *In tanta*, 1573.

facoltà, conservatorie, indulti, e come dicono, Confessionali, e il Mare magno, ed altre grazie, le quali a varie Chiese tanto Cattedrali anche Metropolitane, quanto Collegiate, a Monasteri, Conventi, e ad altre Case, ed Ordini Religiosi, anche di Frati Mendicanti, come pure di Santo Spirito in Sassia, di S. Giovanni Lateranense, e degli Incurabili di città, di S. Antonio di Vienna, e di S. Bernardo, ed altri Ospitali, Milizie, e loro Capitoli, e a Conventi, e Università, anche a Collegj di studj generali tanto secolari, quanto Ecclesiastici, a Confraternite, Società, ed a Fabbriche tanto del Principe degli Apostoli di città, quanto ad altre, alla Santa Crociata, e ad altri luoghi pii, ed opere, come pure a Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi, Prelati, Abadesse, Priori, Prevosti, e ad altri Ecclesiastici, tanto secolari, quanto regolari di diversi ordini, è milizie, ed anche a laici di qualsisia dignità Ducale, Regia, ed Imperiale, come anche ad alcuni Nodari, ed anche a Legati a Latere, e Nunzj, tanto in perpetuo, quanto per qualche tempo da più Romani Pontefici predecessori nostri, e da noi, e dalla Sede Apostolica, e dai di lei Legati sia di moto proprio, e di certa scienza, e pienezza di potestà Apostolica, od anche a contemplazione, e riguardo d' Imperatori, Re, Duchi, ed altri Principi, anche col consiglio dei fratelli, in diversi modi, e in varj tempi in genere, e in ispezie, per qualche onesta causa furono concesse, ed anche più volte confermate, e rinnovate, nella maggior parte s' oppongono. Noi a' quali spezialmente sta a cuore, che così santi, e salutevolissimi decreti della Chiesa di

versa privilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conservatoriæ, indulta, et, ut vocant, confessionalia, et Mare magnum, et aliæ gratiæ, quæ variis, tam cathedralibus, etiam Metropolitanis, quam collegiatis ecclesiis, monasteriis, conventibus, et aliis religiosis etiam Fratrum mendicantium domibus, et Ordinibus, necnon Sancti Spiritus in Saxia, Sancti Joannis Lateranensis, ac Incurabilium de Urbe, Sancti Antonii Viennensis et Sancti Bernardi Jurenensis aliisque Hospitalibus, Militiis, eorumque Capitulis, et Conventibus, ac Universitatibus, etiam Studiorum generalium collegiis, tam sæcularibus, quam ecclesiasticis, Confraternitatibus, Societatibus: et tam Principis Apostolorum de Urbe, quam aliis fabricis, Sanctæ Cruciatæ, aliisque piis locis, & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Prælatis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Præpositis, et aliis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam diversorum Ordinum, et militarium regularibus, ac etiam laicis cujuscumque dignitatis, et status, ac gradus, et excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, et Imperiali dignitate fulgentibus utriusque sexus personis; necnon aliquibus notariis, et etiam de latere Legatis, atque Nuntiis, tam perpetuo, quam ad tempus, per plures Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, et Sedem Apostolicam, ejusque Legatos hactenus etiam Motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu

etiam Imperatorum, Regum, Ducum, et aliorum Principum contemplatione, et intuitu, etiam de fratrum consilio, diversimode, variisque temporibus, in genere, vel specie, ex quavis etiam honesta causa concessa, et etiam pluries confirmata, et innovata fuerunt, in plerisque contrariantur; Nos, quibus in primis cordi est, tam Sancta, et Ecclesia Dei saluberrima decreta suos, ut par est, effectus ubique consequi, et ab omnibus obedienter observari, privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, Conservatoriarum, Indultorum, Confessionalium, Maris magni, et aliarum gratiarum prædictarum, ac quarumcumque Apostolicarum, et aliarum litterarum desuper confectarum; processuumq. decretorum, et aliorum inde secutorum, tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & plene insertis habentes; Motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quod eadem omnia, et singula privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, Conservatoriæ, Indulta, Confessionalia, Mare magnum, et aliæ gratiæ in his omnibus, et singulis, in quibus illa statutis, & decretis Concil. hujusmodi contrariantur, ipso Jure revocata, cessata, et annullata, ac ad ipsius Conc. terminos atque limites reducta sint, et esse censeantur, nec quidquam adversus ipsa decreta, et statuta, quo minus ubique et apud omnes observentur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi, et reputari

Dio conseguiscano dappertutto, com'è dovere, i loro effetti, e da tutti ubbidientemente sieno osservati, tenendo colle presenti pur sufficientemente espressi, e pienamente inseriti, come se parola per parola vi si inserissero i tenori dei privilegj, Esenzioni, Immunità, Facoltà, Conservatorie, Indulti, Confessionali, Mare magno, e delle altre predette grazie, e delle altre lettere sopra ciò fatte, e dei processi, e decreti, e conseguenze indi derivate, di proprio moto, e di scienza certa, e pienezza dell' Apostolica autorità, col tenore delle presenti dichiariamo, ed anche stabiliamo, ed ordiniamo, che tutti, e ciascheduno dei medesimi privilegj, esenzioni, immunità, facoltà, dispense, Conservatorie, Indulti, Confessionali, Mare magno, ed altre grazie in tutte e ciascheduna delle cose, nelle quali quelle si oppongono agli statuti e decreti di tal Concilio, sieno e s' intendano essere per diritto istesso rivocate, cessate, ed annullate, e ridotte ai termini, e limiti dello stesso Concilio, nè cosa alcuna possa suffragare contro gli stessi decreti, e statuti, onde non sieno dappertutto, e appresso tutti osservati, ma che si debbano tenere, e riputare, come se non mai fossero emanati, decretando nientedimeno, che tutte, e ciascheduna delle cose, le quali in vigore dei privilegj, esenzioni, immunità, e dispense, facoltà, Conservatorie, Indulti, Confessionali, ed altre qualisisiano grazie di tal fatta dopo quel tempo, nel quale il Concilio principiò ad obbligare, furono in qualsivoglia maniera fatte, e operate, e in avvenire si faranno, laddove son contrarie ai decreti del detto Concilio, siano, e si abbiano per nulle, invа-

lide, e vane, nè possano, e debbano suffragare ad alcuno, per quanto anche, come si è detto, qualificato sia, tanto nel foro, come dicono, fori, *quanto nel foro della coscienza. E così decretiamo, che nell'uno e nell'altro foro si debba giudicare e definire da tutti gli Ordinarj de' luoghi, e dagli altri Giudici, e Commissarj di qualunque autorità fregiati, anche dai Cardinali di Santa Romana Chiesa, tolta loro, e ad ognuno di loro qualunque facoltà di giudicare diversamente; e tutto ciò che da alcuno di qualsivoglia autorità avverrà che diversamente o per scienza, o per ignoranza venga attentato, lo dichiariamo nullo e vano. Nonostanti le cose premesse, e le costituzioni, e ordinazioni Apostoliche, e qualunque altra cosa in contrario. Non sia dunque lecito ad alcun uomo di violare, o contravvenire con temerario ardimento questa pagina della nostra dichiarazione, statuto, ordinazione, e decreto. Se alcuno poi fia, che presuma di attentar ciò, sappia che sarà per incorrere lo sdegno dell' Onnipotente Iddio, e dei Beati di lui Apostoli Pietro, e Paolo.*

debere, ac si numquam emanassent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus omnia et singula, quæ vigore privilegiorum, exemptionum, immunitatum, et dispensationum, facultatum, Conservatoriarum, Indultorum, Confessionalium, et aliarum quarumque gratiarum hujusmodi, post id tempus, quo Conc. obligare cœpit, facta, & gesta quomodolibet fuerunt, & imposterum fient, in his, quibus dicti Concil. decretis adversantur, nulla, invalida, et irrita esse, & censeri, ac nemini, etiam quantumlibet, ut præfertur, qualificato, tam in foro (quod ajunt) fori, quam conscientiæ, suffragari posse, & debere. Et ita per quoscumque locorum Ordinarios, aliosque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi facultate, in utroque foro judicari, & definiri debere, ac quidquid secus a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, attentari contigerit irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis, Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverint incursurum.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, tertiodecimo Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno sexto.

Cæs. Glorierius.
P. Episcopus Narnien.
H. Çumyn.

Data in Roma appresso S. Pietro, l' anno dell' Incarnazione del Signore 1565. ai 17. di Febbraro, del nostro Pontificato l' anno sesto.

Ces. Glorieri.
P. Vescovo Narnien.
H. Çumyn.

Anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Indictione sexta, die vero vigesimaquarta mensis Februarii, Pontificatus sanctiss. in Christo Patris, & Domini nostri Pii divina providentia Papæ IV., anno ejus sexto retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & valvis Cancellariæ Apostolicæ, per nos Nicolaum de Matthæis, & Camillum Cherubinum, S. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

L' anno della Natività del Signore 1565. Indiz. 6. il dì 24. del mese di Febbrajo, del Pontificato del Santissimo in Cristo Padre, e S. N. Pio, per divina Provvidenza Papa IV. l' anno 6. le di dietro scritte lettere Apostoliche furono affisse, e pubblicate in Campo Fiore, e alle porte della Cancellaria Apostolica per mezzo di noi Nicolò de Matteis, e Camillo Cherubino, Banditor del Santissimo S. N. P.

Antonio Clerici Maestro dei Banditori.

ORATIO.

Habita in Sessione nona, & ultima Sacri Conc. Trid. celebrata duobus continuis diebus, tertia, & quarta Dec. MDLXIII. sub Pio IV. Pont. Max. a R. P. D. Hieronymo Regazzono, Veneto, Episcopo Nazianzeno & Coadjutore Famagustano.

Hic summatim recensentur omnia in Concilio Tridentino definita, quæ & ad pie credendum, & ad bene vivendum pertinent.

AUdite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem: Tridentinum

ORAZIONE.

Recitata nella Sessione nona, ed ultima del Sacro Concilio di Trento, celebrata per due giorni continui terzo e quarto di Decembre 1563. sotto Pio IV. Pontefice Massimo, dal R. D. Girolamo Ragazzoni, Veneto, Vescovo di Nazianzo, e Coadjutore di Famagosta.

Qui s' annoverano succintamente tutte le cose definite nel Concilio di Trento, le quali appartengono a piamente credere, e ben vivere.

GEnti tutte udite queste cose, tutti voi, i quali abitate l' Universo, ascoltate: il Concilio di Tren-

to da gran tempo incominciato, qualche volta interrotto, distratto variamente, e distornato, ora finalmente per benefizio singolar di Dio Onnipotente s' unisce, e si ultima con somma, e incredibile volontà di tutti gli ordini, e nazioni. Felicissimo in vero risplendette pel popolo Cristiano questo giorno, in cui si ristaura, e perfeziona il tempio del Signore abbattuto frequentemente, e dissipato: e questa sola nave di tutti i buoni dai grandissimi e lunghi turbini e flutti sicura si colloca in porto, la quale quanto mai sarebbe stato desiderabile che quelli pure avessero voluto seco noi montare, per motivo dei quali spezialmente fu intrapresa questa stessa navigazione: e fossero stati partecipi della costruzione di questo edifizio, quelli, i quali ci misero in questo difficile affare: avremmo ora certamente motivo d' allegrezza maggiore. Ma ciò certamente non successe per nostra colpa.

Noi abbiamo eletto questa città nelle fauci della Germania, cioè, quasi posta sul limitare delle loro case, noi non ci siamo serviti di nessuna custodia, acciocchè non dessimo loro qualche sospetto d' un luogo meno libero; noi concedemmo loro quella pubblica fede, la quale essi stessi hanno composta: noi gli aspettammo quì per lungo tempo, nè mai ci arrestammo di esortare, e di pregare, acciocchè si accostassero a conoscere la luce della verità. Ma abbastanza come penso, s' ebbe da noi riguardo a quelli anche lontani.

Imperciocchè essendo due quelle cose, nelle quali si dovette applicare rimedio agli ammalati ed infermi loro animi, l' una la dottrina della Fede Cattolica, e veramente Evan-

Concilium, jam diu cœptum, aliquando intermissum, distractum varie atque divulsum, nunc demum singulari Dei omnipotentis beneficio, summa, atque incredibili omnium ordinum, ac nationum voluntate connectitur atque perficitur. Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit, in qua templum Domini disturbatum frequenter, ac dissipatum reficitur, & absolvitur: & navis hæc una bonorum omnium ex maximis, ac diuturnis turbinibus, atque fluctibus tuta in portu collocatur: quam utinam conscendere nobiscum ii voluissent, quorum in primis gratia hæc ipsa navigatio instituta fuit: atque ædificii hujus construendi participes existerent, qui hoc nobis negotium exhibuerunt: majoris nunc profecto lætitiæ causam haberemus. Sed nostra id certe culpa non accidit.

Nos urbem hanc in Germaniæ faucibus, id est, in domus illorum fere limine positam elegimus, nos custodiam nullam nobis, ut suspicionem illis aliquam minus liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fidem publicam illis concessimus quam sibi ipsi composuerunt; nos hic illos per diu expectavimus, neque hortari, ac rogare unquam destitimus, ut ad veritatis lucem cognoscendam accederent. Verum illis etiam absentibus, satis, ut puto, a nobis consultum est.

Etenim cum duo essent, [in] quibus ægris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda alterum fidei Catholicæ, ac vere Evangelicæ, illis in rebus, quæ

In dubium ab ipsis vocantur, quæque opportunæ his temporibus viderentur, explicata, & confirmata, disjectis omnibus, ac dissipatis errorum tenebris, doctrina; alterum disciplinæ ecclesiasticæ, cujus potissimum depravatione illi se a nobis defecisse affirmant, restitutio: utrumque, quantum in nobis fuit, pro temporum horum ratione, cumulate præstitimus.

Principio enim sancta hæc Synodus (facta ex laudabili majorum nostrorum consuetudine suæ fidei professione) quoddam quasi fundamentum futuris actionibus poneret, & quibus testimoniis atque præsidiis in dogmatibus sanciendis nitendum esset, ostenderet, veteris, ac novi Testamenti libros, qui essent sine ulla dubitatione recipiendi, antiquorum Conciliorum probatissimorum exemplo, pie & prudenter enumeravit; ac ne de verbis quidem ulla ex variis versionibus oriri posset difficultas, certam, ac definitam de Græcis, & Hebræis translationem approbavit. Hinc omnium hæresum caput atque arcem aggrediens de humanæ naturæ corruptis initiis ea statuit, quæ veritas ipsa, si loqui posset, exprimeret. De justificatione deinceps (res magna & cum ab antiquis, tum a nostri temporis hæreticis mirum in modum oppugnata) ea definivit, quibus & perniciosissimis eo in genere opinionibus occurreretur, & recte sentiendi ratio miro quodam ordine, atque admirabili sapientia (ut in illis Dei Spiritum facile agno-

gelica in quelle cose, le quali dagli stessi si mettono in dubbio, e le quali sembrassero opportune in questi tempi, spiegata, e confermata, sciolte e dissipate tutte le tenebre degli errori; l'altra la restituzione della Ecclesiastica disciplina, per la depravazione spezialmente della quale affermano quelli d'essersi ribellati da noi: per quanto fu in noi, abbiamo eseguito e l'una e l'altra pienamente per quel che porta la condizione di questi tempi.

Imperciocchè sul principio questo Santo Concilio (fatta secondo il lodevole costume dei nostri maggiori la professione di sua fede) per mettere un certo quasi fondamento alle future azioni, e per dimostrare a quali testimonj, ed ajuti si avesse ad appoggiarsi nel decretare i dogmi, piamente, e prudentemente numerò i libri del vecchio, e del nuovo Testamento, i quali si dovessero senza alcun dubbio ricevere, coll'esempio degli antichi più approvati Concilj, e perchè dalle varie versioni non potesse nascer alcuna difficoltà neppur intorno alle parole, approvò la certa, e determinata traslazione dai Greci, e dagli Ebrei. Quindi assalendo il capo, e la fortezza di tutte le eresie, intorno ai principj corrotti della natura umana, stabilì quelle cose, che la verità stessa esprimerebbe, se parlar potesse. Poscia intorno la giustificazione (cosa grande, e contrastata in modo maraviglioso sì dagli antichi, che dagli Eretici del nostro tempo) definì quelle cose, colle quali e si andasse incontro alle opinioni perniciossime in tal genere, e si dimostrasse con un certo maraviglioso ordine, e ammirabile sapienza (cosicchè facilmente scopri in quelle lo

spirito di Dio) la maniera di rettamente credere. Con questo decreto il più eccellente dopo la memoria degli uomini, si atterrano quasi tutte l'eresie, e come caligine dal sole vengono dileguate, e scacciate, e salta fuori tal chiarezza, e tale splendore di verità, che già niuno possa dissimulare di non vedere un sì gran lume. Seguì il salutevole trattato dei sette divini Sacramenti della Chiesa; prima insieme di tutti, poi di ciaschedun separatamente. Quì poi chi non vede, quanto vi si contenga distintamente, esplicitamente, abbondantemente illuminata, e (ciò che più importa) tutta veramente l'essenza di questi misteri? chi in mezzo a sì grande e moltiplice dottrina, può in alcuna maniera desiderare cosa si debba seguire, o fuggire? chi in quelle tutte troverà luogo, od occasione di errare? chi finalmente potrà dubitare in avvenire della forza, e virtù di questi Sacramenti, quando si conosca, che con tanta copia fu allora presente a noi quella grazia, la quale per mezzo di quegli stessi, come per certi stillicidj, scorre ogni giorno nelle menti dei fedeli? Si aggiunsero a queste i decreti intorno al Sacrosanto Sacrifizio della Messa, e Comunione sotto l'una e l'altra spezie, e intorno al battesimo de' fanciulli, dei quali in vero niente avvi di più santo, niente di più utile, così che pajano discesi dal cielo, non composti dagli uomini. Si aggiunge oggi a questi la dottrina certa circa le Indulgenze, il Purgatorio, la venerazione, invocazione, le imagini, e le reliquie de' Santi, colla quale dottrina non solamente si farà fronte alle frodi, e calunnie degli eretici; ma pienamente si soddisferà anche alle coscienze de' pii Cattolici.

scas) demonstraretur. Præstantissimo hoc post hominum memoriam decreto, hæreses fere universæ jugulantur, &, quasi caligo Sole discutiuntur, ac dispelluntur, eaque claritas, isque splendor veritatis apparet, ut tantum lumen quin videat, dissimulare jam nemo possit. Subsecuta est salutaris septem divinorum Ecclesiæ Sacramentorum tractatio; primum simul de omnibus, post de unoquoque separatim. Hic vero quis non videt, quam distincte, explicate, abundanter illuminata, & (quod caput est) vere tota cœlestium horum mysteriorum ratio contineatur? Quis in tam magna, multiplicique doctrina, quid aut sequendum, aut fugiendum sit, potest ullo modo desiderare? Quis in illis omnibus errandi locum, aut occasionem inveniet? Quis denique de Sacramentorum horum vi, atque virtute dubitare imposterum poterit, cum gratam illam, quæ illis ipsis quibusdam quasi stillicidiis in fidelium quotidie mentes illabitur, tunc nobis adfuisse tam copiose perspiciantur? Accesserunt ad hæc de sacrosancto Missæ sacrificio, & de Communione sub utraque specie, & baptismo parvulorum, decreta, quibus quidem nihil sanctius, nihil utilius, ut de cœlo lapsa, non ab hominibus composita videantur. Adjungitur his hodie certa de Indulgentiis, de Purgatorio, de Sanctorum Veneratione, Invocatione, Imaginibus, & Reliquiis doctrina, qua non solum hæreticorum fraudibus, & calumniis obsistetur, sed piorum etiam Catholicorum conscientiis plane satisfiet.

Hæc de rebus ad salutem nostram pertinentibus, quæ dogmata appellantur, fauste, ac feliciter erant peracta: neque aliud quidquam præterea eo in genere a nobis hoc tempore expectabitur.

In eorum autem quibusdam administrandis cum nonnulla essent, quæ non rite omnino, ac recte servarentur, accuratissime, Patres amplissimi, curastis, ut pure illa, et caste, atque ex more, institutoque Majorum tractarentur. Ita omnem superstitionem, omnem quæstum, omnem (ut dicunt) irreverentiam a divina Missarum celebratione abstulistis: vagis, ignotis, et criminosis sacerdotibus sanctum hoc offerre sacrificium interdixistis: rei hujus sacratissimæ usum a privatis domibus, et profanis, in sacra, et religiosa loca revocastis; molliores cantus, et symphonias, deambulationes, colloquia, negotiationes a templo Domini summotistis. Ita ecclesiastico unicuique gradui leges illæ a vobis præscriptæ sunt, ut tradito illis divinitus ordine, abutendi nullus utique locus relinquatur. Ita nonnulla Matrimonii impedimenta, quæ ansam quasi quamdam ad violanda Ecclesiæ præcepta dare videbantur, removistis: facilem veniæ consequendæ viam, minus legitime connubii fœdus ineuntibus, interclusistis. Quid de fortuitis, tenebricosisque matrimoniis commemorem? Equidem ita sentio, si alia nulla causa convocandi Concilium fuisset (quæ multæ, et maxime fuerunt), propter unam hanc id omnino fuisse faciendum. Nam cum res hæc ad omnes spectet, neque ul-

Queste cose s'erano terminate faustamente, e felicemente intorno alle cose appartenenti alla nostra salute, le quali si chiamano dogmi: nè altra cosa inoltre in quel genere si aspettava da noi in questo tempo.

Nell' amministrare poi alcuni di quelli, essendovi alcune cose, le quali non rettamente del tutto, e legittimamente si osservavano, accuratissimamente, o Padri amplissimi, avete procurato, che quelli si maneggiassero puramente, e castamente, e secondo il costume, ed istituto dei maggiori. Così avete tolta ogni superstizione, ogni guadagno, ogni (come dicono) irriverenza dalla divina celebrazione delle Messe; avete proibito ai Sacerdoti vagabondi, ignoti, e criminosi di offerire questo S. Sacrifizio; avete richiamato l'uso di questa cosa sacratissima dalle case private e profane, ne' luoghi sacri, e religiosi; avete allontanati dal tempio del Signore i canti molli, le sinfonie, i passeggi, i colloquj, i negozj. In tal maniera sono state da voi prescritte a ciascun grado Ecclesiastico quelle leggi, che nessun luogo in vero gli si lascia di abusarsi dell'ordine dato loro da Dio. Così avete rimossi alcuni impedimenti del matrimonio, i quali sembravano quasi prestare una certa ansa a violare i precetti della Chiesa, avete intercluso la facile strada di conseguire il perdono a que' che meno legittimamente si stringono in nodo matrimoniale. Cosa dirò dei matrimonj fortuiti, e tenebrosi? io per me così sento, che se nessun' altra causa vi fosse stata di convocare il Concilio (le quali molte, e grandissime furono) si dovesse essa tenere certamente per questa sola. Imperciocchè questa cosa appartenendo

nullum sine pœna crimen, nulla sine præmio virtus relinquetur. Pauperum, et mendicantium sacerdotum multitudini optime provisum est, certæ unusquisque ecclesiæ, statutoque operi, unde ali possit, adscribetur.

Avaritia, quo nullum vitium est tetrius, præsertim in domo Dei, ab eá omnino tolletur: gratis Sacramenta omnia, ut par est, conferentur. Ex una ecclesia plures, ex pluribus una, ut populi commodum, et ratio postulabit, constituetur. Eleemosynarum quæstores (ut appellant) qui sua, non quæ Jesu Christi, quærentes, magnum nostræ religioni damnum, magnam infamiam afferebant, ex omni hominum memoria (quod summæ felicitatis loco ponendum est) penitus evellentur. Hinc nostra præsens calamitas sumpsit exordium, hinc serpere infinitum malum, manareque in dies latius non desistebat, neque occurri illi adhuc multorum Conciliorum cautionibus, ac provisionibus potuit. Quamobrem quis non nisi sapientissime factum dixerit, ut membrum hoc, in quo sanando diu, et multum frustra laboratum est, ne reliquo corpori noceret, excideretur?

Porro Deo cultus tribuetur purius, et accuratius, atque ita qui ferunt vasa Domini, mundabuntur, ut ad sui imitationem alios trahant. In quo præclare illud fuit excogitatum, ut, qui sacris essent initiandi, iis moribus, atque litteris in unaquaque Ecclesia a prima ætate instituerentur, ut quoddam quasi virtutum omnium semi-

e perniciosamente, nessun delitto si lascierà senza pena, nessuna virtù senza premio. Si provvide ottimamente alla moltitudine de' Sacerdoti poveri, e mendicanti: ciascuno sarà ascritto ad una certa Chiesa, e stabilita opera, onde possa alimentarsi.

L' avarizia, di cui non avvi vizio più esoso, specialmente nella casa di Dio, si toglierà affatto da quella: si conferiranno gratuitamente tutti i Sacramenti, come conviene. Di una sola Chiesa se ne faranno molte, di molte una sola, come il comodo, e la utilità del popolo richiederà. I Cercatori di limosine (come li chiamano) i quali ricercando i loro vantaggi, non que' di Gesù Cristo, apportavano un gran danno, ed una grande infamia alla nostra religione, si estirperanno del tutto dalla memoria degli uomini, (lochè si deve porre in luogo d' una somma felicità). Quindi la presente nostra disgrazia ebbe l' origine: quindi non cessava di serpeggiare, ed estendersi ogni dì più ampiamente un infinito male, nè si potè per anche rimediare a quello colle cautele, e coi provvedimenti di molti Concilj. Laonde chi dirà che non siasi fatto sapientissimamente, di recidere questo membro, nel sanar il quale lungo tempo, e molto indarno si è affaticato, perchè non nuocesse al rimanente del corpo?

Inoltre più puramente, e accuratamente si darà culto a Dio, e così quelli, i quali portano i vasi del Signore, si monderanno in maniera, che traggano gli altri alla loro imitazione. Nella qual cosa egregiamente si pensò, che quelli, i quali si dovevano ammettere ai Sacri Ordini, fossero informati dalla prima età in que' costumi, e lettere in ciascuna Chiesa,

che quello fosse, come un certo seminario di tutte le virtù. Inoltre, restituiti i Concilj Provinciali, richiamate le visite a vantaggio de' popoli, non al lamento, e alla spesa; data a' Parrocchi la facoltà di reggere, e pascere i suoi con più comodo, rimessa in uso la pubblica penitenza; intimata l'ospitalità sì alle persone Ecclesiastiche, che ai luoghi pii; nel conferire i sacerdoti Curati, stabilita una norma memorabile, e quasi celeste; tolta (come dicono) la pluralità de' Benefizi; proibito l'ereditario possesso del Santuario di Dio, imposta, e stabilita una regola alle scomuniche, assegnati i primi giudizj in que' luoghi, ove nascono le liti; interdetti i singolari combattimenti, messo quasi un certo freno, che non facilmente si possa scuotere, alla lussuria, cupidigia, e licenza di tutti gli uomini, e specialmente sacri; ammoniti diligentemente i Re, e Principi del loro dovere, ed altre siffatte cose prudentissimamente decretate: chi non vede, che voi, o Padri ottimi, avete pienamente anche in quest' affare eseguite le vostre parti? Si trattò spesso negli antecedenti Concilj intorno allo spiegare la nostra fede, e correggere i costumi, ma non so, se mai con più diligenza, e distinzione. Quì, specialmente in questi due anni, abbiamo avuto non solamente Padri, ma Oratori di tutti i popoli, e nazioni, nelle quali la verità della Cattolica religione si riconosce. Ma e quali personaggi! se ne riguardiamo la dottrina, eruditissimi, se l'uso, peritissimi, se gl' ingegni, perspicacissimi, se la pietà, religiosissimi, se la vita, innocentissimi. Anche il numero vi fu tale, che, se si considerino le presenti an-

narium illud existeret. Jam vero provincialibus Synodis restitutis, visitationibus ad populorum utilitatem, non ad quærelam, & sumptum revocatis; tradita Pastoribus regendi suos, atque pascendi commodius facultate: Pœnitentia publica in usum revocata: Hospitalitate tum ecclesiasticis hominibus, tum piis locis indicta; in Curatis sacerdotiis conferendis memorabili, ac pene cœlesti ratione constituta, Beneficiorum (ut ajunt) pluralitate sublata; Hæreditaria sanctuarii Dei possessione prohibita: Modo excommunicationibus imposito, ac terminato; Primis judiciis in locis, ubi lites oriuntur, assignatis: Singularibus certaminibus interdictis: Omnium hominum, ac sacrorum in primis luxuriæ, cupiditati, atque licentiæ fræno quasi quodam, quod excuti non facile possit injecto: Regibus, ac Principibus sui muneris diligenter admonitis: aliisque rebus hujusmodi prudentissime sancitis: quis non videt vestras vos, PP. optimi, hac etiam in re partes cumulatissime executos? Actum sæpe est in superioribus Conciliis de fide nostra explicanda, moribusque corrigendis: sed nescio, an umquam diligentius, atque distinctius. Hic præsertim hoc biennio, omnium populorum ac nationum, in quibus Catholicæ religionis veritas agnoscitur, non solum Patres, sed Oratores habuimus. At quos viros? Si doctrinam spectemus, eruditissimos; si usum, peritissimos; si ingenia, perspicacissimos, si pietatem, religiosissimos; si vitam, innocentissimos. Numerus is quo-

quæ fuit, ut si præsentes Christiani orbis considerentur angustiæ, frequentissima hæc omnium, quæ antea fuerunt, Synodus appareat. Hic singula omnium vulnera detecta, mores expositi fuere: nihil dissimulatum est, nostrorum adversariorum argumenta, & rationes ita tractatæ, ut eorum tum causa non nostra, agi videretur. Tertium nonnulla, atque etiam quartum discussa summa sæpe contentione certatum, eo scilicet consilio, ut, quemadmodum igne aurum, ita quibusdam quasi luctationibus, veritatis vires, ac nervi probarentur. Quæ enim inter idem sentientes, idemque spectantes, discordia potuit existere?

Quæ cum ita sint, licet optandum (ut initio dicebam) summopere fuisset, ut una cum illis hæc agerentur, quorum potissimum causa tractata sunt, absentium tamen etiam incolumitati, atque saluti ita provisum est, ut alia ratione provideri, si adfuissent, non potuisse videatur. Legant illi, quæ de fide nostra statuimus, ut Christianum hominem decet, humiliter: & si lumen eis aliquod fulserit, ne faciem avertant: &, si vocem Domini audierint, corda sua non obdurent. At si ad communem matris Ecclesiæ complexum, unde se illi distraxerunt, redire voluerint, clementiam sibi omnem, ac misericordiam tribuendam non dubitent. Sed præcipua illa ratio est, P. A. dissentientes a nobis animos conciliandi, consentientes in fide, atque officio retinendi: si quæ hoc in loco verbis sancimus, re ipsa in nostris ecclesiis præstemus. Leges, etsi

gustie del mondo Cristiano, questo Sinodo apparisce il più numeroso di tutti quelli, che furono innanzi. Quì furono scoperte le piaghe d' ognuno, esposti i costumi, niente si dissimulò: gli argomenti, e le ragioni dei nostri avversarj in tal maniera furono maneggiate, che sembrava che si trattasse la loro, non la nostra causa. Alcune cose furono discusse per la terza, ed anche per la quarta volta, si combattè spesso con sommo contrasto, con quel disegno appunto, che, siccome l' oro col fuoco, così con certi quasi dibattimenti si provassero le forze e il nerbo della verità. Imperciocchè qual discordia vi potè essere fra quelli, che sentivano, e vedevano la stessa cosa?

Le quali cose essendo così, sebbene desiderabile sommamente sarebbe stato (come da principio io diceva), che si trattassero queste cose insieme con quelli, per motivo dei quali specialmente sono state trattate; nonostante si è provveduto anche alla salvezza, e salute dei lontani, in modo, che pare, che non si sarebbe potuto provveder loro in altra maniera, se fossero stati presenti. Leggano quelli le cose, le quali abbiamo stabilito intorno alla nostra fede, come conviene ad un uomo Cristiano, umilmente, e se fia che qualche lume loro risplenda, non volgano altrove la faccia, e se fia che odano la voce del Signore, non induriscano i loro cuori. E se vorranno far ritorno al comune amplesso della Chiesa madre, donde quelli si distaccarono, non dubitino che loro non venga prestata tutta la clemenza, e misericordia. Ma la principal maniera, o Padri Amplissimi, di conciliare gli animi discordanti da noi, di ritenere i con-

gordi nella fede, e in dovere, si è, se noi nelle nostre Chiese col fatto istesso eseguiamo, ciò che in questo luogo stabiliamo con le parole. Le leggi, avvegnachè siano ottime, sono però una cosa muta. Che giovarono al popolo Ebreo le leggi promulgate per bocca dello stesso Dio? Qual utilità recarono le leggi di Licurgo ai Lacedemoni, di Solone agli Ateniesi per ritener la libertà, per il qual motivo erano state scritte? Ma perchè rammemoro io esempj peregrini, ed antichi? Quali istituti e precetti per viver bene e beatamente non possiamo, o dobbiamo noi ricavare dalla vita e dottrina del solo Cristo Nostro Signore? Che cosa poi è stata omessa dai nostri maggiori, che appartenesse per rettamente sentire, ed egregiamente operare? Abbiamo in vero un medicamento salutevole composto, ed apparecchiato da gran tempo. Ma, se deve scacciare il morbo, si deve prenderlo, e per mezzo delle vene diffonderlo in tutto il corpo. Inebriamoci primieramente noi con questo bicchiere di salute, o carissimi, e siamo leggi vive, e parlanti, e norma, e quasi una certa regola, alla quale si dirigano le azioni, e inclinazioni degli altri, e così ognuno si persuada, che niente sarà per succedere a vantaggio e decoro della Cristiana Repubblica, se per quanto è in se stesso, non l'eseguirà egli con ogni premura. Se ciò si dovea da noi per lo innanzi procurare, molto più accuratamente si dovrà in avvenire. Imperciocchè, se sull'esempio del nostro Maestro, e Salvatore prima dovevamo fare, che insegnare, dopo che abbiamo insegnato, quale scusa vi potrà essere? chi mai potrà tollerarci, e soffrirci, perchè non faccia-

optimæ sunt, muta tamen res est. Quid Hebræo populo Dei ipsius ore latæ leges profuerunt? Quid Lycurgi leges Lacedæmoniis: Solonis Atheniensibus ad libertatem retinendam, quam ob causam erant conscriptæ utilitati attulere? Sed cur externa, atque antiqua nimis commemoro? Quæ ad bene beateque vivendum instituta atque præcepta ex unius Christi Domini nostri vita atque doctrina desiderare, aut possumus, aut debemus? Quid autem fuit a majoribus nostris omissum, quod cum ad recte sentiendum, tum ad præclare agendum pertineret? Medicamentum quidem salutare compositum, ac paratum jamdiu habemus: verum, si morbum debet expellere, sumendum est, ac per venas in omne corpus diffundendum. Poculo hoc salutis nos primum inebriemur, carissimi, & vivæ, atque loquentes leges simus, & norma, ac quasi quædam regula, ad quam aliorum actiones, & studia dirigantur: atque ita sibi unusquisque persuadeat, nihil Christianæ reipublicæ commodo, ac dignitate successurum, nisi quantum in se sit, studiose præstiterit. Id curandum nobis cum antea fuit, tam multo erit in posterum accuratius. Etenim, si magistri nostri, ac Salvatoris exemplo facere prius debebamus, quam docere: postquam docuimus, quin faciamus, quæ esse poterit excusatio? Quis ferre nos, ac pati poterit, si cum non furandum esse demonstraverimus, ipsi furemur? Si, cum non mæchandum, mæchemur? Sanctos a sancto Concilio, innocentes, atque integros

ab integritatis præceptis, & innocentiæ; firmos in fide, atque constantes a fidei nostræ firmata doctrina discedere minime convenit. Ac tales quidem expectant nos populi nostri, qui nostrum jamdiu reditum sustinentes, ea se ipsi ratione consolabantur fore, ut hanc temporis usuram majori præsentis studio sarciremus. Sed fiet id a nobis, ut spero, Patres, sanctissimi, diligenter: & quemadmodum hoc in loco fecistis, ita etiam domi satis Deo, atque hominibus facietis. Nunc (quod hujus temporis est) Deo primum ipsi maximo, atque immortali, maximas atque immortales gratias & agamus, & habeamus, qui non secundum peccata, quæ fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis: sed diem hunc lætissimum, quem videre multi concupiverunt, nobis non solum videndum, sed etiam celebrandum incredibili cum totius Christiani populi assensu, atque approbatione, sua magna benignitate concessit. Pio deinde IV. summo nostro, atque optimo Pontifici gratiæ perpetuæ, ac singulares habendæ sunt, qui, cum primum beati Petri sedem ascendit, tanto Synodum hanc instaurandi desiderio exarsit, ut in eo suas omnes curas, & cogitationes defigeret. Nuntios statim viros probatissimos ad indicendum illis Nationibus, atque Provinciis Concilium misit, pro quorum in primis salute convocabatur. Hi Aquilonis partes prope omnes peragrarunt, rogarunt, obsecrarunt, obtestati sunt: tuta omnia, atque amica promiserunt: atque id etiam

mo? Se, avendo noi dimostrato non doversi rubare, noi stessi rubiamo? se, non doversi fornicare, fornichiamo? Non conviene che i Santi si scostino dal Santo Concilio, gli innocenti, e puri dai precetti dell' integrità, e dell' innocenza, i fermi, e costanti nella fede dalla dottrina già stabilita di nostra fede. E tali in vero ci aspettano i nostri popoli, i quali desiderando da gran tempo il nostro ritorno, si andavano essi consolando con la speranza, che avessimo a risarcire con una maggiore presente premura questa usura di tempo. Ma ciò si farà da voi, come spero, o Padri Santissimi, diligentemente, e siccome avete fatto in questo luogo, così pure in casa soddisfarete a Dio, e agli uomini. Ora (ciò ch' è proprio di questo tempo) rendiamo primieramente e con la bocca, e col cuore grandissime, ed immortali grazie allo stesso grandissimo ed immortale Iddio, il quale non secondo i peccati, i quali abbiamo fatto, nè secondo le nostre iniquità ci diede la retribuzione; ma, per sua grande benignità ci concesse non solamente di vedere: ma di celebrar anche con incredibile consentimento ed approvazione di tutto il popolo Cristiano questo giorno lietissimo, il quale molti desiderarono di vedere. Grazie perpetue, e singolari si hanno poscia a rendere a Pio IV. nostro sommo ed ottimo Pontefice, il quale, tosto che ascese sulla sede del Beato Pietro, arse sì forte di desiderio di rinnovare questo Sinodo, che in esso riponeva tutte le sue premure, e pensieri. Spedì tosto Nunzj, personaggi approvatissimi per intimare il Concilio a quelle Nazioni, e Provincie, per la salute delle quali specialmente si radunava. Que-

sti scorsero quasi tutte le parti dell' Aquilone, pregarono, supplicarono, scongiurarono, promisero sicure, ed amichevoli tutte le cose, e fecero sì, che passarono in Inghilterra. Di poi non potendo egli assistere al Sinodo, come ardentemente desiderava, mandò quà Legati per pietà, e per dottrina chiarissimi, fra quali due (la memoria de' quali è benedetta) volle, che nel dì stabilito fossero quì, quantunque quasi niun Vescovo vi si ritrovasse. Questi, e un terzo poco dopo aggiunto a questi, nove mesi, e più aspettarono il numero giusto de' Vescovi ricercato per istituire il Concilio in questo luogo, senza far niente, e mentre frattanto niente altro lo stesso Pontefice o faceva, o meditava, quanto che e i più che fosse possibile, e i migliori de' Padri, e quanto prima qui arrivassero, e tutti i Re, e Principi del nome Cristiano vi spedissero i loro Ambasciatori, acciocchè col voto, e consiglio comune di tutti si trattasse questa causa la più grave, e la più grande di tutte. Che cosa poi tralasciò con ogni cura, sollecitudine, spesa, la quale sembrasse in qualche maniera appartenere all' ampiezza, libertà, e comodo di questo Concilio? O singolare pietà, e prudenza del Pastore, e Padre nostro! O somma anche felicità del medesimo, sulla di cui autorità, ed auspizj, questo lungamente travagliato ed agitato Concilio si fermò, e si riposa. Te chiamo Paolo III. Te Giulio già morti, per quanto tempo, e con quanto ardore bramaste di vedere, quel che noi vediamo? quante spese, quante fatiche avete impiegato in quella cosa? Perlochè veramente, e di cuore, o Pio Santissimo, e beatissimo, ci congratuliamo, perchè

egerunt, ut in Angliam trajicerent: Legatos postmodum pietate, ac doctrina præstantissimos, cum interesse ille Synodo, ut mirum in modum cupiebat, non posset, huc misit: ex quibus duos (quorum memoria in benedictione est) statuta die, tametsi nulli fere Episcopi convenissent, hic esse voluit. Hi, atque additus eis paulo post tertius, novem menses, atque eo amplius, justum ad Synodum instituendam Episcoporum numerum hoc in loco nihil agentes expectaverunt: cum inter ea nihil aliud Pontifex ipse, aut ageret, aut meditaretur, quam ut Patres quam plurimi, quam optimi, & quam primum huc accederent; & Christiani nominis Reges omnes, ac Principes suos huc Oratores mitterent, ut communi voto atque consilio communis hæc causa gravissima omnium, atque maxima tractaretur. Quid vero postea omni cura, sollicitudine, sumptibus prætermisit, quod ad Concilium hujus amplitudinem, libertatem & commodum pertinere aliquo modo videretur? O singularem Pastoris, ac Patris nostri pietatem, atque prudentiam! O summam etiam ejusdem felicitatem, cujus auctoritate, atque auspiciis jactatum hoc diu, & agitatum Concilium constitit, & conquiescit! Te Paulum III. te Julium, mortuos appello: quam diu, quantoque studio videre, quod nos videmus, exoptastis? quot in eam rem sumptus, quot labores insumpsistis? Quamobrem vere tibi, atque ex animo, Pio sanctissimo ac beatissimo gratulamur, quod tantam tibi lætitiam, tantam tuo nomini laudem (id

quod maximum divinæ in te benevolentiæ argumentum est) Dominus reservavit: quem nos precibus omnibus, ac votis supplices oramus, ut te nobis incolumen, pro Ecclesiæ suæ sanctæ commodo, atque ornamento, & quam citissime reddat, & quam diutissime conservet. Serenissimo etiam Imperatori gratias agere, & gratulari jure optimo debemus. Ille potentissimorum Cæsarum, qui propagandæ Christianæ religionis miro quodam desiderio flagrarunt, animum, ut locum, referens urbem hanc ab omni periculo liberam conservavit, & nos, ut tutam, tranquillamque pacem traheremus, sua vigilantia perfecit: magnamque nostris animis securitatem, assidua trium suorum Legatorum summorum virorum præsentia, ac prope pignore attulit. Ille de nostris his rebus pro sua eximia pietate sollicitus mirifice fuit. Ille a se, atque a nobis dissentientes homines ex obscurissimis, in quibus versantur, tenebris eruere, atque ad sanctam hujus Synodi clarissimam lucem adspiciendam adducere maximopere laboravit. Regum præterea Christianorum, ac Principum in Concilio hoc amplissimis suis legationibus ornando, ac suos vestræ auctoritati fasces submittendo, pia maxime voluntas grata nobis memoria prosequenda est. Jam vero quis est, Illustriss. Legati, & Cardinales, qui se vobis debere plurimum non fateatur? Vos nostrorum actionum duces optimi, ac moderatores extitistis. Vos, ne nostra, aut in dicendo, aut in decernendo libertas violari aliqua

tanta allegrezza, tanta lode riservò a te il Signore, ed al tuo nome (ciò che è massimo segno della benevolenza divina verso di te), il quale noi supplichevoli con tutte le preghiere, e voti scongiuriamo, che ti renda a noi quanto più presto, e quanto più a lungo sano e salvo ti conservi, pel vantaggio, e ornamento della Chiesa sua santa. Dobbiamo con tutta ragione render grazie anche al Serenissimo Imperatore, e congratularsi con tutta giustizia. Quegli possedendo, siccome il luogo, così anche l' animo dei Cesari potentissimi, i quali arsero d' un certo maraviglioso desiderio di propagar la Religion Cristiana, conservò questa città libera da ogni pericolo, e con la sua vigilanza fece sì, che noi godessimo d' una sicura e tranquilla pace, e apportò una gran sicurezza agli animi nostri coll' assidua presenza, e quasi col pegno di tre suoi Legati personaggi sommi. Egli fu maravigliosamente sollecito intorno a questi nostri affari per l' esimia sua pietà, egli si affaticò grandemente per cavare dall' oscurissime tenebre, nelle quali giacciono, e per condurre a rimirare la chiarissima luce di questo Santo Sinodo gli uomini da se e da voi discordanti. Inoltre dovremo noi sempre mai rammemorare con animo grato la pia volontà dei Re, e Principi Cristiani nell' adornare questo Concilio delle loro nobilissime Ambascierie, e nel sottomettere le fasci loro alla vostra autorità. Oltre a ciò chi v' è, o Illustrissimi Legati, e Cardinali, il quale non confessi d' esser moltissimo a voi debitore? Voi siete stati gli ottimi condottieri, e moderatori delle nostre azioni. Voi avete procurato con incredibile pazienza

e diligenza, che la nostra libertà o nel dire, o nel decretare non sembrasse violarsi in qualche parte. Voi non avete risparmiato a nessuna fatica di corpo, a nessun contrasto d' animo, perchè la cosa quanto prima si conducesse al bramato fine, che altri molti vostri pari indarno tentarono. Nel che tu, o Illustrissimo, e Ornatissimo Morone, devi avere una certa speciale, e propria allegrezza; il quale avendo già venti anni posto la prima pietra a questo superbo edifizio, ora, dopo molti altri architetti a quest' opera impiegati, felicemente secondo la tua somma e quasi divina sapienza vi porrai l' ultima mano. Questa tua egregia, e singolar impresa si celebrerà per bocca di tutti in perpetuo, nè mai alcuna età tacerà circa le tue lodi. Che dirò di voi, o Padri Santissimi, quanto benemeriti vi siete resi della Cristiana Repubblica con queste vostre nobilissime azioni? quanto gran lode si darà al nome di ciascheduno di voi, quanto gran gloria dal popolo Cristiano? Voi veramente Padri, veramente Pastori, tutti riconosceranno, e predicheranno; per voi ognuno più che volentieri esporrà la vita, e la sanità ricevuta. O giorno giocondissimo, e lietissimo pei nostri popoli sarà quello, nel quale verrà loro fatto di rivederci per la prima volta ed abbracciarci ritornanti dall' edificazione del tempio del Signore! Ma tu, o Signor Dio nostro, fa, che corrispondiamo co' magnanimi fatti ad una sì segnalata opinion di noi, e che questo seme, il quale seminammo nel tuo campo, produca frutto ubertoso, e scorra, come la rugiada, il tuo discorso; e, ciò che hai promesso che una volta avverrà, fa che avvenga

ex parte videretur, incredibili patientia, ac diligentia curastis. Vos nulli corporis labori, nulli animi contentioni pepercistis ut ad optatum rei exitum, quod alii multi vestri similes frustra tentaverunt, quamprimum perduceretur. In quo præcipuam quamdam, ac propriam lætitiam habere, tu MORONE Illustriss. atque ornatissime debes: qui, cum vigesimo ab hinc anno primum præclaro huic ædificio lapidem posueris, extremam nunc manum post alios multos huic operi architectos adhibitos, feliciter, pro summa tua, ac prope divina sapientia, impones. Factum hoc tuum egregium, ac singulare omnium sermone perpetuo celebrabitur, neque ulla umquam ætas de tuis his laudibus conticescet. Quid de vobis dicam, Patres sanctissimi quam bene de Christiana reipub. vestris his præstantissimis actionibus meruistis? quanta vestrum, uniuscujusque nominis commendatio, quanta gloria a Christiano populo universo tribuetur? Vos vere Patres, vere Pastores & agnoscent omnes, & prædicabunt, vobis suam unusquisque vitam, atque salutem acceptam libentissime refert. O diem illam populis nostris jucundissimam, atque lætissimam, in qua primum revisere illis nos, atque amplecti a templi Domini ædificatione redeuntes contigerit! Sed fac tu, Domine Deus noster, ut tam eximiæ de nobis opinioni egregiis factis respondeamus, & semen hoc quod in agro tuo seminavimus uberem fructum afferat; fluatque ut ros eloquium tuum: atque quod fore aliquando

pollicitus es, fiat temporibus nostris, ut unum sit omnium ovile, & unus Pastor, atque is potissimum PIUS IV. in tui nominis gloriam sempiternam. Amen.

ai nostri tempi, che uno solo sia l'ovile di tutti, ed uno solo il Pastore, e questi specialmente Pio IV. a gloria sempiterna del tuo nome. Così sia.

MOTUS PROPRIUS.

S. D. N. D. PII, Divina Providentia Papæ V.

De veritate exprimenda, &c. in dispensationibus matrimonialibus, & aliis gratiis, sub pœna falsi.

PIUS PAPA V.

MOtu proprio, &c. Cum, sicut accepimus, nonnulli suæ conscientiæ prodigi, ac propriæ salutis immemores, ut facilius a nobis, & Sede Apostolica dispensationes matrimoniales, & alias gratias, & concessiones obtineant, gradus consanguinitatis, vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, ac scientiam illorum aliter, quam eis principio ab ipsis partibus significatum, vel narratum fuerit, exponant, & si matrimonia hujusmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrent; ac alias diversimode veram facti speciem, tam in ipsis dispensationibus matrimonialibus, quam pro aliis quibuscumque gratiis, & concessionibus obtinendis immutent: ac propterea cum non solum in impetrationibus hujusmodi falsitas narretur, verum etiam in partibus plerumque pro verificatione gratiarum hujusmodi veritas immutetur, & falsitas committatur: Nos igitur hujusmodi

MOTU PROPRIO.

Del Santissimo Signor Nostro Pio per divina Provvidenza Papa V.

Intorno all' esprimere la verità, ec. nelle dispense matrimoniali, ed' altre grazie, sotto pena di falso.

PIO PAPA V.

MOtu proprio, &c. Essendo che alcuni, come abbiamo inteso, prodighi della loro coscienza, e dimentichi della propria salute, per ottener da noi, e dalla Sede Apostolica con più facilità le dispense matrimoniali, ed altre grazie, e concessioni, espongono i gradi di consanguinità, o affinità, o cognazione spirituale, e la stienza di quelli diversamente da quel che sul principio fu significato, o narrato loro dalle stesse parti, e se tali matrimonj non siano stati per anco contratti, li racontano per contratti, ed altre volte in diversa maniera mutano la vera spezie del fatto, tanto nelle stesse dispense matrimoniali, quanto per altre qualisisiano grazie, e concessioni da ottenersi: e perciò essendo che non solamente si narra la falsità in siffatte impetrazioni, ma eziandio nelle parti per lo più per la verificazione di simili grazie, si trasforma la verità, e si commette la falsità. Noi dunque desiderando d' ovviare a simili abusi, ed errori, Motu proprio,

&c. decretiamo, e dichiariamo, che incorrono la pena di falso, e che si devono con quella punire tutti e ciascheduno dei Proccuratori dell' uffizio della Sacra Penitenziaria, o sia delle contradittorie, quanto tutti gli altri sollecitatori, e scrittori, i quali chiamano Copisti, che diversificano, o in qualunque maniera rovesciano, o mutano la verità del fatto dal racconto, che intesero dalle stesse parti, in quanto ai sostanziali, e alle qualità da esprimersi necessariamente, depravano, e subrettiziamente, *o* orretiziamente *strappano da noi le grazie; commettendo perciò al Governatore dell' Alma Città, all' Auditore della Camera Apostolica, ed al Vicario, qualmente puniscano con la pena di falso, come si è detto, quei che si sono ritrovati rei e colpevoli nelle cose premesse, con facoltà di citare anche per editto, essendo constato sommariamente circa al non sicuro accesso di dire, e fare alcune cose necessarie, o in qualsivoglia modo opportune nelle premesse; nonostanti le premesse costituzioni, o ordinazioni Apostoliche, e qualunque altra cosa in contrario: decretando anche irrito e vano di doversi dire ec. giudicare, definire, e tolta ec. e che la sola segnatura del presente moto proprio, e senza data, e registrata basti, e da per tutto faccia fede in giudizio, e fuori nonostante la regola contraria, e ai transunti di esso sottoscritti per mano di qualche pubblico Notajo, e muniti del sigillo di qualche persona costituita in dignità Ecclesiastica s' abbia del tutto la medesima fede, la quale s' avrebbe alle presenti, se fossero presentate, o mostrate; e che lasciate copie affisse alle porte della Camera, e Can-*

abusibus, & erroribus obviare cupientes, Motu proprio, &c. omnes, & singulos Procuratores tam officii sacræ Pœnitentiariæ seu contradictoriarum, quam alios quoscumque sollicitatores, & scriptores, quos Copistas vocant, qui veritatem facti a narratione, quam ab ipsis partibus habuerunt, quoad substantialia & qualitates necessario exprimendas, diversam faciunt, seu quoquomodo invertunt, aut immutant, depravant, & per subreptionem, & obreptionem gratias a nobis extorquent, pœnam falsi incurrere, & ea puniri omnino debere decernimus, & declaramus; Mandantes propterea Almæ Urbis Gubernatori, Cameræ Apostolicæ Auditori, & Vicario, quatenus in præmissis reos, & culpabiles repertos pœna falsi, ut præmittitur, puniant, cum potestate citandi etiam per edictum, constito summarie de non tuto accessu aliqua dicendi, & faciendi in præmissis necessaria, seu quomodolibet opportuna; præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus: irritum quoque, & inane, &c. dicique, &c. judicari, definiri debere, & sublata, &c. decernentes. Et quod præsentis Motus proprii, & absque data, & registrata, sola signatura sufficiat & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obstante ejusque transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiæ constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ad-

liberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque Cameræ, & Cancellariæ Apostolicæ ac Audientiæ causarum Palatii Apostolici valvis, & in acie Campi Floræ dimissis, inibi copiis affixis omnes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

Placet Motu proprio M.

Die 5. Decemb. 1566. Suprascriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis, dimissis in eisdem locis copiis affixis, per me Nicolaum de Matthæis Curs.

Jo. Gerardi Magister Cursorum.

BULLA.

SS. D. N. D. PII Divina providentia Papa V.

Super declaratione decreti Concilii Tridentini de cognatione spirituali inter maritum, vel uxorem suscipientis, & baptizatum baptizatique patrem, & matrem, & quascumque alias personas tam ex parte suscipientis, quam baptizantis, & baptizati.

Pius Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

CUm illius vicem, licet minime suffragantibus meritis, geramus in terris, de cujus vultu prodit judicium, & vident oculi æquitatem, officii nostri debitam prosequimur actionem, si

cellaria Apostolica, e dell' Audienza delle cause del Palazzo, e in Campo Fiore, obblighino e tengano tutti, come se personalmente fossero state loro intimate.

Piace *Motu proprio M.*

Il giorno 5. di Dicembre 1566. Le soprascritte lettere Apostoliche furono affisse e pubblicate nei soprascritti luoghi, lasciate nei medesimi luoghi affisse le copie, per mezzo di me Nicolò de Matteis Banditore.

Gio: Gerardi Maestro dei Banditori.

BOLLA

Del Ss. Signor Nostro S. Pio per Divina Provvidenza Papa V.

Sopra la dichiarazione del decreto del Concilio di Trento circa la cognazione spirituale fra i marito, e la moglie del suscipiente, ed il battezzato, ed il padre, e la madre del battezzato, e qualisivogliano altre persone tanto dalla parte del suscipiente, quanto del battezzante, e del battezzato.

Pio Vescovo Servo de' Servi di Dio, a perpetua memoria della cosa.

FAcendo noi, sebbene senza nostro merito, le veci in terra di quello, dal cui volto esce il giudizio, e gli occhi vedono l' equità, facciamo la dovuta azione del nostro dovere, se procuriamo di manifestare i sensi

oscuri de' Sacri Canoni, in modo, che nessuna occasione di dubitare si lasci alle pie menti de' Cristiani. In verità quantunque da quello che è stato decretato nel Concilio di Trento, sembri, che la cognazione spirituale si contragga soltanto fra quelli, i quali tengono al Battesimo il battezzato, ed il battezzato stesso, ed il di lui padre, e madre: come pure fra il battezzante, ed il battezzato, ed il padre, e madre del battezzato; e che nelle altre persone, le quali per mezzo degli antichi Canoni in occasione di tale cognazione vengono proibite di contrare, sia stato levato ogni impedimento; abbiamo inteso dubitarsi ancora da alcuni, se almeno l' impedimento della cognazione spirituale sia in vigore fra il marito, e la moglie del suscipiente, ed il battezzato, come pure fra il marito, e la moglie del suscipiente, ed il padre, e la madre del battezzato, perciò che quanto è proibito circa all' un conjugato, sembra esser proibito anche circa all' altro. Noi (per quanto ci vien permesso dall' alto), volendo provvedere alla quiete delle pie menti, e al favore de' matrimonj, abbiamo giudicato, che nelle premesse cose non s' abbia a scostarsi dalle precise parole del Concilio. E perciò decretiamo, e dichiariamo, che per ragione di tale cognazione non vi sia più impedimento alcuno, perchè non possa liberamente, e lecitamente contraersi il matrimonio fra i detti marito, o moglie del suscipiente, ed il battezzato, ed il padre, e la madre del battezzato, e fra qualisisiano altre persone tanto dalla parte del suscipiente, quanto del battezzante, e del battezzato, nominatamente non espresse nel detto Concilio, e così

obscuros sacrorum Canonum sensus ita aperire studemus, ut piis Christifidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur. Sane licet ex eo, quod in Conc. Tridentino decretum fuerit, cognationem spiritualem inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt baptizatum de Baptismo, ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem; in reliquis personis, quæ per antiquos Canones occasione cognationis hujusmodi contrahere prohibentur, omne impedimentum sublatum esse videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritualis hujusmodi inter maritum, vel uxorem suscipientis, & baptizatum, nec non inter maritum, vel uxorem suscipientis, & patrem, ac matrem baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de uno conjuge, de altero etiam prohibitum esse videatur. Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum favori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, a præcisis verbis Concilii minime discedendum in præmissis esse censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis hujusmodi subesse decernimus, & declaramus, quominus inter dictos maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, & quascumque alias personas tam ex parte suscipientis, quam baptizantis, & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, matrimonium libere, & licite

contrahi possit, & ita ab omnibus judicari debere mandamus, atque statuimus, decernentes irritum, & inane, si quid secus a quoquam, quacumque dignitate, auctoritate, & potestate prædito, contigerit judicari; non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentes litteræ in Cancellaria nostra Apostolica & in acie Campi Floræ de more publicentur, & inter Constitutiones perpetuo valituras describantur: & quia difficile foret, præsentes ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dom. 1566. 4. Kal. Decembris Pont. nostri anno primo.

Cæs. Glorierus.

H. Cumyn.

Visa de Curia Jo. Barengus.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

commettiamo, e stabiliamo doversi giudicare da tutti, decretando irrito, e vano, se qualche cosa diversamente avverrà che venghi giudicata da qualunque di qualunque dignità, autorità, e potestà adorno; ad onta delle Costituzioni, e ordinazioni Apostoliche, ed altre qualisisiano in contrario. Vogliamo poi, che le presenti lettere siano pubblicate secondo il costume nella nostra Cancellaria Apostolica, e in Campo Fiore, e si mettano fra le Costituzioni che sono per valere in perpetuo: e perchè sarebbe difficile, che le presenti siano portate, a ciaschedun luogo in particolare, vogliamo, che ai transunti di esse, anche stampati, sottoscritti per mano di qualche Notajo, e muniti del sigillo di qualche Prelato, s' abbia del tutto la medesima fede, che si avrebbe alle presenti, se fossero presentate, o mostrate. Non sia dunque lecito ad alcun' uomo di violare, o con temerario ardimento contravvenire a questa pagina di nostra dichiarazione, decreto, mandato, statuto, e volontà. Se alcuno poi presumerà di attentar ciò, sappia, che sarà per incorrere lo sdegno dell' onnipotente Iddio, e dei Beati di lui Apostoli Pietro, e Paolo. Data in Roma presso S. Pietro l' anno dell' Incarnazione del Signore 1566. ai 28. di Novembre, del nostro Pontificato l' anno primo.

Ces. Glorierio.

H. Cumyn.

Veduta dalla Curia Gio: Barengo.

Registrata appresso Cesare Secretario.

L' anno della Nascita del Signore 1566. Indizione 9. il giorno poi 19. del mese di Dicembre, del Pontificato del Ss. Signor Nostro Pio, per divina Provvidenza Papa V. l' anno primo, le retroscritte lettere furono affisse, e pubblicate alle porte della Cancellaria Apostolica, e in Campo Fiore per noi Antonio Clerici, e Gio: Andrea Rogerio, Banditori del Prefato Santissimo Signor nostro Papa.

Stephano de Olea Maestro dei Banditori.

BOLLA

Del Ss. Signor Nostro Pio per divina Provvidenza Papa V.

Sopra la dichiarazione del Concilio di Trento intorno all' impedimento d' affinità proveniente dalla fornicazione.

Pio Vescovo Servo de' Servi di Dio, a perpetua memoria della cosa.

AL Romano Pontefice appartiene, esaminata diligentemente la cosa, dichiarare i canonici decreti, i quali sembrano desiderare un senso più espresso, e in altra maniera provedervi così, che ogni dubbiezza si tolga dalle menti de' fedeli di Cristo. In fatti dopo che il Sacrosanto Concilio di Trento restrinse l' impedimento d' affinità proveniente dalla fornicazione, per mezzo di cui si proibisce non solo di contrarsi il matrimonio, ma di poi fatto si annulla, solamente a quelli, i quali si congiungono nel primo, e secondo grado, negli altri gradi poi stabilì, che il matrimonio di poi fatto non si annulli,

Anno a Nat. Dom. 1566. Indict. 9. die vero 19. mensis Decembris Pont. SS. D. N. Pii, divina Providentia Papæ V. anno ejus primo, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Cancellariæ Apostolicæ & in Acie Campi Floræ, per nos Ant. Clerici, & Jo. Andream Rogerium, præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Stephanus de Olea Magister Cursorum.

BULLA

SS. D. N. D. PII Divina Providentia Papa V.

Super declaratione Concilii Tridentini de impedimento affinitatis ex fornicatione provenientis.

Pius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum Pontificem spectat canonicas sanctiones, quæ expressiorem sensum postulare videntur, re diligenter perspecta, ita declarare, & alias providere, ut omnis dubietas de piis Christifidelium mentibus evellatur. Sane postquam ex eo, quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proveniens, per quod non solum Matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo, & secundo gradu conjunguntur, in ulterioribus vero gradibus statuit, Matrimonium postea fa-

ctum non dirimi, a pluribus Christifidelibus, ut accepimus, est dubitatum, an licite in ulterioribus gradibus hujusmodi Matrimonium contrahi prohibeatur. Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonii libertati, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus, & Apostolica auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quominus in ulterioribus gradibus hujusmodi libere, & licite matrimonium contrahi possit, & ita ab omnibus judicari debere mandamus, atque statuimus, decernentes irritum, & inane, si quid secus a quoquam, quacumque dignitate, auctoritate, et potestate prædito, contigerit judicari; non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentes literæ in Cancellaria nostra Apostolica et in acie Campi Flore de more publicentur, et inter Constitutiones perpetuo valituras describantur, et quia difficile foret, præsentes ad singula quæcumque loca deferri, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, et statuti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipo-

si dubitò da molti Cristiani, come abbiamo inteso, se lecitamente si proibisca negli altri gradi di contrarsi un siffatto matrimonio. E perciò volendo noi togliere ogni ambiguità, e provvedere alla tranquillità dell' anime, e alla libertà del matrimonio, quanto possiamo con l' ajuto di Dio, dichiariamo, e decretiamo con Apostolica autorità, che non rimanga oggi alcun impedimento, pel quale in simili ulteriori gradi liberamente, e lecitamente non possa contrarsi il matrimonio, e così commettiamo, e stabiliamo che si debba giudicare da tutti, decretando irrita, e vana, se qualche cosa diversamente da alcuno, di qualsivoglia dignità, autorità, e potestà adorno, avverrà che venga giudicata; ad onta delle costituzioni, e ordinazioni Apostoliche, ed altre qualisivogliano in contrario. Vogliamo poi, che le presenti lettere, secondo il costume si pubblichino nella nostra Cancellaria Apostolica, e in Campo Fiore, e si mettano fra le Costituzioni che saranno per valere in perpetuo: e perchè sarebbe difficile trasportarsi le presenti a tutti i luoghi, vogliamo che si dia la medesima fede che si darebbe alle presenti, se fossero mostrate o presentate, ai loro trassunti, anche stampati, scritti per mano d' alcun Notajo, e muniti col sigillo d' alcun Prelato. Non sia adunque lecito a persona alcuna lacerare, od opporsi con temeraria audacia a questa pagina di nostra dichiarazione, decreto, mandato, statuto, e volontà. Se alcuno però presumerà attentar questo, sappia, ch' egli incorrerà nella indignazione di Dio onnipotente, e dei Beati Pietro e Paolo suoi Apostoli. Data in Roma presso S. Pietro, l' Anno dell' Incarnazione

del Signore 1566. ai 28. di Novembre, l' anno primo del nostro Pontificato.

Ces. Glorierio.
Veduta dalla Curia Gio: Barengo.
Registrata appresso Cesare Secretario.

L' anno della Nascita del Signore 1566. Indizione 9. il giorno poi 19. del mese di Dicembre del Pontificato del Santissimo Signor Nostro Signor Pio per divina Provvidenza Papa V. l' anno primo. Le retroscritte lettere furono affisse, e pubblicate alle porte della Cancellaria Apostolica, e nel Campo Fiore, come si costuma, per mezzo di noi Andrea Rogerio, e Camillo Cherubino Banditori.

Stefano de Olea Maestro dei Banditori.

DICHIARAZIONE

Del Concilio di Trento

Sopra la Compaternità, e affinità, e fornicazione, ed inoltre sopra ai matrimonj contratti, e da contraersi.

IL Santissimo in Cristo Padre, e Signor Nostro S. Pio, per divina Provvidenza Papa V. alla di cui notizia giunse, che, numerandosi nei decreti del S. Concilio di Trento solamente certe persone, fra le quali solamente la cognazione spirituale si contragga in avvenire, da alcuni si rivoca in dubbio, se quelli, i quali, oltre le numerate persone nei detti decreti, erano in qualsivoglia manie-

tentis Dei, ac B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarn. Dom. 1566. 4. Kal. Decemb. Pont. nostri anno primo.

Cæs. Glorierius.
Visa de Curia Jo. Barengus.
Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno Nat. Dom. 1566. Indict. 9. die vero 19. Mensis Dec. Pont. Sanctiss. D. N. D. PII divina Providentia Papæ V. anno ejus primo, retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valvis Cancellariæ Apostolicæ, et in Acie Campi Floræ, ut moris est, per nos Andream Rogerium, et Camillum Cherubinum Curs.

Stephanus de Olea Magister Cursorum.

DECLARATIO

Concilii Tridentini

De compaternitate, & affinitate, & fornicatione, ac Matrimoniis desuper contractis, & contrahendis.

SAnctissimus in Christo Pater & D. N. D. Pius, divina Providentia Papa V. ad cujus notitiam pervenit, quod, cum in decretis Sacri Concilii Tridentini certæ tantum personæ enumerentur, inter quas dumtaxat cognatio spiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus revocatur in dubium, an qui ultra personas in dictis decretis enumeratas, quoquomodo

cognatione spirituali, ante confirmationem dicti Concilii conjuncti erant, absque dispensatione Apostolica, Matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodie, et de cætero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem id facere de jure minime liceret, et insuper, cum in eisdem decretis statuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodo attendi debere, qui primo, vel secundo affinitatis gradu conjunguntur, ab aliquibus pariter dubitatur, an matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti Concilii tertio, vel ulteriori hujusmodi affinitatis gradu conjunctæ erant, post confirmationem ejusdem Concilii absque dispensatione Apostolica contracta, et quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant. Sanctitas sua ad tollendum omne dubium, eos, qui ante confirmationem prædicti Concilii cognationem spiritualem contraxerunt (dummodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, et inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spiritualem) Matrimonii vinculo inter se absque dispensatione aliqua libere, et licite copulari posse, ac matrimonia etiam post confirmationem hujusmodi, absque dispensatione Sedis Apostolicæ, inter eas jam contracta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere. Et similiter matrimonia post confirmationem Concilii absque dispensatione Apostolica secuta, et quæ de cætero sequentur, inter personas, quæ ante dictam confirmationem affinitatem

ra congiunti colla cognazion spirituale, avanti la conferma del detto Concilio, abbiano potuto, senza la dispensa Apostolica, contrarre il matrimonio dopo la detta confermazione, ed oggi, e in avvenire possano contrarre non essendo avanti la predetta confermazione lecito di ciò fare per diritto, ed inoltre, stabilindosi nei medesimi decreti, che l' affinità, la quale si contrae dalla fornicazione, si debba solamente considerare in quelli, i quali si congiungono nel primo, e secondo grado d' affinità, si dubita parimenti da alcuni, se i matrimonj fra le persone, le quali erano congiunte in terzo, e quarto grado di tale affinità avanti la confermazione del detto Concilio, contratti dopo la confermazione del medesimo Concilio senza la dispensa Apostolica, e quelli, i quali avverrà che si contraggano in avvenire, debbano sciogliersi. La Santità sua per togliere ogni dubbio, dichiarò, che quelli, i quali avanti la conferma del predetto Concilio contrassero cognazione spirituale (purchè non siano di quelle persone annoverate nei detti decreti, e fra le quali solamente volle il Concilio che si contragga in avvenire questa spirituale cognazione) possano senza alcuna dispensa liberamente, e lecitamente congiungersi col vincolo del matrimonio, e che i matrimonj anche dopo tale conferma, senza dispensa della Sede Apostolica, fra essi già contratti vagliano, ed abbiano piena forza e fermezza; e similmente che i matrimonj seguiti, e che seguiranno per l' avvenire dopo la conferma del Concilio senza dispensa Apostolica, fra persone, le quali avanti la detta conferma avevano contratta affinità, sotto però il

secondo grado proveniente da fornicazione, non debbano sciogliersi per tale affinità, ma siano validi ed efficaci. E così decretò che s' abbia a giudicare, e definire da qualisisiano Giudici, e Commissarj, anche Cardinali di S. R. C. tolta loro qualunque facoltà di giudicare, e interpretare diversamente, e tutto ciò, che su questo proposito avverrà che da alcuno con qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente venga attentato, decretò irrito, e vano.

Piace, si pubblichi, e si copj.

E' stata letta, e pubblicata la soprascritta regola nella Cancellaria Apostolica in Roma l' anno dell' Incarnazione del Signore 1566. il giorno di Martedì, li 20. del mese di Agosto del Pontificato del predetto Ss. Signor Nostro Pio Papa V. l' anno primo.

A. Lomellino Custode.

DICHIARAZIONE

Della regola di Pio Quinto.

Sopra l' espressione del grado più prossimo nelle dispense matrimoniali.

IL Santissimo Padre in Cristo, e Signor nostro Pio, per divina Providenza Papa V., osservando che per mezzo di una certa Costituzione da qualche tempo pubblicata da Pio Papa IV. di felice memoria predecessore di sua Sanità, colla quale si avverte, che nelle dispense matrimoniali, secondo i diversi gradi congiunti di consanguinità, o affinità provenienti dal medesimo stipite, si debba fare espressa menzione, non solamente del

(infra tamen secundum gradum ex fornicatione provenientem) contraxerant, propter hujusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida, et efficacia existere declaravit. Sicque per quoscumque Judices, et Commissarios, etiam S. R. E. Card. sublata eis quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, et inane decrevit.

Placet, publicetur, et describatur.

Lecta, et publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica ann. Incarnat. Dom. 1566. die vero Martis, 20. Mensis Aug. Pontif. præfati SS. D. N. D. PII Papæ V. anno primo.

A. Lomellinus Custos.

DECLARATIO

Regulæ PII Quinti.

Super expressione gradus propinquioris in dispensationibus Matrimonialibus.

SAnctissimus in Christo Pater, et D. N. Pius, divina Providentia Papa V. attendens per quamdam constitutionem dudum per fel. rec. Pium Papam IV. Sanctitatis suæ prædecessorem editam qua cavetur, quod in dispensationibus Matrimonialibus, pro diversis consanguinitatis, seu affinitatis ex eodem stipite provenientibus gradibus conjunctis, non remotioris solum, prout olim fieri

solebat, sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin dispensationes, ac desuper confectæ literæ nullius sint roboris, vel momenti; prout in dicta Constitutione plenius continetur, a dispositione Juris communis, et laudabili, ac antiquo Romanæ Curiæ stylo nimium recedi, ac favorem matrimonio debitum restringi, volensque propterea Jure, et stylo prædictis, nec non piæ memoriæ Gregorii XI. Clementis VI. Romanos Pontifices etiam Sanctitatis suæ prædecessorum vestigiis inhærendo, Sacramento, et libertati matrimonii, quantum cum Deo potest, favere, statuit, et ordinavit, quod de cætero in quibuscumque dispensationibus, quas pro matrimoniis contractis, aut contrahendis inter viros, et mulieres invicem diversis prohibitis consanguinitatis, seu affinitatis, aut mixtis ex communi, seu ab eodem stipite surgentibus, quicumque illi sint, dummodo primum quoquo modo non attingant, cum in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intendat, gradibus conjunctos, ab eadem Sanctitate sua, et pro tempore existente Romano Pontifice, aut Sede Apostolica impetrari, vel alias concedi contigerit, ac in litteris, commissionibusque desuper etiam locorum Ordinariis faciendis, gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem, ac ob id sufficiet remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiore literis declaratoriis, juxta Gregorii et Clementis prædecessorum hujusmodi constitutiones, quas

più rimoto, come una volta soleva farsi, ma anche del più propinquo dei gradi, altrimenti le dispense, e le lettere sopra ciò fatte siano di nessuna forza, o peso; come nella Costituzione più diffusamente si contiene, osservando, dissi, che troppo si allontana dalla disposizion del gius comune, e dal lodevole, e antico stile della Curia Romana, e che si restringe il favore dovuto al matrimonio, e volendo attenendosi perciò al gius, e stile predetti, come pure ai vestigj di Gregorio XI. di pia memoria, di Clemente VI. Romano Pontefice predecessori di Sua Santità, favorire, quanto può con l'ajuto di Dio, al Sacramento, e alla libertà del matrimonio, stabilì, ed ordinò, che in avvenire in qualisisiano dispense, le quali avverrà che s' impetrino, o in altro modo si concedano dalla medesima Santità sua, e dal Romano Pontefice esistente pro tempore, *o dalla Sede Apostolica per matrimonj contratti, o da contraersi fra uomini, e donne vicendevolmente congiunti per diversi proibiti gradi di consanguinità, o affinità, o misti derivanti dal comune, o dal medesimo stipite, chiunque quelli sieno, purchè in qualunque maniera non tocchino il primo, mentre in esso sua Santità non intende di dispensare, e nelle lettere, e commissioni da farsi sopra ciò anche agli Ordinarj de' luoghi, si consideri il grado più rimoto, e tragga seco il più propinquo, e per ciò basterà l' esprimere soltanto il più remoto grado, ottenute però da poi lettere declaratorie sopra il più propinquo giusta le Costituzioni dei predetti Gregorio e Clemente le quali in quanto a questo rinnovò, e ordinò che inviolabilmente si osservino, e le*

dispense, o le commissioni di dispensare, e le lettere sopra ciò fatte, e i processi tenuti per mezzo delle medesime si dispensino, ma che non si possano notare di vizio, di subrezione, *od* orrezione, *o di difetto d' intenzione per quelli, co' quali si commette il dispensarsi per la non espressione di siffatto più vicino grado, ma in tutto, e per tutto giovino loro, come se nelle lettere, o simili commissioni fosse stata fatta speciale ed espressa menzione del più vicino, o dell' uno e l' altro grado, e così decretò, che si debba giudicare, e definire da quali si siano giudici e commissarj ancora Cardinali della Santa Romana Chiesa, tolta loro qualunque facoltà di giudicare e interpretare diversamente, e ha decretato nullo, e vano checchè all' opposto accaderà attentarsi in queste cose scientemente o ignorantemente da qualsisia di qualunque autorità, non ostanti quali si sieno Costituzioni del predetto Pio e le altre cose contrarie.*

Piace, si pubblichi, e si copj M.

E' stata letta, e pubblicata la soprascritta regola in Roma nella Cancelleria Apostolica l' anno dell' Incarnazione del Signore 1566. il giorno di Martedì, 20. del mese d' Agosto, del Pontificato del predetto Ss. Signor nostro S. Pio Papa, l' anno primo.

quoad hoc innovavit, et inviolabiliter observari mandavit, dispensationesque, seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas literas, et processus habitos per easdem dispensari, sed his, cum quibus dispensari mandatur propter proximioris gradus hujusmodi non expressionem, de surreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus, et per omnia suffragari, perinde ac si in literis, seu commissionibus hujusmodi de proximiore, seu utroque gradu specialis, et expressa mentio facta fuisset, sicque per quoscumque Judices, et Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, et inane decrevit, constitutionibus Pii Prædecessoris hujusmodi, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet, publicetur, & describatur M.

Lecta, et publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica anno Incarnat. Dom. 1566. die vero Martis, 20. Mensis Aug. Pontif. præfati SS. D. N. D. Pii Papæ V. anno primo.

BULLA

SS. D. N. D. Pii Divina providentia Papa V.

Per quam declaratur Decretum Sacri Concilii Tridentini super impedimento publicæ honestatis editum.

Pius Episcopus, Servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum spectat Pontificem sua sollicitudine diligenter providere, ut sacrorum Conciliorum decreta ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur. Sane ad aures nostras pervenit, multos esse, qui dubitent, an Decretum œcumenici Conc. Trid. Sess. 24. de reform. Matrimonii cap. 3. quo cavetur impedimentum publicæ honestatis, ubi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli; ubi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, cum in ulterioribus gradibus non possit hujusmodi prohibitio servari, de sponsalibus per verba (ut ajunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam Matrimonia per verba de præsenti contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita ut etiam eo casu impedimentum inde proveniens sublatum fuerit. Nos itaque ut omnis difficultas, et dubitatio tollatur, attendentes, quod Sponsalium appellatione, qua dictum Concilium utitur, non nisi improprie Matrimonium verbis de præsenti conceptis contractum con-

BOLLA

Del Ss. Signor Nostro S. Pio per Divina Provvidenza Papa V.

Per mezzo della quale si dichiara il Decreto del Sacro Concilio di Trento, emanato sopra l'impedimento della pubblica onestà.

Pio Vescovo Servo de' Servi di Dio, a perpetua memoria della cosa.

APpartiene al Romano Pontefice provvedere diligentemente colla sua sollecitudine, che i decreti de' Sacri Concilj talmente si dilucidino coll'ajuto della sua dichiarazione, che nessuna occasione di dubitare resti ad alcuno. In fatti ci giunse a notizia, esservi molti, i quali dubitino, se il decreto dell' Ecumenico Conc. di Trento Sess. 24. della reformazione del matrimonio cap. 3. col quale si vuole, che l' impedimento della pubblica onestà, dove gli sponsali non siano stati validi, del tutto si tolga; dove poi siano stati validi, non passi il primo grado, non potendosi tale proibizione osservare ne' gradi ulteriori; s' intenda solamente degli sponsali concepiti (come dicono) per mezzo di parole in futuro, od anche comprenda i matrimonj contratti per verba de præsenti, *non però consumati, i quali alle volte si chiamano sponsali, cosicchè anche in quel caso sia stato tolto l'impedimento indi proveniente. Noi pertanto, perchè si levi ogni difficoltà, e dubbio, considerando, che nell' appellazione di sponsali, della quale il detto Concilio si serve, se non se impropriamente si contiene il matrimonio contratto colle parole concepite* de præ-

senti, e che si tratta della correzione del gius antico, nel qual caso si deve procedere solamente secondo la proprietà delle parole, specialment. quando nessuno dubita, che una molto maggior ragione di proibizione vi è nel matrimonio contratto per verba de præsenti, *di quello che negli sponsali de futuro; perciò di moto proprio con Apostolica autorità dichiariamo, e definiamo col tenore delle presenti, che il decreto di tale Concilio si debba affatto intendere, e che proceda solamente negli sponsali de futuro, non poi nel matrimonio così come (fu detto) contratto, ma che in esso duri ancora l' impedimento in tutti que' casi, e gradi, nei quali di gius antico era stato introdotto avanti il predetto decreto del Concilio, e così commettiamo, o stabiliamo che si debba giudicare da tutti, ad onta delle Constituzioni, e ordinazioni Apostoliche, ed altre cose qualisivogliano contrarie. Vogliamo poi, che le presenti Lettere, secondo il costume, si pubblichino nella nostra Cancellaria, e nel Campo Fiore, e si registrino tra le Costituzioni valevoli in perpetuo; e poichè sarebbe difficile che le presenti fossero trasportate in tutti e ciascheduni luoghi, vogliamo, che alle lor copie anche stampate, sottoscritte da qualche Notajo, e munite col sigillo di qualche Prelato, si presti immediatamente la medesima fede, che si presterebbe alle presenti, se fossero per essere presentate, e mostrate. A nessuno adunque sia lecito di violare, o temerariamente contravvenire a questa carta della nostra dichiarazione, decreto, comandamento, statuto, e volontà. Se fia poi che qualcheduno presuma di attentar ciò, sappia, che sarà per in-*

tinetur, quodque agitur de correctione juris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum dumtaxat procedendum est, præsertim cum longe majorem rationem prohibitionis in Matrimonio per verba de præsenti contracto, quam in sponsalibus de futuro vigere a nemine dubitetur; idcirco motu proprio auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus et definimus, decretum concilii hujusmodi omnino intelligendum esse, et procedere in Sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in Matrimonio sic (ut præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, et gradibus, quibus de jure veteri ante prædictum Decretum Concilium introductum erat, et ita ab omnibus judicari debere mandamus, atque statuimus non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentes literæ in Cancellaria nostra, et in acie Campi Floræ de more publicentur, et inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et, quia difficile foret, præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus etiam, et declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ego omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario

contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dom. 1568. Kalendis Julii. Pontific. nostri anno tertio.

Cæs. Glorierus.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno a Nat. Dom. 1568. Ind. 6. die vero 24. mensis Februarii Pontif. Sanctiss., in Christo Patris, et D. N. D. PII, divina Provid. Papæ V. anno tertio, retroscriptæ litteræ Apostolicæ lectæ et affixæ, et publicatæ fuerunt ad Valvas Cancellariæ Apostolicæ et in Acie Campi Floræ, ut moris est, dimissis ibidem præsentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, et deinde amotis per nos Julium Parinum, Cler. Ter. et Jo. Bornotum prælib. SS. D. N. Papæ Cursores.

Camillus Cherubinus, Magister Cursorum.

correre lo sdegno di Dio, e dei beati di lui Apostoli Pietro e Paolo.

Data in Roma presso S. Pietro, l' anno dell' Incarnazione del Signore 1568. nelle Cal. di Luglio l' anno terzo del nostro Pontificato.

Cesare Glorierio.

H. Cumyn.

Registrata presso Cesare Segretario.

L' anno dalla nascita del Signore 1568. Indiz. 6. il giorno poi 24. del mese di Febbrajo, del Pontificato del Santissimo Padre, e Signor Nostro Pio per divina Provvidenza Papa V. l' anno terzo, le retroscritte lettere Apostoliche furono lette, e affisse, e pubblicate alle porte della Cancellaria Apostolica, e nel Campo Fiore, come si costuma, lasciate colà le presenti lettere affisse per qualche spazio di tempo, e di poi tolte da noi Giulio Parino Cler. Ter. e Gio: Bornoto Banditori del prelodato Ss. Signor Nostro Papa.

Camillo Cherubino, Maestro dei Banditori.

COSTITUZIONE

Del Ss. Signor Nostro Signor Pio Papa V. Sopra la professione de tre voti da farsi da quelli, i quali vivono nelle Congregazioni sotto la volontaria obbedienza, l' abito dei quali è distinto dai Preti secolari.

Pio Vescovo Servo de' Servi di Dio, a perpetua memoria della cosa.

Temendo il lubrico genere di vita di coloro, i quali portando apparentemente la forma de' regolari, nè rinunciano alle cose proprie, nè professano alcuna delle regole approvate, quando la maggior parte di costoro secondando il proprio istinto, altri accesi d' odio, altri, mentre non ottengono ciò, che ambiscono, altri, o dilapidate, o rovinate le sostanze, e trasferite a se, o ai parenti, per sottrarsi dai discorsi, alcuni ancora presentendo che si possa inquirire nei loro costumi istessi, quasi per conseguirne l' impunità, escono fuori a piacimento dalla lor compagnia, e gettate le insegne di quella, prendono la veste secolare. Quindi s' eccitano ogni giorno gravi e pericolosi scandali fra i popoli, mentre vedono andar vagando nel secolo liberi e sciolti coloro, i quali credono perpetuamente destinati alla regolar disciplina, anche dove erano soliti, disprezzato dopo tanti anni e abbandonato spesso con modi indegni, l' istituto di quella vita, alla quale s' avevano dati. Essendo dunque conveniente, che il soldato siegua quella milizia, l' armi della quale vestì, abbiamo stabilito di prendere circa ai predetti questo partito, che proposta

CONSTITUTIO

SS. D. N. D. PII Papæ V. De trium votorum professione ab iis mittenda, qui in Congregationibus sub obedientia voluntaria vivunt, quorum habitus a sæcularibus Presbyteris est distinctus.

Pius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Lubricum vitæ genus eorum veriti, qui regularium formam præseferentes, nec propriis renunciant, nec ullam profitentur ex Regulis approbatis, quando horum plerique proprio instinctui obsequentes, alii odio incensi, alii, dum, quod ambiunt, minus consequuntur, alii, vel dilapidatis, vel interversis rebus, & ad sese, vel propinquos translatis, ut ratiocinia effugiant, quidam etiam in suos ipsorum mores inquisitum iri præsentientes, quasi impunitatem adepturi, e sodalitio suo, ut lubet, exiliunt, ejectisque illius insignibus, vestem recipiunt sæcularem. Hinc graves, & periculosæ quotidie offensiones in populos concitantur, dum, quos disciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rursus eos, etiam ubi consueverint, contempto post tot annos, & relicto, indignis sæpe modis, ejus, cui se dedederant, vitæ instituto, liberos vident, & solutos in sæculo evagari. Cum igitur conveniat, ut cujus arma induit, eam miles militiam persequatur, hanc de prædictis rationem capere instituimus, ut vel permanendi, vel ab-

scedendi facultate semel singulis proposita, certus deinceps, & immobilis disciplinæ regularis cultus debeat in ipsis Sodalitatibus perpetuo observari. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, ut omnes, & singuli Priores, Præpositi, & alii Præsidentes, Generales, Provinciales, & Conventuales, necnon Canonici & Fratres S. Georgii in Alga Venetiarum, ac Eremitarum S. Hieronymi, alias & B. Petri Pisarum, & omnium, ac quarumcumque aliarum Congregationum, necnon Ecclesiarum, Domorum, & Conventuum in communi, & sub obedientia voluntaria, & extra votum solemne religionis viventes, quorum habitus a sæcularibus Presbyteris est distinctus, qui religionem amplecti, & professionem regularem solemnem emittere voluerint, id in suis quisque Conventibus, & Domibus intra 24. horarum spatium, postquam Delegatus noster præsentes litteras eis significaverit, palam, & sponte deliberent, & declarent; inde convocato quamprimum per singulas hujusmodi Congregat. Generali, vel alio supremo, juxta morem cujusque Congreg. Capitulo, ibique electa una, sub qua degant, ex regulis approbatis, in quam major pars vocum ipsius Capituli consenserit, trium votorum substantialium professionem regularem intra mensem solemniter emittant, & in eam tam ipsi, quam illi deinceps ingressuri, atque professuri perpetuum ferant Altissimo famulatum, sicque professi, vel in suis quisque Prioratibus, præposituris, præsidentiis,

una volta a ciaschedunò la facoltà o di restare, o di partire, si debba poscia perpetuamente osservare nelle stesse sodalità un determinato e invariabil culto di regolar disciplina. Pertanto con la pienezza, della a noi data potestà, stabiliamo, che tutti, e ciascheduno dei Priori, Prevosti, ed altri Presidenti, Generali, Provinciali, e Conventuali, come pure i Canonici, e Frati di S. Giorgio in Alga di Venezia, e degli Eremiti di S. Girolamo, altrimenti del B. Pietro da Pisa, e di tutte, e qualisisiano altre Congregazioni, e Chiese, e Case, e Conventi, i quali vivono in comune, e sotto volontaria ubbidienza, e fuori del voto solenne di religione, l' abito de' quali è distinto da' Preti secolari, quelli, i quali vorranno abbracciar la religione, e fare la solenne regolar professione, pubblicamente, e spontaneamente ciò deliberino, e dichiarino ognuno ne' suoi Conventi, e Case dentro lo spazio di 24. ore, dacchè il nostro Delegato avrà significato loro le presenti lettere. Indi radunato quanto prima di ciascheduna Congregazione il Capitolo Generale, od altro supremo, secondo il costume d' ognuna, ed ivi scelta per vivere in essa una delle regole approvate nella quale abbia consentito la maggior parte delle voci dello stesso Capitolo, dentro un mese solennemente facciano la regolar professione dei tre voti sostanziali, e tanto essi, quanto quelli che di poi vi saranno per entrare, e professare, consacrino all' Altissimo una perpetua servitù: e i professi in tal forma, o sieno confermati ognuno ne' suoi Priorati, prepositure, presidenze, amministrazioni, ed uffizj, o sieno trasferiti altrove, secondo che sembrerà

